(2) Antoine Hanneron, du diocèse d'Arras, maître ès-arts et docteur en décrets de l'université de Paris, seigneur de Steenvoorde, protonotaire apostolique, précepteur et conseiller de Charles-le-Téméraire, duc de Bourgogne, conseiller de Maximilien Ier d'Autriche, devint, en 1446, chanoine de la 7me prébende de Saint-Donatien à Bruges, puis prévôt de Sainte-Waudru à Mons et de Saint-Barthélemi à Béthune, enfin en 1467 prévôt de Saint-Donatien à Bruges et chancelier de Flandre. Fait prisonnier par les rebelles de Gand, en 1477, il fut transporté dans la citadelle de Vilvorde. Il mourut le 10 Décembre 1490, et fut enterré dans le chœur de Saint-Donatien.

gensis, illustrissimi domini Maximiliani Austrie, Burgundie, Brabantie etc. ducis consiliarius, habens et suis in manibus tenens quamdam ordinationem et erectionem collegij ac capelle pauperum studentium in iure canonico alme matris universitatis Lovaniensis, a pluribus retroactis temporibus; zelo devotionis in domo per ipsum titulo emptionis pridem acquisita, et in vico Cattorum oppidi Lovaniensis, Leodiensis [diœcesis] situata, desideratam conceptamque nuper et in scriptis redactam; affectans etiam et summopere desiderans, ut asseruit, huiusmodi conceptum negotium ad optatum finem deducere, et iter quo ad cœlestia posset regna pertingere preparare; quamobrem idem dominus et magister Anthonius prepositus, animo et intentione ulterius perficiendi et erectionem huiusmodi ad effectum deducendi, ordinationem pretactam in scriptis declaratam ibidem in medium produxit et mihi notario publico infrascripto realiter tradidit. Cuius siquidem ordinationis et cedule erectionis tenor sequitur sub his verbis :

désire fonder à Louvain un collége sous le titre de collége Saint-Donatien.

Intentio magistri Anthonij Hanneron ecclesie sancti Donatiani Brugensis prepositi ad laudem Dei beate Marie Virginis gloriosique presulis sancti Donatiani atque in exaltationem memorabilem venerabilis studij Lovaniensis, ubi meliores sue juventutis exegit annos [1], instituere Lovanij sub modis, statutis et regulis post declarandis *unum collegium bursale studentium in iure canonico quod sancti Donatiani collegium appelletur;* confisus in Dei clementia et in prelatorum ecclesiasticorum, literatorum prefectuum successorum suorum ecelesie predicte sancti Donatiani populorum[que] honestate, accessuras debili exilique suo principio per tempora auctiones uberiores [2]. Roma,

---

(1) Admis au conseil de la faculté des arts, à Louvain, le 21 Janvier 1430, il y enseigna pendant 7 ans environ et, comme la plupart de ses collègues, réunit dans sa maison un certain nombre d'étudiants auxquels il donnait des leçons. (*Analectes*, t. XVII, p. 350.)

(2) En effet deux fondations s'ajoutèrent à la première; en 1532 Christophe de Barousse, économe de Sa Majesté Impériale, fonda

ut in declamatoriis scribit Seneca, paucorum pastorum prius casa fuit, post facta precelsum imperij orbis terrarum domicilium.

Huius collegij sedes domus erit ipsius prepositi Lovanij in vico dicto de Cattestraete (1), quam totam sicuti in multa edificiorum amplitudine in horti pomerij et vinearum altitudine cum omnibus capelle ornamentis, que obitus sui die in ea domo esse contingent, ipse prepositus donat donatione mortis causa in usum perpetuum huius collegij. Situation du collége.

Hoc collegium constabit ex septem bursis sive prebendis quarum una erit pro una missa diebus singulis tam dominicis quam festivis et ferialibus perpetuo in predicte domus capellâ, quam ipse prepositus ad hunc usum extruxit celebranda; alie sex erunt pro sex studentibus in iure canonico quorum unus erit ceteris superior, vocabiturque collegij magister. Erunt autem burse in valore perpetuorum reddituum, scilicet pro missa legenda quadraginta libr. de viginti gross. Flandr., bursa autem magistri collegij erit etiam quadraginta libr. et cuiusque quinque studentium viginti quatuor libr. de viginti gross. Flandr., ut fiat universa huius collegij fundatio, preter dictam domum cum omnibus fructibus pomerij et vinearum, preter etiam dicta mobilia, centum libr. de quadraginta gross. Flandr. in perpetuis annuis redditibus. Qui redditus estimati ad rationem unius denarij pro viginti, cum tamen sepe inveniuntur ad rationem unius denarij pro octodecim, alij pro quindecim aut sedecim, faciunt summam 200 libr. de quadraginta gross. Flandr. Dotation de sept bourses, dont une pour la messe quotidienne et six pour six étudiants en droit canon.

Quam summam fundator ipse, cupiens hanc fundationem institutionem firmam et stabilem temporibus manere per- Constitution des fonds nécessaires;

---

une bourse et donna 300 florins pour la nouvelle chapelle; — en 1544 Jean Carondelet fit la fondation dont il est question dans le document VI.

(1) Le collège de Saint-Donatien était situé dans la rue *des chats*, actuellement *de Bériot*; aujourd'hui le jardin public occupe une partie de l'emplacement de l'ancien établissement universitaire, et s'appelle encore le *Parc Saint-Donat*. (*Analectes*. tom. XVII, p. 346.)

petuis, respiciens onera multa expensa et damna que in dictarum bursarum cursu atque conservatione possunt ex temporibus vel huiusmodi malitia contingere, ex matura deliberatione et sincera devotione ampliavit ad summam duorum millium coronarum de quadraginta octo gross. Flandr. in redditus perpetuos pro huius collegij cursu, ut melius et utilius per eos qui statim ad hoc nominabuntur et deputabuntur emi poterunt, convertendam, ea in conditione ut hac additione non obstante, solum predictarum septem bursarum in taxatione predicta maneat, neque summam centum libr. de quadraginta gross. Flandr. annis singulis excedat. Si quid autem ex talibus sic emptis redditibus aliisque extraordinariis emolumentis statim declarandis supervenerit, in necessarias pro domo reparanda vel pro cameris studentium disponendis expensas convertatur, aut pro novis bursis in eodem collegio post fundamentum reservetur, manentibus scilicet bursis predictis in suo cursu et valore superius declarato neque pro talibus excrementis augendo.

mode de les réaliser.

Hanc igitur duorum millium coronarum de 40 gross. Flandr. summam in redditus perpetuos pro huius collegij bursalis cursu vertendam, ipse dominus prepositus ex sincera devotione et certa deliberatione donavit et donat huic collegio donatione scilicet mortis causa, sumendam ex singulis et quibuslibet suis bonis tam mobilibus quam immobilibus etiam feudalibus et allodialibus ubilibet extra flamen, obitus sui tempore per testamenti sui executores vel suos heredes vel huius collegij statim nominandos procuratores inveniendis, ut per ipsos collegij procuratores huius presentis donationis vigore apprehendatur, ita scilicet ut si de perficienda ex illis predicta duorum millium coronarum summa non possint amicabiliter cum heredibus ipsis vel executoribus testamenti concordare, ipsi ad illarum venditionem realiter procedant sicut illis per hanc donationem presentem ut sic faciant plenam prepositus ipse dat potestatem, *illi*

presertim, qui pro principali et veluti superintendente executore statim nominabitur, in quem scilicet ipse dominus prepositus vult et intendit hanc duorum millium coronarum donationem veluti in donatarium principalem verti, qui pro huius summe receptione ac prosecutione veluti pro re propria in iure agendo et defendendo audiendus sit prout statim plenius hec declarabuntur.

Le collége pourra loger des commensaux non boursiers.

Huic ordinarie huius collegij dotationi accedere possent alia extraordinaria emolumenta, quia cum huius collegij domus teneat cameras aptas ad studentium receptionem in multitudine magna ultra numerum sex bursariorum (1), concessum est ut alij studentes, non bursarij non in iure canonico vel civili studentes, cum bursariis recipiantur victuri de cibo et potu in communi cum bursariis mensa et sub eisdem statutis et regulis, ita tamen ut eorum quilibet det pro anno de camera et lecto et aliis communibus utensilibus, ultra cibi et potus expensam ordinariam, unam libram gross. Flandr. in communem collegij utilitatem vertendam; et si collegij magister ultra talem summam, ampliores denarios a talibus camerariis studentibus attenta plurima in camera, lecto et aliis utensilibus commoditate accipere possit, media pars talis incrementi ipsi collegij magistro in laborum suorum mercedinem cedet, reliqua ad alicuius ordinarie pro uberiori studentium fructu ordinande stipendium convertetur. Accedere poterunt et alia ex vinearum et pomerij fructibus commoda, que monstrabit experientia ad communem collegij utilitatem vertenda.

La faculté des arts instituée donataire et proviseur,

Satis constat ex predictâ huius fundationis serie, quod necessario ordinandus est perpetuus aliquis huius collegij procurator, qui post huius domini prepositi deces-

(1) Il y avait place pour 17 étudiants qui, la plupart, avaient deux chambres très-commodes. (*Tabelles originales formées en* 1785 *par ordre du gouvernement Autrichien*. — Arch. gén. du royaume, arch. Eccl, n° 56.)

sum, predictorum censuum sive reddituum perpetuorum assignationi aut particularium hereditariarum supra quas assignari possunt apprehensioni, et si opus sit illarum venditioni diligenter intendat et ad defuncti heredes vel testamenti executores, vel via amicabili componat vel iuris rigore veluti pro re sua propria contendat; qui etiam de receptione dictorum reddituum et aliorum emolumentorum extraordinariorum huic collegio proventurorum, de expensis etiam tam ordinariis quam extraordinariis rationem sive computationem annis singulis audiat; qui denique observationi regularum et statutorum pro ipsius collegij honestate et studentium commoditate, statim declarandorum aut post constituendorum, veluti collegij visitator superintendet. Ipse ergo dominus prepositus fundator volens super hoc debite providere, profunda cogitatione attendens artium facultatem esse matricem primam, ductricemque ingeniorum iuvenilium ad superiora studia et veluti matrem optimam in exaltatione filiorum alumnorumque suorum exaltantem, illiusque solitam in rebus agendis gratuitatem, industriam, constantiamque considerans, tam certam de illa cepit fiduciam ut custodiam procurationemque huius collegij perpetuam censuerit illi committendam, scilicet ut donationes omnes, quas pro huius collegij institutione facturus est, et iam modo predicto facit, in illam illius nomine veluti in donatarium principalem convertuntur, qui eo pretextu et titulo in iure agendo et defendendo pro huius collegij juribus et bonis iudicialiter audiendus et admittendus sit, hoc tamen prospecto ut donatarius clericus, scilicet facultas artium, det litteras in authentica forma in archivia capituli sancti Petri Lovaniensis, scilicet ad opus dicti collegij custodiendas, quibus fateatur donationes plene et integraliter ad huius collegij usum et utilitatem pertinere debere, quamvis sub suo nomine facte sint et intitulate, nec receptionem ullam, nec tractationem quorumcumque denariorum ex illis proventurorum ad se

sous certaines conditions.

spectare; qui etiam de receptione dictorum reddituum aliorum quoque emolumentorum extraordinariorum huic collegio proventurorum de expensisque tam ordinariis quam extraordinariis, rationem singulis annis audiat, emendet et concludat; qui denique statutorum sive constitutionum et regularum pro ipsius collegij honestate et studentium commoditate secundum huius fundatoris desiderium statim declarandorum observationi et novorum, si videbitur, dispositioni, veluti collegij visitator supremus superintendat. Cui tamen substitui voluit ipse fundator venerabilem dominum et magistrum Carolum Viruli [1] in studio hoc Lovaniensi regentem cum magistro Nicolao Viruli cuiuslibet vita durante, ita ut ipse et eorum quilibet donec vivent, sint et maneant huius collegij visitatores et directores.

Charles et Nicolas Viruli premiers proviseurs.

De regulis autem et statutis in hoc collegio tenendis et servandis sic per prefatum dominum prepositum fundatorem ordinatum est. Imprimis missa quotidiana huius collegij instituta erit, non ut beneficium ecclesiasticum a quoque impetrabile, sed ut nudum et simplex cantuarium [2] per unum sacerdotem ex mendicantibus ad placitum magistri collegij sumendum in capella ipsius collegij celebranda, videlicet pro dominicis diebus *de tempore*, in feriis secunda quarta et sexta *pro defunctis*, in tertia, quinta et sabbato *de beata virgine*. Erunt autem he misse legende voce intelligibili sine cantu, nisi quod in festo sancti Donatiani cantabitur missa alta voce, pro qua sacerdos ordinarius iunget sibi alios duos sacerdotes adiutores, quibus dabuntur veluti pro prebenda ordinaria gross. Flandr. quatuor et aliorum cuilibet

Règlement et statuts.

Messe quotidienne.

Fête de Saint Donatien.

---

(1) Carolus Viruli, bachelier en droit canon et en médecine, fut le fondateur et le premier régent de la pédagogie du Lis, à laquelle il légua sa maison, un jardin nommé le jardin du Lion dans la rue Flamande et beaucoup d'autres biens. (Molanus, op. cit., pp. 596-631.)

(2) *Cantuarium*, i. e. beneficium ecclesiasticum, missis decantandis addictum, et cui deserviunt, qui alias capellani dicuntur. (Ducange.)

gross. Fland. tres. Assistent huic servitio in festi reverentiam studentes collegij omnes tam bursarij quam camerarij sub pœna 2 gross. Fl. ex quolibet deficiente sumenda et in luminaria sive ornamenta capelle vertenda. Et si oppidi villicus et superior oppidi Burghemagister decanusque facultatis iuris canonici et facultatis artium duoque visitatores vitales predicti velint sua presentia servitium illud honorare, dabuntur eorum cuilibet etiam gross. 2.

Anniversaire du Duc Charles-le-Téméraire, du fondateur et des bienfaiteurs.

Ad diem proximam post sancti Donatiani festum annis singulis predictus ordinarius sacerdos, iunctis sibi aliis duobus sacerdotibus, cantabit in eadem capella missam pro anima pie memorie domini Ducis Caroli, et pro anima ipsius domini prepositi fundatoris et pro animabus omnium benefactorum eiusdem, duobus cereis qualibet librarum duarum ardentibus supra altare; sed vigilie cantabuntur per eosdem sacerdotes die precedente scilicet Sti Donatiani post festi vesperas, quibus vigiliis et misse assistent omnes collegij studentes bursarij et cameriste, sub pœna prius declarata, ad luminaria vel ornamenta capelle applicanda. Dabuntur autem veluti pro prebenda ordinaria sacerdoti gross. Fland. sex, cuilibet suorum adiutorum gross. quatuor, cuilibet bursariorum et cameristarum grossus unus, sed magistro collegij gross. 2 et si decani facultatum iuris canonici et artium et duo prenominati vitales visitatores velint interesse, cuilibet eorum gross. 2.

L'un des 6 boursiers sera président; il jouira de sa bourse pendant 10 ans; les 5 autres, en jouiront pendant 7 ans.

Ex sex bursariis huius collegij unus erit ceteris superior et veluti collegij magister (1), etatis non minus 36 annorum, qui manens in collegio bursam suam retinebit annis 10 non amplius, omnium bonorum proventuum huius collegij tam ordinariorum quam extraordinariorum receptor et dispensator. Alij quinque bursarij bursas suas in collegio manentes retinere poterunt per annos septem sive ad

(1) Le dix-septième président du collége de Saint-Donatien fut Guillaume Bassery, qui devint plus tard évêque de Bruges. (*Analectes*, t. XVII, p. 358.)

licentie in iure canonico gradum conscendant sive non. Que burse sic conferentur quod decanus et facultas artium, vacante aliqua bursa, tres scholares veluti ad iuris canonici studium idoneos preposito ecclesie sancti Donatiani Brugensis presentabunt, ex quibus optio erit domino preposito quem ex illis instituat, et in eius negligentia vel tarditate ultra tempus a iure in beneficiantibus perfunctum, tale ius instituendi pro illa vice ad ipsam artium facultatem censebitur devolutum; manebit tamen quisque ecclesie predicte prepositus ab iure et executione talium institutionum suspensus, donec sex libr. gross. Fland. in usum et augmentum huius collegij una vice donaverit conferendis bursis per talem solutionis moram vacantibus, per predictam artium facultatem, que et omnes bursas cum vacabunt post trimestris vacationem veluti devoluto in illam conferendi iure donabit.

Manière de conférer les bourses.

Omnes bursarij et ceteri cameriste huius collegij studentes tenebunt de cibo et potu mensam communem, in communi aulâ sive refectorio, non seorsim per cameras, nisi quos mala valetudo excuset, et tali expense ordinarie preficietur unus dispensator per singulas septimanas, cui magister collegij providebit de necessaria pecunia secundum cursum bursariorum, ut melius facere poterit, et clericus septimanarius ad finem sue septimane in loco refectionis post gratias, reddet rationem sue administrationis de receptis et expositis cibo et potu, cuius registrum servabit collegij magister per duos seniores ex petentibus signandum et in computatione generali de qua statim dicetur implicandum. Talis septimanarius habebit singulis sue septimane diebus dicere in principio prandij et cœne benedictionem antequam sedeatur ad mensam, qua facta, dicet *Jube domine benedicere*, quibus verbis collegij magister vel, eo absente, senior ex bursariis superaddet *mense cœlestis;* similiter ad finem prandij et cœne, ipse septimanarius ceteris stantibus et levata mensa dicet gratias, in quarum fine magister collegij vel, eo absente, senior ex bursariis

La table sera commune pour tous.

Charge de l'hebdomadaire,

à table,

dicet intelligibili voce, hec verba, *Anime fundatoris et omnium benefactorum requiescant in pace.* Amen.

aux exercices de la chapelle.

Post cœnam gratiis dictis, accedent omnes illic congregati ad capellam collegij illicque campana pulsata, cereo uno ad altare ardente, septimanarius dicet alta et intelligibili voce Antiphonam unam de beata Maria virgine cum versiculo et collecta, ad cuius finem addet voce submissa flexis genibus psalmum *De profundis*, alternis versibus cum ceteris astantibus et in fine *Requiem eternam* etc. *Kyrie eleyson, Christe eleyson, Pater noster* cum illo verso *A porta inferi* etc., et ad finem addet magister collegij hec verba, *Anime fundatoris et omnium benefactorum* etc., erit autem Antiphona pro die dominico, *Salve regina*, pro feria 2ª *Regali* pro feria 3ª *Inviolata* et pro aliis diebus sicuti notate erunt in missali collegij. Cui servitio assistent omnes qui in cœna fuerunt collegij commensales sub pœna unius gross. Fland. ex quolibet et vice qualibet desinente levanda, et in capelle ornamenta vel luminaria per septimanarium qui de hoc in sua computatione septimanali faciet mentionem applicanda.

Absences.

Ut predicti bursarij curiosius intendant studiis suis, sciant omnes se nullum fructum ex suarum bursarum cursu percepturos, cum ex collegio absentes fuerint ultra continuum octo dierum spatium, convertendis longioris absentie fructibus in utilitatem collegij communem; quod si quis ultra trium mensium spatium vel tempus absens fuerit, poterit de eius bursa veluti vacante pro alio disponi, nisi talis absentie tremestris, non ulterioris, gratiam a domino preposito S^ti^ Donatiani, qui pro tempore fuerit, obtinnerit. Si quis ex bursariis durante burse sue cursu decesserit, tertia pars suorum mobilium in collegio existentium utilitati communi collegij cedat, salvo honesto servitio pro eius anima in capella collegij celebrando, cui assistent bursarij et ceteri studentes camerarij sub pœna 2 gross. ad ornamenta capelle ut prius applicanda; sed ex camerariis studentibus illic decedentibus, sumetur sexta

Service ou messe à célébrer en cas de décès d'un boursier,

ou d'un commensal.

pars suorum mobilium illic decedentium ad communem quoque collegij utilitatem et sub unius misse in capella collegij celebrande recompensatione. Sed hec sciant et comprobent huiusmodi cameriste ut collegium ingredientes censeantur se ad hanc conditionem ultro constringere.

Qui ex bursariis vivens, perfecto illius cursu vel ante, ultro collegium dimiserit, dabit ad liberariam collegij unum librum ex iuris canonici aut civilis Doctoribus ad eius placitum sive discretionem. Ceteri autem cameriste ultro recedentes ex collegio dabunt veluti pro iucundo recessu ad communis mense letitiam quatuor solidos gross. Fland. Dons des boursiers ou des commensaux à leur départ.

Nunc ut decanus de computatione generali receptorum et expositorum pro hoc collegio annis singulis reddenda [audiat], fiet hec computatio quolibet anno proxima die post missam obitus huius fundatoris in aula sive refectorio communi per collegij magistrum, qui erit communis huius collegij receptor, coram decano facultatis artium veluti huius collegij nomine ipsius facultatis perpetuo procuratore et visitatore, adiuncto sibi eiusdem facultatis receptore et predictis vitalibus huius collegij procuratoribus magistro Carolo et Nicolao Viruli, ceteris bursariis assistentibus. Cum autem huius collegij proventus aliqui ordinarij sint alij accidentales et extraordinarij, expense etiam similiter alique sunt ordinarie, alique sunt extraordinarie, secundum hoc procedit hec computatio per duo capitula, ut in primo declarentur recepta et exposita extraordinaria et sic clarius prospici possit si quid eo anno acciderit in parte ulla detrimenti, quod provisionis alicuius exposcat remedium, videri etiam possit que ex utrisque capitulis inveniatur ultra expensa receptorum supercrescentia que novis bursis instituendis summari possit, quarum novarum bursarum instituendarum iure ipsa artium facultas magis et diligentius intendet propter ius bursarios ipsos nominandi quod per statuta prescripta illi tribuitur. Hec autem computatio visa et examinata per prefatum visitatorem artium facultatis decanum cum eiusdem facultatis receptore et predictis Règles à suivre dans la reddition des comptes.

vitalibus procuratoribus per ipsos collegiique magistrum et seniorem ex bursariis signata, servabitur in certa collegij cista cum hoc presenti registro sub tribus clavibus, una pro visitatore, alia pro receptore scilicet collegij magistro, tertia pro seniore ex bursariis. Sit autem de novis bursis huic collegio undecumque et exquacumque aliorum prelatorum largitione huic collegio addendis, et forte predictis sex declaratis longe amplioribus hec firma ordinatio, qua huic collegio titulus et nomen beati Donatiani semper erit, magistri quoque collegij aliarumque quinque prius declaratarum bursarum dispositio preposito ecclesie S^ti^ Donatiani modo supra declarato firma manebit. Dicta die computandi parabitur prandium pro dictis decano et receptore facultatis et dictis duobus vitalibus procuratoribus artium cum magistro collegij et ceteris studentibus commensalibus in refectorio collegij, et ad prandij finem dabuntur per magistrum collegij eidem decano pro illius diei occupatione gross. Fland. octo, receptori facultatis et cuilibet dictorum vitalium procuratorum artium gross. Fland. quatuor, magister vero collegij habeat quod secundum computationis sue scripturam maiorem vel minorem per ipsum visitatorem et ceteris assistentibus pro illa vice sibi taxabitur ultra fructum burse sue ordinarium.

Visite du prévôt fondateur.

Sit vero hoc commemorandum quod si et quandocumque continget ecclesie S^ti^ Donatiani prepositum, huius collegij fundatorem semper nominandum, ad hoc collegium vel pro brevi visitatione vel pro longiore mora declinare, exhibendus erit sibi supra alios omnes debitus honor, etiam de camera pro se et servitoribus tribus per eum eligenda, absque tamen collegij pro eius suorumque expensis gravamine ullo solutisque per eum sex libris gross. prius annotatis.

Huiusmodi autem ordinationis sue collegij pauperum in iure canonico studentium erectionis et bonorum declarationis cedula sic ut premittitur, mihi notario publico infrascripto per memoratum dominum et magistrum Anthonium

Hanneron prepositum deliberata et presentata, idem dominus et magister Anthonius sponte et ex recta sua scientia, pure, simpliciter et propter Deum, ac in puram elemosinam, eâ donatione que dicitur inter vivos et absque aliqua reservatione sive revocatione, ullo unquam tempore in futurum inde facienda, in forma iuris meliori cum renunciationibus et solemnitatibus ad id servientibus et in talibus fieri consuetis, predictam suam domum cum universis et singulis suis pertinentibus et attinentibus, in vico dicto de Cattestraete, oppidi Lovaniensis, Leodiensis diœcesis, scilicet ad opus fundationis et collegij erectionis ob Dei omnipotentis, beate Virginis gloriose eiusdem genetricis et sancti Donatiani presulis patroni sui laudem ac honorem, sueque et parentum suorum animarum salutem cessit, resignavit et transportavit, necnon collegium et missam ibidem in capella modo et forma predeclaratis ex nunc inantea fieri voluit ordinavitque, instituit, erexit, dotavit pariter et fundavit, ac ordinat, instituit, erigit, dotat et fundat per presentes, dilatione in predictis et superius insertis suis scriptis contentis non obstante. Super quibus omnibus et singulis premissis, prelibatus reverendus pater et dominus Anthonius prepositus et fundator sibi ad opus pretacti collegij et capelle, sic ut premittitur erectorum, a me notario publico infrascripto fieri confici atque tradi petiit unum vel plura publicum seu publica instrumentum vel instrumenta.

Acta fuerunt hec in domo habitationis venerabilis et circumspecti viri magistri Caroli Viruli artium magistri et in iure canonico ac medicorum baccalaurei, sita Lovanij in vico novo parochie sancti Petri Lovaniensis dicte Leodiensis diœcesis, sub anno, indictione, mense, die et hora prescriptis. Presentibus ibidem prelibato magistro Carolo Viruli necnon venerabilibus viris magistro Petro de Thenis [1]

---

(1) *Petrus de Thenis*, « nomine et non patria, natalis illi nam locus Lovanium». Docteur *utriusque juris*, il enseigna le droit civil pendant dix

in iure canonico licentiato ac artium magistro, et Balduino Joris venerabilis facultatis artium domus et liberarie custode, testibus fide dignis, Lovanij dicte Leodiensis diœcesis residentibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis : sic est.

Et ego Judocus de Bouchoute (1), clericus Cameracensis diœcesis, publicus sacris Apostolica et Imperiali auctoritatibus notarius, quia premissis expositioni, cedule exhibitioni, collegij erectioni, domus et bonorum resignationi, cessioni, assignationi, donationi, transportationi et renunciationi aliisque omnibus et singulis dum, sicut supra scribuntur, agerentur, dicerentur et fierent, una cum prescriptis testibus presens fui, eaque omnia et singula sic fieri vidi, scivi et audivi; idcirco presens publicum fundationis et erectionis collegij instrumentum, manu alterius fideliter scriptum, signo manu nomine et agnomine meis propriis, solitis et consuetis signis subscripsi, rogatus et requisitus in robur et evidens testimonium omnium et singulorum premissorum ; et erat subscriptum.

Collationata est hec copia presens cum originali instrumento et concordat de verbo ad verbum et erat subscriptum per me,

BALDUINUM DE PEDE (2), notarium.

Archives de l'Etat à Bruges. — Arch. ecclés., liasse n° 145.

---

ans et le droit canon pendant vingt ans, mourut en 1523 et fut enterré dans l'eglise de Saint-Pierre à Louvain, près de l'autel de Saint-Mathieu. (MOLANUS, op. cit., p. 539.)

(1) Josse de Bouchoute, chanoine de Saint-Pierre à Louvain, y fonda la chapellenie de Ste Ursule. (MOLANUS, op. cit. p. 140).

(2) DE PEDE est probablement le nom latinisé de VAN DER VOET, ou VOETS, comme VIRULI est la traduction de MANNEKENS.

III.

Dispositions concernant la bourse fondée par Jean de Hoya. (1)

Ordinatio ac institutio burse per venerandum ac egregium virum ac D. M. N. M. Joannem Hoya S. T. Professorem in collegio facultatis Theologie in alma universitate Lovaniensi fundate. 1513.

Primo vult et ordinat predictus M. N. M. Joannes Hoya quod collatio, provisio seu omnimoda dispositio huiusmodi burse ad venerandos dominos, D. Decanum et D. et M. Regentes dicte facultatis spectet et pertineat sub nonnullis conditionibus infra latius declaratis. La collation appartient aux doyen et régents de la faculté de Théologie.

Imprimis quod bursarius per predictos dominos Decanum et Regentes instituendus, erit studens in Theologia, laudabilis et honeste vite, bonorumque nominis et fame, magister artium, promotus Lovanij, biretatus, (2) et qui in Le boursier sera étudiant en théologie,

(1) Jean de Hoya, né à Gand, obtint le grade de docteur en théologie de l'Académie de Trèves, devint *Pastor laicorum* et puis chanoine de Saint-Donatien, à Bruges, fut nommé docteur en théologie à l'Université de Louvain, en 1496, et, après y avoir enseigné, mourut en 1518, à l'âge de 88 ans. Il fut enterré chez les Chartreux de la même ville.

(2) On a découvert des sources précieuses, qui nous renseignent sur l'organisation des études de la faculté des Arts et de la faculté de Théologie à Louvain.

Dans le *Codex veterum statutorum Academiæ Lovaniensis*, publié à la suite de l'*Historiæ Lovaniensium libri XIV*, de Molanus, Mgr de Ram a reproduit 1° *Visitatio almae Universitatis studii generalis Lovaniensis publicata die* 5 *Septembris, anni* 1617, *sub Archiducibus Alberto et Isabella*, pp. 944-972; 2° *Statuta facultatis Theologiæ Lovaniensis* (s. XVI) pp. 1014-1028; 3° *Statuta venerandæ facultatis artium Academiæ Lovaniensis innovata anno* 1639, pp. 1089-1128.

Mr Reusens, professeur à la faculté de Théologie et bibliothécaire

sua licentia locum habuerit unum de viginti primis universitatis seu inter eosdem, aut certe promotus in alia universi-

---

de l'Université de Louvain, dans le *Compte rendu des séances de la Commission royale d'histoire*, Bruxelles 1867, nous a donné les statuts primitifs de la faculté des Arts, savoir: 1° *Statuts de l'année* 1427; 2° *Statuts de l'année* 1429; 3° *Extraits des actes de la faculté des Arts relatifs aux statuts* (1430-1446) pp. 147-206.

Le même professeur vient d'éditer dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain* de 1882, les *Statuts primitifs de la faculté de Théologie*, pp. 380-415.

Nous combinerons ces pièces officielles, pour en tirer les quelques observations qui peuvent éclaircir le présent document.

Les jeunes gens qui se destinaient aux études théologiques, devaient avoir obtenu le grade de maîtres ès-arts (*Statuts prim. de la fac. de Théol.* p. 384. — *Statuta fac. Theol.*, p. 1016). Le cours de la faculté des Arts était de deux années, et commençait au premier Octobre, pour finir dans la dernière quinzaine de Septembre. On enseignait simultanément, dans les quatre pédagogies de la Faculté, nommées *le Château*, *le Porc*, *le Lis* et *le Faucon*, la logique pendant neuf mois, la physique pendant huit mois, et la métaphysique pendant quatre mois. Les trois derniers mois avant l'examen étaient consacrés à des répétitions générales sur les matières expliquées pendant les deux années. D'après les cours qu'ils fréquentaient, les élèves étaient appelés *logici*, *physici*, *metaphysici seu promovendi* (*Visitatio* etc. nn° CXXVI, CXXVIII p. 973; *Statuta venerandæ* etc. cap. XIV, p. 1098; *Stat. de l'année* 1427, p. 756; *Stat. de l'année* 1429, p. 178.)

La faculté des Arts conférait le baccalauréat, la licence et le doctorat, *magisterium*. Un examen oral, appelé *actus determinantiæ*, était l'épreuve préparatoire aux grades. (*Visitatio* etc. n° CXXXVII, p. 975; *Statuta venerandæ* etc. cap. XV, *de actibus determinantiæ*, p. 1098.)

Au commencement de la seconde année, les élèves devaient prendre le grade de bachelier *simple*. La défense d'une thèse de philosophie leur donnait le titre de bachelier *formé* ou *formel*, et leur permettait de se présenter à la licence. (*Visitatio* etc. n° CXL, p. 976, et *Statuta venerandæ*, etc. cap. XVII, p. 1099.) Un concours pour les *lignes*, appelé *calamus*, précédait les célèbres examens de la licence. Dans chacune des quatre pédagogies, les étudiants concouraient entre eux sur toutes les branches de l'enseignement. Les neuf premiers appartenaient à la catégorie des *lineales*. Les trois premiers [d'après le résultat d'un nouveau concours dans chaque pédagogie, suivant Lambert; cependant

tate secundum rigorem examinis, qui iudicio magistrorum dicte facultatis reputetur ita indoneus sicuti regulariter

---

le texte dit simplement: *Nominabuntur in singulis pædagogiis tres pro prima linea, tres pro secunda*, etc.] formaient la *prima linea*, les trois suivants la *secunda linea*, et les trois derniers la *tertia linea*. Au jour de l'examen décisif, les douze de la *prima linea* se réunissaient en un concours général, et celui d'entre eux qui l'emportait sur les autres, était proclamé *primus* ou premier en philosophie. Un concours semblable avait lieu pour ceux de la *secunda* et de la *tertia linea*. Les étudiants qui ne faisaient pas partie des *lineales*, concouraient ensemble; ceux de la première moitié s'appelaient *post-lineales* ou *ante-mediales*, et le premier d'entre eux ou le 37ième portait le nom de *primus academicus*. (*Stat. venerandae* etc.. capp. XIX, XX, pp. 1101-1102 et *Juramenta* V, VII, VIII, X, XI et XII, pp. 1107, 1109, 1110; *Visitatio*, etc., n° CXLII sqq. pp. 976 sqq.)

D'après ces données, pour prétendre à la bourse de Hoya, il fallait être au moins le 8ième de la *secunda linea*.

Le grade de docteur ès-arts, *magister in artibus, artium*, était conféré sans apparat. L'*actus biretationis*, qui précédait la promotion, était rarement public. (*Stat. venerandæ* etc., cap. XXI, *de actu biretationis*, p. 1103, et *Visitatio*, n° CXLIV, p. 976.)

Les théologiens, avant d'aspirer à aucun grade, devaient suivre les cours durant six ans, selon les *Statuts primitifs de la fac. de Théol.* (p. 384), durant trois ans *aut circiter*, selon les *Statuta fac. Theol.* (p. 1056), durant quatre ans *ad minus*, selon la *Visitatio* etc. (p. 960).

Pendant tout ce temps, ils étaient simples *cursores*. — Ces six, trois ou quatre ans révolus, ils pouvaient se présenter *ad lecturam bibliorum* ou *biblie*, première épreuve à la suite de laquelle ils devenaient *baccalaurei biblici*. Une fois *baccalaurei biblici*, il leur était permis de se présenter *ad lecturam sententiarum*, et ce second examen les faisait *sententiarii*. Enfin une troisième épreuve les rendait *baccalaurei formati* (*Statuts prim. de la fac. de Théol.*, p. 384 sqq., *Visitatio* n° LXX, p. 961; *Stat. fac. Theol.*, p. 1016 sqq.)

Pour pouvoir prétendre à la licence, les bacheliers *formés* devaient continuer leurs études pendant quatre ans, selon les *Statuts primitifs de la faculté de Théol.* (p. 390), pendant trois ans, selon les *Statuta fac. Theol.* (p. 1018) et la *Visitatio* (p. 960). Deux mois, *ad minus*, après la licence, on pouvait se présenter au doctorat (*Statuts prim. de la fac. de Th.*, p. 395 et *stat. fac. Theol.*, p. 1020). — Voir Reusens, *Analectes*, t. I, p. 377; J. B. Lameere, *Beschrijf van oud en nieuw Loven*, Loven, 1829, p. 32.

est unus promotus Lovanij qui predictum locum in sua licentia habuit, natus Gandensis aut Brugensis.

Verum si talis non inveniretur, dictam bursam habere volens, nec in dicto collegio residere vellet, vivendo secundum instituta et ordinationes eiusdem collegij, poterunt dicti magistri predicte facultatis, expectatis duobus mensibus a vacatione predicte burse computandis, providere alteri nationis flandrie, vel nationis alterius, predicto modo ad magisterium in artibus qualificato. Quod ubi cetera omnia fuerint paria, promotus Lovaniensis preferatur promoto alibi.

devra prendre le grade de bachelier

Vult insuper predictus M. N. M. instituens quod huiusmodi bursalis predicto modo institutus et ad predictam bursam admissus debeat, completis sui studij annis requisitis, secundum consuetudinem et ordinationes dicte facultatis, ad gradum baccalaureatus suscipiendum, hunc gradum usque ad formam inclusive suscipere: alioquin dictis annis completis, idem bursarius bursa sua privetur ipso facto, nec eam ulterius tenere seu emolumenta eius suscipere [valeat], ipsa quoque bursa alteri iuxta modum pretactum conferatur.

et pourra continuer ses études jusqu'à la licence.

Verum si post formam baccalaureatus susceptam, predictus bursarius voluerit continuare suum studium, poterit ipsam bursam retinere et habere adhuc quatuor annis aliis et non ultra, a tempore ferme secundum statuta facultatis prefixo computandis, quibus quatuor annis elapsis alteri de eadem bursa mox provideatur.

Item voluit dictus D. instituens quod si contingat bursalem admissum, post eam admissionem quocumque tempore inveniri inutilem in studio sacre Theologie non proficientem, aut inhoneste viventem seu pertinaciter statutis et ordinationibus dicti collegij aut dicte facultatis parere negligentem, quod abiiciatur et privetur atque alteri magis idoneo iuxta prescriptum modum de eadem bursa provideatur.

Archives de l'Etat, à Bruges. — Arch. eccl., liasse n° 145.

IV.

Organisation de l'institution des Réfectionaux.

Sub Decani et Capituli beneplacito.

Quoniam subsistere non potest quod debili nititur fundamento, hinc est quod pro firma tredecim puerorum refectionalium (1) hucusque debiliter fundatorum subsistentia ac intertentione, qui jam annum et amplius chorum huius ecclesie in vestitu et habitu decenti concolari et conformi visitarunt, unde Christi fidelium huc confluentium devotionis circa divina fervor indies accrescere conspicitur, canonicis per decanum et capitulum deputatis media infrascripta videntur expedire. Janvier 1531.

I. Quicquid ad dictos refectionales ex fundationibus et collationibus ab antiquo (2) factis nunc spectat et inantea Administrateurs des biens des réfectionaux.

---

(1) L'institution des *pueri refectionales* était différente de celle des *chorales*, comme on le verra plus loin, au document VII. Nous trouvons également cette différence indiquée dans le *Status diœcesis sub Humberto a Præcipiano* 1685 « *Quod (officium divinum) quam decentissime juxta Romanas ceremonias, per 60 circiter habituatos perficitur, ultra 16 pueros, qui toga talari et superpellicio etiam induti, minoribus in ecclesia et choro officiis cum magna modestia defunguntur, cui officio bene procurando deputatus est magister qui ceremoniis, et alius qui musicae et psalmodiae praesit. Pars horum puerorum musicae deputata choralis dicitur..... Pars refectionalis, qui functionibus in choro, versiculis, martyrologio decantandis deputati.* ».

(2) Nous ignorons à quelle date remonte l'origine des réfectionaux. Maiolus Fabri, chanoine de Saint-Donatien, en parle dans la fondation qu'il fit en 1403. « *Item canonicis capellanis et clericis, necnon tredecim pauperibus refectionalibus cuilibet eorum unum*

spectabit, recipietur deinceps et administrabitur per duos aut tres canonicos seniores, capellanum aut clericum in eorum adiutorem sumpturos.

II. Quiquidem rectores seu refectionalium rectores circa eorum directionem et provisionem diligenter invigilare habebunt, administrationis per eos geste annis singulis illico post renovationem aut continuationem officiariorum rationem et calculum in capitulo reddituri.

Admission des réfectionaux.

III. Item nemo unquam admittatur in refectionalem nisi a rectoribus decano et capitulo presentatus, de cuius statu, conditione et paupertate per eos informatio precesserit, fidelisque ipsorum relatio in capitulo facta fuerit.

IIII. Item dicti rectores pro virili elaborabunt ad officij predictorum refectionalium provectionem et augmentum, ut, cum opus erit, superpellicia, succintoria, cappe, tunice et id genus vestes nove, decentes, concolorares et conformes comparentur, quibus eo dumtaxat tempore licebit uti, quo chorum ingredi aut divinis interesse tenebuntur, easdem, peractis sacris, in loco et capsis ad id designandis reposituri.

Costume des réfectionaux

Maîtres de chant.

V. Item ut predicti refectionales musica perfracta aut saltem gregoriana chorique ceremoniis et aliis ad divina necessariis imbuantur, deinceps singulis quartis et sextis feriis, succentor scholam accedet literatoriam, a miridie eos ibidem a festo Purificationis ad Bavonis ab hora tertia cum dimidia usque ad quartam cum dimidia, ludimagistro tum e schola recessuro, musicam saltem gregorianam, chori ceremonias, versiculosque et alia edocturus, ab eisdem rectoribus honestam mercedem, decani et capituli aut eorum discretionibus recepturus.

---

denarium pro offerendo, qui quidem refectionales offerant post collegium immediate. Et in regressu de offertorio teneatur dominus magister fabrice dare cuilibet dictorum tredecim refectionalium tres solidos par.. »

VI. Item et deinceps nullus omnium scholarium chorum ecclesie frequentare volens illic admittetur, nisi eius habitus et vestis etiam sit talaris refectionaliumque habitui et vesti conformis.

VII. Item quotienscunque continget erigi mensam pauperum, quicquid ex prebendis ([1]) sive in exequiis sive in mortuorum anniversariis per decanum et canonicos pauperibus solitum erat ante distribui in pecunia, id solum per ostiarium capituli colligetur rectoribusque tradetur in refectionalium dumtaxat usus convertendum; reliquum autem ex prebendis in re alia quam pecunia obveniens libere dispositioni dominorum in pauperum tamen et non alios usus convertendum remanebit. Nouvelles ressources à créer.

VIII. Item quidem omnis pecuniarum summa feriis quarta et sexta hebdomade sancte validis mendicantibus indiscriminatim et invalidis in ambitu claustri cum obstrepero illorum clamore et turba per obedientiarium distribui solita, usui dumtaxat refectionalium dehinc observabitur. Quindecim autem libre et xii sol. par. annue ipsismet refectionalibus per obedientie receptorem hebdomatim per tres stuferos simul, ac triginta quinque libre par. eisdem hic illic ad fundatorum tumulos in suis respective anniversariis genuflectentibus et legentibus per tabularium chori multifariam quotennis dividi solite, et si que alia forsan inposterum similia fundari contingat, ab ipsis receptore et tabulario colligentur, dictisque tradentur rectoribus, ea refectionalibus usui adplicaturis.

IX. Item ex bonis in annuam elemosinam cespitum ([2])

---

(1) *Prebendae* dictae cibi ac potus portiones diurnae, quae monachis, canonicis aliisve quibusvis dantur ac *prebentur*. (DUCANGE.)

(2) *Cespes* signifie *tourbe*, fl. *turf.*, combustible que l'*officium cespitum* était chargé de fournir aux chanoines, qui le distribuaient aux pauvres : « *Signa* (fl. teeckens, fr. bons) *N*..... *competentia pro cespitibus habendis et pauperibus erogandis.* » (Act. capit. *passim*).

En 1569, le chanoine François Fiers fit une fondation, connue

officio a fabrica elargitis, rectoribus prefatis in usus refectionalium summa gratiosa sex puta aut octo libr. paris. erogabitur, totusque eorum prescriptus intertentionis tenor observabitur usque ad competentem unius initiationis subsistentiam, habita per fabricarium debita onerum officij cespitum ratione. Atque hoc salvo quod solita distribuendorum annue cespitum consuetudo non omittatur.

Si igitur aliquando horum refectionalium officium, benefactorum largitate ita increverit ut annui eius redditus illorum vestibus suo tempore comparandis possit sufficere, tum prebende omnes pecuniarie aliaque tam ex obedientie quam fabrice officiis in huius intertentionis favorem destinata, ad pristinam suam naturam sunt reversura.

Sic conclusum in capitulo unanimi omnium voto, anno Domini 1531 mense Januario.

(Signé) : Comitis.

Archives de l'Evêché de Bruges. — Liasse *Refectionales.*

---

sous le nom de *officium Fierens* (sic) ou *officium cespitum*, et qui, croyons-nous, remplaça l'ancien *officium cespitum* ou lui fut unie. L'extrait suivant nous en donne une idée : « *Volo quod ex eisdem redditibus executores testamenti mei unacum fabricario et suo coadiutore singulis annis cespites, ligna, vestimenta aliaque ad usum pauperum necessaria emere et comparare, ac illa omnia tempore brumali infra omnium sanctorum et purificationis Marie festivitatibus in piis elemosinis pie et charitative cum consilio et ordinatione dictorum Decani et capituli veris pauperibus et maxime egenis, membris egris laborantibus, victum necessarium sibi adferre nequientibus, singulis annis fideliter distribuere et erogare et desuper computum reddere teneantur.* »

V.

Testament de Mgr Jean de Witte, Évêque de Cuba, (1) fondateur de la chaire publique de Théologie à Bruges. — Note marginale y jointe. — Extrait de deux comptes de l'exécution du même testament.

A

Testament van saligher memorien Eerweerdigen Vaedere in Gode Jan de Witte, bisschop van Cuba, de welcke heeft gefondeert de lessen die men binnen der stede van Brugghe inde halle daegelycx is lesende. 10 Février 1539.

In nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen. Ego Johannes de Witte, Dei et apostolice sedis gracia Episcopus Cubensis, Jesu Christi misericordia sanus mente et corpore, obitum meum cupiens

---

(1) Jean de Witte (*Albius*) né à Bruges, était fils de Jean de Witte, seigneur de Ruddervoorde, conseiller des ducs de Bourgogne comtes de Flandre, bourgmestre de la commune de Bruges (*van den Courps*) en 1472, et bourgmestre des échevins en 1482. Ses parents l'envoyèrent en Espagne, afin de s'y initier au commerce, mais le pieux jeune homme écoutant la voix de Dieu, entra au couvent des Dominicains de Valladolid.

Les talents et les vertus du religieux et aussi sa connaissance des langues espagnole et flamande, le firent choisir comme précepteur des filles de Philippe-le-Beau, qui venait de quitter la Flandre et de transférer sa cour en Espagne.

ordinatione testamentaria prevenire et utendo gracia testandi et de bonis meis disponendi apostolica auctoritate per litteras apostolicas mihi concessa, ac alias ex certa sciencia mea ac omnibus melioribus modo via iure causa et forma quibus melius potui debui de iure seu consuetudine aut equitate canonica, nuncupatum testamentum aut ultimam voluntatem meam condo, dispono et ordino in hunc qui sequitur modum, videlicet.

Imprimis quia anima est nobilior corpore et rebus humanis, de eterni regis misericordia plene confidens quia cor contritum et humiliatum non despiciet, quique ut suum redimeret populum gustare voluit calicem passionis, animam meam ex nunc omnino Redemptori et beate Marie virgini matri sue ac beatis apostolis Petro et Paulo ac Johanni necnon patri nostro sancto Dominico, omnibusque sanctis curie supernalis commendo.

Dispositions touchant ses funérailles.

Et postquam fuero, iubente altissimo, ab hac luce sublatus, eligo sepeliri in choro ecclesie conventus fratrum

---

Nommé Evêque de Cuba par Charles-le-Quint et confirmé par Clement VII, il administra la colonie espagnole jusqu'en 1530, époque à laquelle, cédant au désir de l'Empereur, il résigna son siége pour devenir le confesseur et l'aumônier de son ancienne élève Eléonore d'Autriche, devenue l'épouse de François Ier, roi de France. Plus tard il revint chercher le repos à Bruges, où il se fit bâtir un hôtel (*hof van Cuba*) au marché au fil sur l'emplacement qu'occupe actuellement l'école Normale des Dames de St André. Le généreux prélat mourut le jour de l'Assomption de la Ste Vierge, l'année 1540. — Voir: Georgii Cassandri *Belgae theologi, opera quae reperiri potuerunt omnia*, Parisiis 1616, pp. 1251-1269. — *Oratio panegyrica in laudem urbis Brugarum, et studiorum humanitatis, atque lectionis publicæ nunc primum ea in urbe institutæ a reverendo patre, D. Joanne Albio eiusdem urbis cive, Episcopo cubensi, habita Brugis a Georgio Cassandro: quarto No. Maij, an. XLI.* (reproduite en entier par la Société d'Émulation, *Recueil de chroniques, chartes et autres documents*, troisième série. Chroniques des villes, Gandavi 1847; en partie par Sanderus, *Flandria illustrata*, Coloniae 1631, p. 239.) — De Jonghe, *Belgium Dominicanum, sive historia Provinciae Germaniae inferioris sacri ordinis PP. Praedicatorum.* Bruxellis 1719, p. 188.

Predicatorum oppidi Brugensis ante altare maius in habitu pontificali et funus meum deferri per fratres Predicatorum cum viginti quatuor thecis seu torciis ac cum obsequiis et honoribus pontificalem dignitatem decentibus et aliis, prout executoribus meis infrascriptis videbitur convenire, et propterea solvi eidem conventui summam duarum librarum grossorum per modum pitantie.

Item, volo sepulchro meo huiusmodi poni monumentum (1) conveniens pro eorumdem executorum discretione.

Item, volo in diebus obitus mei seu sepulture et exequiarum quod cantentur seu celebrentur adminus trigenta misse et quod in decenti numero prebende ponantur distribuende pauperibus.

Item, volo quod omnes servitores de familia nostra cum decenti et funebri habitu vestiantur et quod deferentes thecas et alia circa funus spectantia, lugubribus vestibus induti compareant.

Item, volo quod post annum obitus mei computando a die quo ego sepeliar, immediate celebretur officium mortuorum prout moris est et prout celebrantur annales

---

(1) Selon son désir, Mgr Jean de Witte fut enterré dans le chœur de l'église des Dominicains ; son mausolée en marbre portait l'épitaphe suivante :

D. O. M.
REVERENDO PATRI AC DOMINO
D. JOANNI DE WITTE
PRIMO AD CUBAM ORDINATO EPISCOPO
AC SERENISSIMAE REGINAE FRANCIAE ELEONORAE
ARCHIELEMOSYNARIO,
EJUSQUE CONFESSIONIS AUDITORI,
QUI POSTERITATI IN EXEMPLUM
PUBLICAS IN HAC URBE PRAELECTIONES
STUDIOSORUM GRATIA LIBERALITER INSTITUIT.
PIETATIS ET RELIGIONIS ERGO HOC
MONUMENTUM
POSITUM EST.

(DE JONGHE, op. cit.)

exequie in dicto conventu fratrum Predicatorum, quibus eo die dari volo pro pitantia triginta solidos grossorum.

Legs divers. Item, cuilibet ex conventibus sancti Dominici, sancti Augustini, beate Marie de monte Carmelo et Observantie filiis Francisci (1) in oppido Brugensi constitutis, volo dari nomine legati viginti solidos grossorum.

Item, quod dentur pro amore Dei eodem die exequiarum communitati pauperum octo libre, sex solidi, octo denarij grossorum.

---

Dans les églises où il n'y a pas de pareille prébende, pourvu que le clergé soit nombreux, la première prébende vacante sera affectée à cet emploi.

In ecclesiis autem metropolitanis, vel cathedralibus, si civitas insignis vel populosa, ac etiam in collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, etiam nullius diœcesis, si ibi clerus numerosus fuerit, ubi nulla praebenda aut praestimonium, seu stipendium hujusmodi deputatum reperitur, praebenda quomodocumque, praeterquam ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatibile injunctum non sit, ad eum usum ipso facto perpetuo constituta et deputata intelligatur. Et quatenus in ipsis ecclesiis nulla, vel non sufficiens praebenda foret, metropolitanus, vel episcopus ipse per assignationem fructuum alicujus simplicis beneficii, ejusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum suae civitatis et diœcesis, vel alias, prout commodius fieri poterit, de capituli consilio ita provideat, ut ipsa sacrae Scripturae lectio habeatur, ita tamen, ut quaecumque aliae lectiones, vel consuetudine, vel quavis alia ratione institutae, propter id minime praetermittantur.

Là où les ressources sont faibles, et où le nombre des ecclésiastiques et des fidèles est petit, il y

Ecclesiae vero quarum annui proventus tenues fuerint, et ubi tam exigua est cleri et populi multitudo, ut theologiae lectio in eis commode haberi non possit, saltem magistrum habeant, ab episcopo cum consilio capituli eligendum, qui clericos aliosque scholares pauperes grammaticam gratis doceat, ut deinceps ad ipsa sacrae Scripturae

studia, annuente Deo, transire possint. Ideoque illi magistro grammaticae vel alicujus simplicis beneficii fructus, quos tamdiu percipiat quamdiu in docendo perstiterit, assignentur; dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio: vel ex capitulari, vel episcopali mensa condigna aliqua merces persolvatur: vel alias episcopus ipse aliquam rationem ineat suae ecclesiae et diœcesi commodam, ne pia haec, utilis atque fructuosa provisio quovis quaesito colore negligatur. aura un maître de grammaire.

In monasteriis quoque monachorum, ubi commode fieri queat, etiam lectio sacrae Scripturae habeatur. Qua in re si abbates negligentes fuerint, episcopi locorum, in hoc ut Sedis Apostolicae delegati, eos ad id opportunis remediis compellant. In conventibus vero aliorum regularium, in quibus studia commode vigere possunt, sacrae Scripturae lectio similiter habeatur: quae lectio a capitulis generalibus vel provincialibus assignetur dignioribus magistris. Des leçons d'Écriture Sainte se donneront aussi dans les couvents de moines et autres maisons de réguliers.

In gymnasiis etiam publicis, ubi tam honorifica, et caeterorum omnium maxime necessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religiosissimorum principum ac rerumpublicarum pietate et caritate, ad catholicae fidei defensionem et incrementum, sanaeque doctrinae conservationem et propagationem instituatur; et, ubi instituta foret et negligeretur, restituatur. Appel aux princes chrétiens.

Et, ne sub specie pietatis impietas disseminetur, statuit eadem sancta Synodus, neminem ad hujusmodi lectionis officium tam publice quam privatim admittendum esse, qui prius ab episcopo loci de vita, moribus et scientia examinatus et approbatus non fuerit: quod tamen de lectoribus in claustris monachorum non intelligatur. Capacité et mœurs des professeurs.

Docentes vero ipsam sacram Scripturam, dum publice in scholis docuerunt, et scholares, qui in ipsis scholis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum praebendarum et beneficiorum suorum, in absentia a jure communi concessis, plene gaudeant et fruantur. Priviléges des professeurs d'Écriture Sainte et de leurs élèves.

Conc. Trid. Sess. 5, cap. 1, de reformatione.

B

15 Juillet 1563.

Forma erigendi seminarium clericorum, præsertim tenuiorum; in cujus erectione plurima observanda: de educatione promovendorum in cathedralibus et majoribus ecclesiis (1).

Toutes les églises cathédrales établiront un collége, où elles nourriront, élèveront, et instruiront un certain nombre d'enfants.

Cum adolescentium aetas, nisi recte instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas; et, nisi a teneris annis ad pietatem et religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, numquam perfecte, ac sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio, in disciplina ecclesiastica perseveret: sancta Synodus statuit, ut singulae cathedrales, metropolitanae, atque his majores ecclesiae, pro modo facultatum et diœcesis amplitudine, certum puerorum ipsius civitatis et diœcesis, vel ejus provinciae, si ibi non reperiantur, numerum in collegio ad hoc prope ipsas ecclesias, vel alio in loco convenienti, ab episcopo eligendo, alere, ac religiose educare, et ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur.

Qualités des enfants à admettre dans ce collége.

In hoc vero collegio recipiantur, qui ad minimum duodecim annos, et ex legitimo matrimonio nati sint, ac legere, et scribere competenter noverint; et quorum indoles, et voluntas spem afferat, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros. Pauperum autem filios praecipue eligi vult; nec tamen ditiorum excludit, modo suo sumptu alantur, et studium prae se ferant Deo et Ecclesiae inserviendi.

---

(1) Voyez, pour l'explication de ce décret, JOANNES DE JOANNE, *Historia seminariorum clericalium*, Augustae Vindelicorum 1787; POUAN, *De seminario clericorum dissertatio historico-canonica*, Lovanii 1874.

Hos pueros episcopus in tot classes, quot ei videbitur, divisos, juxta eorum numerum, aetatem, ac in disciplina ecclesiastica progressum, partim, quum ei opportunum videbitur, ecclesiarum ministerio addicet; partim in collegio erudiendos retinebit; aliosque in locum eductorum sufficiet; ita ut hoc collegium Dei ministrorum perpetuum seminarium sit.

Division des enfants en plusieurs cours.

Ut vero in eadem disciplina ecclesiastica commodius instituantur, tonsura statim, atque habitu clericali semper utentur; grammatices, cantus, computi ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam discent: sacram Scripturam, libros ecclesiasticos, homilias sanctorum, atque sacramentorum tradendorum, maxime quae ad confessiones audiendas videbuntur opportuna, et rituum, ac caeremoniarum formas ediscent. Curet episcopus, ut singulis diebus Missae sacrificio intersint, ac saltem singulis mensibus confiteantur peccata; et juxta confessoris judicium sumant corpus Domini nostri Jesu Christi; cathedrali, et aliis loci ecclesiis diebus festis inserviant.

Les enfants porteront la tonsure et l'habit clérical.

Matières d'enseignement.

Devoirs religieux.

Quae omnia, atque alia ad hanc rem opportuna, et necessaria episcopi singuli, cum consilio duorum canonicorum seniorum, et graviorum, quos ipsi elegerint, prout Spiritus sanctus suggesserit, constituent, eaque ut semper observentur, saepius visitando operam dabunt. Dyscolos, et incorrigibiles, ac malorum morum seminatores acriter punient, eos etiam, si opus fuerit, expellendo: omniaque impedimenta auferentes, quaecumque ad conservandum, et augendum tam pium, et sanctum institutum pertinere videbuntur, diligenter curabunt.

Dans l'administration spirituelle du Séminaire, l'évêque sera assisté du conseil de deux chanoines, qu'il choisira lui-même.

Et quia ad collegii fabricam instituendam, et ad mercedem praeceptoribus, et ministris solvendam, et ad alendam juventutem, et ad alios sumptus certi redditus erunt necessarii; ultra ea, quae ad instituendos, vel alendos pueros sunt in aliquibus ecclesiis, et locis destinata, quae eo ipso huic seminario sub eadem episcopi cura applicata censeantur; iidem episcopi cum consilio duorum de capi-

Pour l'administration temporelle, il s'adjoindra deux membres du chapitre et deux membres du clergé de la ville.

tulo, quorum alter ab episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur; itemque duorum de clero civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad episcopum, alterius vero ad clerum pertineat; ex fructibus integris mensae episcopalis, et capituli, et quarumcumque dignitatum, personatuum, officiorum, prebendarum, portionum, abbatiarum, et prioratuum cujuscumque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint, et hospitalium, quae dantur in titulum, vel administrationem, juxta constitutionem concilii Viennensis, quae incipit, *Quia contingit*, et beneficiorum quorumcumque, etiam regularium, etiamsi juris patronatus cujuscumque fuerint, etiamsi exempta, etiamsi nullius diœcesis, vel aliis ecclesiis, monasteriis, et hospitalibus, et aliis quibusvis locis piis, etiam exemptis, annexa; et ex fabricis ecclesiarum, et aliorum locorum, etiam ex quibuscumque aliis ecclesiasticis redditibus seu proventibus, etiam aliorum collegiorum; in quibus tamen seminaria discentium, vel docentium, ad commune Ecclesiae bonum promovendum, actu non habentur: haec enim exempta esse voluit; praeterquam ratione reddituum, qui superflui essent ultra convenientem ipsorum seminariorum sustentationem, seu corporum, vel confraternitatum, quae in nonnullis locis scholae appellantur, et omnium monasteriorum, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos, ex quibus subsidia ecclesiastica solvi solent, et milites cujuscumque militiae, aut ordinis pertinentibus, fratribus sancti Joannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis, partem aliquam, vel portionem detrahent: et eam portionem sic detractam, necnon beneficia aliquot simplicia, cujuscumque qualitatis, et dignitatis fuerint, vel etiam praestimonia, vel praestimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem, sine cultus divini, et illa obtinentium praejudicio, huic collegio applicabunt, et incorporabunt. Quod locum habeat, etiamsi beneficia sint reservata, vel affecta; nec per resignationem ipsorum beneficiorum, uniones, et applicationes

Portion de revenus à payer par la mense épiscopale, le chapitre, etc.

suspendi, vel ullo modo impediri possint, sed omnino quacumque vacatione, etiamsi in curia, effectum suum sortiantur, et quacumque constitutione non obstante. Ad hanc autem portionem solvendam, beneficiorum, dignitatum, personatuum, et omnium, et singulorum supra commemoratorum possessores, non modo pro se, sed pro pensionibus, quas aliis forsan ex dictis fructibus solverent, retinendo tamen pro rata quidquid pro dictis pensionibus illis erit solvendum, ab episcopo loci per censuras ecclesiasticas, ac alia juris remedia compellantur; etiam vocato ad hoc, si videbitur, auxilio brachii saecularis: quibusvis, quoad omnia, et singula supradicta, privilegiis, exemptionibus, etiamsi specialem derogationem requirerent, consuetudine, etiam immemorabili, et quavis appellatione, et allegatione, quae executionem impediat, non obstantibus. Succedente vero casu, quo per uniones effectum suum sortientes, vel aliter seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperiatur; tunc portio ex singulis beneficiis, ut supra, detracta, et incorporata ab episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum vel pro parte remittatur. Quod si cathedralium, et aliarum majorum ecclesiarum praelati in hac seminarii erectione, ejusque conservatione negligentes fuerint, ac suam portionem solvere detrectaverint; episcopum archiepiscopus, archiepiscopum et superiores synodus provincialis acriter corripere, eosque ad omnia supradicta cogere debeat: et ut quamprimum hoc sanctum et pium opus, ubicumque fieri poterit, promoveatur, studiose curabit. Rationes autem reddituum hujus seminarii episcopus annis singulis accipiat, presentibus duobus a capitulo, et totidem a clero civitatis deputatis.

jusqu'à dotation suffisante du séminaire.

Reddition des comptes.

Deinde, ut cum minori impensa hujusmodi scholis instituendis provideatur, statuit sancta synodus, ut episcopi, archiepiscopi, primates, et alii locorum ordinarii, scholasterias obtinentes, et alios, quibus est lectionis,

Obligations des écolâtres.

vel doctrinae munus annexum [1], ad docendum in ipsis scholis instituendos, per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos, ab eisdem scholasticis eligendos, et ab ordinariis approbandos, etiam per subtractionem fructuum, cogant et compellant. Quod si, judicio episcopi, digni non fuerint, alium, qui dignus sit, nominent, omni appellatione remota: quod si neglexerint, episcopus ipse deputet. Docebunt autem praedicti, quae videbuntur episcopo expedire. De caetero vero officia, vel dignitates illae, quae scholasteriae dicuntur, nonnisi doctoribus, vel magistris, aut licentiatis in sacra pagina, aut in jure canonico, et aliis personis idoneis, et qui per seipsos id munus explere possint, conferantur: et aliter facta provisio nulla sit, et invalida: non obstantibus quibusvis privilegiis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

L'évêque leur prescrira ce qu'ils doivent enseigner.

Si vero in aliqua provincia ecclesiae tanta paupertate laborent, ut collegium in aliquibus erigi non possit; synodus provincialis, vel metropolitanus, cum duobus antiquioribus suffraganeis, in ecclesia metropolitana, vel alia provinciae ecclesia commodiori, unum, aut plura collegia, prout opportunum judicabit, ex fructibus duarum, aut plurium ecclesiarum, in quibus singulis collegium commode institui non potest, erigenda curabit, ubi pueri illarum ecclesiarum educentur.

Si les églises sont pauvres, on reunira leurs ressources.

In ecclesiis autem, amplas diœceses habentibus, possit episcopus unum, vel plura in diœcesi, prout sibi opportunum videbitur, habere seminaria: quae tamen ab illo uno, quod in civitate erectum, et constitutum fuerit, in omnibus dependeant.

Dans les vastes diocèses, l'évêque pourra ériger un ou plusieurs séminaires.

Postremo, si vel pro unionibus, seu pro portionum taxatione, vel assignatione, et incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam hujus seminarii institutio, vel conservatio impediretur,

Droits des évêques.

---

(1) Voyez le décret A, p. xcv.

aut perturbaretur: episcopus cum supra deputatis, vel synodus provincialis, pro regionis more, pro ecclesiarum, et beneficiorum qualitate, etiam supra scripta, si opus fuerit, moderando, aut augendo, omnia et singula, quae ad felicem hujus seminarii profectum necessaria et opportuna videbuntur, decernere, ac providere valeat.

Conc. Trid. Sess. 23, Cap. 18, de reformatione.

IX.

Publication du concile de Trente à Bruges, sous l'évêque Pierre de Corte (1).

Lune 10a Julij, D. decano (2) presidente.

Exhibuit dominus decanus ex parte Rmi certam copiam literarum (3) gubernatricis, abhinc mense et amplius sue Paternitati transmissarum, ut capta cum iis quibus visum foret communicatione, pretermissis aliis novissimi Tridentini concilij decretis, potissimum super puncto reformationum, eidem gubernatrici suam mentem et consilium rescriberet, petens dominorum desuper advisamentum. Domini, ex quo dictus Rmus negotium ipsis communicare tamdiu expectaverit, nihil tam precipitanter concludere

10 Juillet 1564.

L'évêque de Corte communique au chapitre une lettre de la gouvernante et demande l'avis des chanoines.

---

(1) Tous les extraits qui suivent, sont tirés des *Acta capituli Sancti Donatiani Brugensis*, registre Q, aux dates indiquées.

(2) Nicolas de Tordomar devint doyen de Saint-Donatien le 26 Mars 1556, et mourut le 26 Octobre 1568.

(3) Cette lettre de Marguerite de Parme, adressée le 8 Juin 1564 aux évêques des Pays-Bas et à la faculté de Théologie de Louvain, se trouve dans le *Synodicon Belgicum*, édité par DE RAM, Mechliniae 1828, tom. I, p. 20.

Députation et réponse du chapitre à l'évêque. valentes, deputarunt dominos decanum, cantorem (1), Bachusium (2), Heetvelde (3) et Robyn (4) ad eumdem Rmum accedendum, quid sua Paternitas scribere decreverit expiscandum, sibique aperte et ingenue remonstrandum, dominos de capitulo magnopere mirari, quod eos ita parvifaciat tamdiu negotium ipsis communicare differendo, quandoquidem eos potissimum concernere videatur.

Mercurij 12a Julij, D. decano presidente.

12 Juillet 1564. Retulerunt domini deputati ab episcopo reversi, ipsum Rmum intentionis esse ad literas gubernatricis respondere,

Avis de l'évêque sur la publication du concile général. quod regia maiestas generale concilium publicare faciat, difficultatibus, si oriantur, dilatis in concilium provinciale, quod quidem ipsa maiestas quamprimum celebrari procuret. Dominis visum fuit quod ante concilij generalis

Avis opposé du chapitre. publicationem, provinciale veniat celebrandum, ut omnes difficultates oriture discutiantur et prius diffiniantur, quam concilium generale publicetur.

Lune 17a Julij, D. decano presidente.

17 Juillet 1564. Domini ordinarunt scripto tradi Rmo responsum, iuxta postremi diei capitularis conclusionem, de eorum advisamento petito ad literas gubernatricis, volentes interim

Les chanoines s'informent à Tour- nomine capituli rescribi Tornacensi (5), Insulensi (6) et aliis,

---

(1) Jacques Kervyn.

(2) Gérard Bachusius, de Maeseyk, possesseur de la 11me prébende depuis 1537.

(3) Joannes van den Heetvelde, de Louvain, chanoine de la 15me prébende, fonda deux bourses au collége de Winckel, à Louvain.

(4) Antoine Robyn, chanoine de la 5me prébende.

(5) Le territoire formant le nouveau diocèse de Bruges ressortissait auparavant au diocèse de Tournai.

(6) En 1101, le comte de Flandre, Robert de Jérusalem, accorda à l'église de Saint-Donatien les mêmes priviléges d'immunité que ceux dont jouissait l'église de Saint-Pierre de Lille. Depuis ce temps, le prévôt de Saint-Donatien prit rang parmi les chanoines de Saint-Pierre, et le prévôt de cette dernière collégiale était membre de droit du chapitre de Saint-Donatien.

si videatur, capitulis exemptis, ad eorum mentem et intentionem super concilij generalis publicatione, eorumque exemptione, expiscandum. nai, Lille etc. touchant l'intention des chapitres exempts.

Mercurij 16ª Augusti, D. decano presidente.

Pervento ad dominorum noticiam quod certorum collegiorum seu capitulorum exemptorum deputati, 22ª presentis mensis in oppido Duacensi convenient et congregabuntur, de et super puncto seu articulo reformationum in novissimo concilio generali edito, diversisque aliis rebus et negotiis dependentibus in preiudicium exemptionum factis, simul colloquuturi, tractaturi et communicaturi; idcirco domini mei, pro eorum exemptionis conservatione advigilare, deque omnibus ibidem tractandis informari volentes, et aliquem ex parte huius capituli mittendum fore concludentes, deputarunt D. et magistrum Antonium Robyn, eorum confratrem, ad oppidum Duacense circa diem statutum accedendum, ad aliorum deputatorum colloquium et congregationem admitti petendum et introessendum, eorumque salubria consilia tam super exemptionibus et reservationibus quam aliis quibuscumque rebus ibidem in medium adducendis, audiendum, communicandum et referendum, eidem domino Robyn literas credentie decernentes, hanc quoque deputationem et ordinationem secretam servare volentes. 16 Août 1564. Le chanoine Robyn député à Douai.

Lune 4ª Septembris, D. decano presidente.

Audita relatione domini Robyn canonici Duaco reversi a congregatione deputatorum certorum inferioris patrie capitulorum exemptorum, de ibidem actis, tractatis et communicatis super puncto novissimi concilij generalis de reformationibus, lecta quoque certa instructione secum allata, ibidem per Insulenses exhibita, de inconvenientibus imminentibus, si exemptiones a capitulis tollerentur, domini nihil adhuc concluserunt usque ad diem Mercurij proximum, ut interea temporis unusquisque dominorum apud 4 Septembre 1564. Rapport du chanoine Robyn.

se cogitet et maturius deliberet, quid veniat desuper addendum aut faciendum, tunc aliquos ex dominis, qui totum negotium maturius expendant et discutiant, deputaturi.

Mercurij 6ª Septembris, D. decano presidente.

6 Septembre 1564.

Le chapitre se propose d'adresser une remontrance et supplique au Souverain Pontife,

Deliberato super negotio reformationum et exemptionum, domini aliis collegiis et capitulis exemptis pro eorum exemptionis conservatione sese omnino conformare volentes, deputarunt venerabiles decanum, Heede (1), Heetvelde et Robyn cum assumendis et consilio externo, si opus sit, ad certos articulos per Insulenses preparatorie conceptos postremo die capitulari hic lectos, exacte discutiendum et expendendum, iisque addendum que pro huius ecclesie qualitate necessaria et opportuna videbuntur, et referendum, ut per procuratorium ad curiam Romanam simul cum aliis mittendum, omnia gravamina et inconvenientia summo Pontifici remonstrentur, et omnia antiqua statuta remanere posse impetretur.

Mercurii 27ª Septembris, D. decano presidente.

27 Sept. 1564.

Viso et audito capituli Furnensis (2) procuratorio ad Urbem unacum aliis collegiis exemptis transmittendo, ad summo

---

(1) François van den Heede, possesseur de la 27me prébende, fut en même temps curé de la *portio aurea* de Notre-Dame, à Bruges.

(2) C'était le chapitre de la collégiale de Sainte-Walburge de Furnes. Lors de l'érection de l'évêché d'Ypres, en 1560, la prévôté de Furnes fut supprimée ; dix canonicats et autant de prébendes furent annexés au nouveau chapitre cathedral de Saint-Martin, sous le nom de *membre de Furnes*. Dix canonicats et prébendes de l'ancienne cathédrale de Térouane, et douze canonicats et prébendes de l'antique prévôté de Saint-Martin formaient respectivement le *membre de Térouane* et le *membre d'Ypres*, et complétaient le chapitre de la nouvelle cathédrale d'Ypres, divisé en trois membres, et composé de trente-deux prébendes. (ALPH. VANDENPEEREBOOM, *Essai de numismatique Yproise*, Bruxelles 1877, p. 256; *Ypriana*, t. VI, p. 336.)

Pontifici inconvenientia ex sublatione exemptionum emersura remonstrandum, earumque exemptionum conservationem et retentionem sollicitandum; domini simile procuratorium in forma debita, nomine et sub sigillo huius capituli expediri et transmitti consenserunt, modo pro parte Tornacensis et aliorum capitulorum circumvicinorum etiam mittatur, propterea ordinantes prius perquiri quid illi desuper sint facturi. pourvu que les chapitres voisins fassent de même.

Lune 16a Julij, D. decano presidente.

Exhibita per decanum et lecta fuit copia literarum clausarum gubernatricis Rmo Epo Brugensi transmissarum (1), ad finem publicari faciendi postremum generale concilium Tridentinum, super quo idem Rmus capituli consilium et advisamentum postulabat; ordinatum fuit quod omnes domini ad Iovis proximum circa 7am mane vocentur sub iuramento desuper maturius inter se deliberaturi. 16 Juillet 1565. Le chapitre reçoit communication d'une lettre de la gouvernante, adressée à l'évêque, touchant la publication du concile.

Jovis 19a Julij, D. decano presidente.

. . . .

Eodem die, domini vocati deliberarunt per modum colloquij; audito D. decano qui consuluerat nihil venire mutandum de concilio, fuit ordinatum quod decanus diceret paucis Rmo, literas dominos non concernere et non egere dominorum consilio, nisi declaret et doceat, se non posse publicare sine consilio et auxilio dominorum. 19 Juillet 1565. Le chapitre répond que cette lettre ne le concerne pas.

Lune 30a Julij, D. decano presidente.

Proposuit dominus decanus, Rmum Brugensem Insulis reversum, misisse ad eum pro resolutione et advisamento dominorum de capitulo super literis gubernatricis, de publicatione concilij Tridentini. Unde rogati et deputati 30 Juillet 1565. L'évêque demande l'avis du chapi-

(1) Voir cette lettre, datée de Bruxelles le 11 Juillet, dans le *Synodicon Belgicum* de DE RAM, tom. I, p. 21 sqq.

pitre; députation chargée de conférer préalablement avec l'évêque.

fuerunt idem dominus decanus cum senioribus dominis canonicis ad rursum R[mum] accedendum, per eum petenda et proponenda audiendum, et si necesse fuerit, conclusionem et conceptum alias desuper satis conceptum sue Paternitati exponendum, ac iuxta rerum ibidem tractandarum qualitatem communicandum et referendum.

Jovis 2a Augusti, D. decano presidente.

2 Août 1565.

Sur le rapport de la députation, le chapitre diffère de donner sa réponse.

Audito rapportu domini decani de communicatione super concilio habita cum R[mo] Brugensi, qui potissimum de aliquo Seminario constituendo mentionem fecerat, domini, animadvertentes ipsum R[mum] ea que pro se faciunt et in sui exonerationem vergunt promovere velle, omissis punctis principalioribus et aliis rebus pro capitulo facientibus, responsum differendum censuerunt, deputantes venerabiles dominos decanum, cantorem, Heetvelde, Claysseune (1), Heede et Robyn ad omnes et singulos articulos in rem ecclesie facientes ex dicto concilio colligendum necnon privilegia ecclesie cathedralis, ut postmodum suis omnia ostendantur ac desuper cum sua Paternitate communicetur.

3 Août 1565.

L'évêque demande à conférer avec les députés du chapitre.

Veneris 3a Augusti, dominis tempore vesperarum in sanctuario congregatis, exposuit ibidem dominus decanus, R[mum] Brugensem per suum secretarium ad se missum petiisse aliquos dominos ex capitulo deputari, cum sua Paternitate super concilij publicatione communicaturos. Domini scire cupientes de et super quibus communicationem postulet, rogarunt eumdem dominum decanum quatenus dictum R[mum] indilate accederet ad ipsum perscrutandum. Qui paulo post inde reversus, dominis in dicto sanctuario rursus congregatis, retulit eumdem R[mum] cum dominis seu eorum deputatis communicare velle

---

(1) Corneille Clayssoone, chanoine de la 14me prébende, était l'oncle du célèbre jésuite Robert Clayssoone.

super loci designationem ad dictum concilium publicandum. Proinde iidem domini, videntes R^mum fere omnia prepostere agere, quippe qui his supra diebus dictum concilium Slusis personaliter publicaverit, et diem 13^am huius mensis ad in hac civitate publicandum indixerit aliasque et alia pro arbitrio fecerit, sine scitu, consilio aut advisamento dominorum suorum confratrum, ordinarunt per me sue Paternitati responderi et intimari, prout intimavi, quod quandoquidem multo maiora et graviora negotia ipsum concilium concernentia concepisset, conclusisset, et in parte executioni demandasset, sine auxilio et consilio dominorum, non videbatur eis necessarium, nec huiusmodi designationis loci negotium condignum aliqua deputatione aut communicatione.

Refus motivé des chanoines.

Altera die videlicet sabbati 4^a Augusti, post summe misse decantationem, dominis in sanctuario congregatis, exposuit D. decanus dominos Heetvelde et Pamele (1) prius, deinde ipsum D. decanum fuisse vocatos apud R^mum, qui facta mentione de hesterno capituli responso per me sibi intimato, declaravit se adhuc optare ut domini, ad per eum hesterno die petitam communicationem, deputatos suos des-

4 Août 1565.

L'évêque insiste pour avoir une conférence avec les députés du chapitre.

(1) Jacques de Pamele, né à Bruges en 1536, appartenait à l'illustre famille de ce nom. Après avoir terminé ses humanités chez les cisterciens de Boneffe, il étudia la philosophie, la théologie, l'Ecriture Sainte et le droit pendant neuf ans à Louvain, où il fut l'élève de Ruard Tapperus et de Josse Ravestein. Il continua ses études à la Sorbonne de Paris et dans les plus célèbres universités de l'Europe. Retourné à Louvain, il y obtint le grade de licencié en théologie, puis revint à Bruges, devint chanoine de la 13me prébende de Saint-Donatien, le 19 Juin 1561, et fut nommé doyen de Bruges, *decanus christianitatis Brugensis*, le 10 Mars 1568.

Des canonicats lui furent conférés successivement à Sainte-Gudule, à Bruxelles, et à Saint-Jean, à Bois-le-Duc. En 1580, lors des troubles, il se retira à Saint-Omer, où l'évêque Jean Six le nomma son archidiacre. Le roi Philippe II le nomma prévôt d'Utrecht et

tinarent, subdens, quatenus domini aliquod medium concordie super eorum exemptione sibi proponere vellent, eos audire paratus erat. Quapropter iidem domini deputarunt DD. decanum, cantorem, Bachusium, Heetvelde et Claysseune ad primo et ante omnia super negotio exemptionis cum sua Paternitate communicandum, et si fieri posset, conveniendum, ipsumque inducendum quod concordiam olim cum episcopo Tornacensi initam, (quam in effectu per iuramentum in sua receptione prestitum approbavit), adhuc pro maiori tranquilitate, nunc approbare et confirmare dignaretur, saltem vita sua durante, et sine preiudicio suorum successorum.

Le chapitre consent.

---

ensuite évêque de Saint-Omer. Avant qu'il fut sacré, une maladie l'emporta à la fleur de l'âge, à Mons, le 19 Septembre 1587. Il fut enterré dans l'église de Sainte-Waudru. Voici son épitaphe:

D. O. M.
NOBILI VIRO JACOBO
ADOLPHI F. FRANC. N. PAMELIO
PRESBYTERO, SUMMO THEOLOGO,
D. SALVATORIS ULTRAJECTI PRAEPOSITO
ECCLESIAE AUDOMAROPOLITANAE
ARCHIDIACONO, EJUSDEMQUE NOMINATO
EPISCOPO, MULTIS IN TERTULLIANUM,
CYPRIANUM ALIOSQUE SCRIPTORES MONUMENTIS
EDITIS CLARISSIMO,
INTEMPESTIVA EHEU! MORTE ABREPTO
FRATRES MŒSTISS. POSS.
NATUS EST M. D. XXXVI
III IDUS MAIAS
MORTUUS M. D. LXXXIIII
XIII KAL. OCTOB.

Voir la série de ses œuvres dans FOPPENS, *Bibliotheca Belgica*, t. I, p. 532; TAELBOOM, *In obitum D. Jacobi Pamelii Theologi D. Salvatoris Ultrajectensis prepositi, ecclesie Audomaropolitane archidiaconi et episcopi designati oratio funebris*, Antverpie 1589.

Lune 6ª Augusti D. Decano presidente.

Constito ex relatu dominorum deputatorum, R^mum Brugensem in nudiustertius secum habita communicatione, non potuisse induci ad compositionem dudum cum episcopo Tornacensi super exemptione huius ecclesie initam, ex libro statutorum sibi ostensam, et cum certo transcripto penes suam Paternitatem existente, tunc collatam et concordare repertam, approbandam et confirmandam, vita sua currente et sine preiudicio suorum successorum, ob id quod censebat desuper maturius deliberandum, domini attenta ipsius R^mi dilatione, nihil desuper adhuc tractandum aut concludendum censuerunt, donec responsum habeant, vel ab ipso R^mo urgeantur.

6 Août 1565. Rapport des députés; réponse du chapitre différée.

Mercurij 8ª Augusti, D. cantore presidente.

Comparens in capitulo M. Henricus Fleru domesticus R^mi Brugensis, exposuit dominis qualiter dictus R^mus intentionis erat, die sabbati proxima, 11ª huius mensis, concilium generale Tridentinum publicare capitulis sue diocesis, petens quatenus domini sese accomodarent, et si quid haberent prius remonstrandum aut communicandum sue Paternitati, parata erat capituli deputatos [audire]. Cui quidem magistro Henrico pro responso dictum extitit, quod domini suos deputatos die crastina ad illius Paternitatem destinarent, desuper responsuros et communicaturos.

8 Août 1565. L'évêque annonce aux chanoines son intention de publier le concile aux chapitres de son diocèse, le samedi 11 Août suivant.

A prandio eiusdem diei, tempore vesperarum dominis in sanctuario congregatis, domino decano presidente, ordinatum fuit quod omnes domini vocarentur circa diem crastinum sub octavam aut saltem immediate post pulsum misse sacramenti, super responso dando R^mo et aliis sue Paternitati ante concilij publicationem proponendis et remonstrandis deliberaturi.

Altera die, videlicet 9ª Augusti sub octavam antemeridianam, dominis previa convocatione in loco capitulari ad prescriptum effectum capitulariter congregatis, domino

9 Août 1565. Nouvelle députation

du chapitre chez l'évêque. decano presidente, propositis primo in medium per eumdem dominum decanum variis incommodis et inconvenientibus ex sublatione exemptionum verisimiliter orituris, multisque ultro citroque per singulos in deliberationem desuper adductis rationibus, tandem rogati fuerunt domini decanus, cantor, aliique domini seniores novissime deputati, quatenus eumdem R^mum accederent, huiusmodi inconvenientia sue Paternitati exacte remonstraturi, et ab eo rogaturi, quod compositionem dudum cum episcopo Tornacensi super exemptione initam approbaret, et si recuset, promittere dignaretur quod in vim concilij generalis circa dominos de capitulo eorumque supposita et immunitates nihil immutabit, nec aliam iurisdictionem exercebit, quam episcopus Tornacensis facturus est erga decanum capitulum et supposita ecclesie Tornacensis, aut saltem suspendere dignaretur executionem dicti concilij generalis, quoad immutationem circa exemptionem et iurisdictionem, donec concilium provinciale iuxta generalis decretum in hac provincia fuerit celebratum. Rapport des députés. Quibus quidem dominis deputatis ab episcopo R^mo reversis, et paulo post capitulo ut prius congregato, referentibus suam Paternitatem nullis modis potuisse induci ad quidpiam prestandum vel aliquid certi desuper promittendum seu addicendum, visum fuit opere precium aliquam protestationem interiici. Unde a prandio eiusdem diei tempore vesperarum, iidem domini decanus et capitulum in loco capitulari capitulariter congregati, protestati sunt modo et forma contentis in instrumento publico hic subscripto, committentes dominis deputatis eamdem protestationem R^mo intimari procurare, prout in eorum presentia debite intimata extitit eadem die, presentibus tam in protestatione quam illius intimatione DD. Michaele Vigghe et Joanne Fienez presbyteris capellanis de choro, testibus vocatis et requisitis.

Protestation du chapitre. Instrumentum protestationis sequitur.

In nomine Domini. Amen.

Cum fuerit et sit quod anno 1565 die octava Augusti, coram dominis decano et capitulo ecclesie cathedralis Brugensis, in eorum loco capitulari congregatis, comparuit magister Henricus Fleru, de mandato, ut asserebat, R[mi] Brugensis exponens eisdem dominis decano et capitulo, qualiter idem R[mus] proposuisset die sabbati proxime sequenti, coram eisdem dominis decano et capitulo publicare concilium generale Tridentinum, subiungens eodem mandato, ut si iidem domini haberent aliquas difficultates vel alia proponenda, mitterent suos deputatos ad eamdem Paternitatem, paratam (ut dicebat) proponenda audire. Quibus auditis, domini decanus et capitulum, die sequenti specialiter desuper convocati, deputarunt et ordinarunt suos deputatos venerabiles dominos decanum, cantorem, Bachusium, Heetvelde et Robyn, qui accederent eumdem R[mum], primo reverenter rogaturi ab eodem, ut dignaretur promittere se compositionem antiquam per episcopos Tornacenses cum capitulo dudum initam et observari solitam observaturum, insequendo iuramentum per eumdem R[mum] in receptione sua in episcopum primo, ac deinde in prepositum solemniter prestitum, vel si id recusaret, dignaretur promittere quod non exerceret aliam iurisdictionem vel immutaret aliquid circa dominos decanum et capitulum, ecclesiam, eorumque supposita et immunitates in vim concilij Tridentini, quam episcopus Tornacensis exercebit vel immutabit erga decanum, capitulum, ecclesiam et supposita ecclesie Tornacensis, et si hoc quoque recusaret, saltem dignaretur idem R[mus] suspendere executionem dicti concilij generalis Tridentini, quoad immutationem circa exemptionem et iurisdictionem, donec provinciale concilium iuxta generalis decretum, in hac provincia fuerit celebratum. Et licet hec omnia et singula ordine supradicto ab ipso R[mo] cum modestia et rationibus allegatis fuerint petita, idem tamen R[mus] nihil aliud certi addicere voluit, sed solum generaliter promisit se futurum bonum patrem et pastorem, seseque consulturum paci et tranquillitati ecelesie et, manu ad pectus apposita, firmiter

asseruit et declaravit se non fore primum aut facilem ad novitates vel immutationem tentandum. Unde prefati domini decanus et capitulum, non intendentes concilij publicationem retardare, nolentes tamen per eorum silentium, facilitatem, ignorantiam seu presentiam in publicatione concilij fienda, aut alios quoscumque actus precedentes aut verisimiliter subsequuturos, sibi suisque successoribus, aliisve ecclesiis cathedralibus seu quibusvis aliis, aliquod preiudicium generari, omnibus modo, via, iure, causa et forma quibus de iure potuerunt et debuerunt melioribus et honestioribus, pro dicte ecclesie ac suppositorum aliorumque predictorum conditionibus, solemniter protestati sunt et protestantur coram eodem R^mo^ de premissis et de gravaminibus ac preiudiciis per huiusmodi recusationem vel alias quovismodo illatis ac imposterum inferendis, sedi apostolice et in concilio provinciali ac ubicumque opus seu visum fuerit, proponendis et prosequendis.

De et super quibus omnibus, acta fuerunt hec anno, mense, et die suprascriptis, in loco capitulari predicte ecclesie, presentibus dominis Michaële Vigghe et Joanne Fienez capellanis testibus. A prandio eiusdem diei, istud protestationis instrumentum cum assistentia predictorum deputatorum fuit intimatum et lectum R^mo^, in domo sua, presentibus prenominatis testibus et me per omnia et in omnibus,

ANDREA BOTTYN, notario.

10 Août 1565.

Lecture de la lettre de l'évêque, convoquant le chapitre à la publication du concile général.

Veneris 10a Augusti, ipso die S^ti^ Laurentij, post summe misse celebrationem, dominis in sanctuario congregatis, domino decano presidente, lecte fuerunt litere clause R^mi^ episcopi Brugensis capitulo directe, quibus domini vocabantur et monebantur cras 11^a^ huius mensis in edibus prepositure seu residentie dicti episcopi comparere, ad publicationem concilij generalis Tridentini audiendam. Quibus perlectis, domini deputarunt dominos decanum, cantorem, Heetvelde, Clays-

seune et Monachi [1] ad tempore et loco statutis ibidem nomine capituli comparendum, publicationem dicti concilij, et alia ibidem tractanda, audiendum et referendum. Députation des chanoines.

Tenor dictarum literarum sequitur :

Venerabiles, circumspecti et in Christo nobis dilecti confratres. Jussi sumus auctoritate apostolica et catholici regis literis, publicare per universam diocesim nostram, locis congruis et opportunis, vocatis ad hoc vocandis, sacrosancti œcumenici et generalis concilij Tridentini decreta et canones. Quam publicationem pro necessitate presentis temporis, et utilitate populi sollicitudini nostre commissi, differre nec possumus nec volumus. Quocirca D. V. hortamur et antedicta auctoritate monemus, ut die 11ª mensis presentis, in edibus residentie nostre compareant, eamdem publicationem audituri. Teneur de la lettre de l'évêque.

Venerabiles, circumspecti et in Christo nobis dilecti confratres, Christus D. V. servet diu incolumes.

Brugis die 8ª Augusti 1565.

Et paulo infra,

D. V. confrater et servitor, *et manu propria*, Petrus Curtius Episcopus Brugensis. — Superscriptio earumdem literarum talis erat : Venerabilibus, circumspectis et in Christo nobis dilectis dominis decano et capitulo ecclesie cathedralis Brugensis.

Lune 13ª Augusti, D. decano presidente.

Retulerunt decanus, cantor et alij deputati, se nudiustertius fuisse in publicatione concilij generalis Tridentini per Rmum Brugensem capitulis sue diocesis facta, in 13 Août 1565. Relation de la publication du concile.

---

(1) Antoine Meuninckx, possesseur de la 4me prébende, en 1560, avait été secrétaire du chapitre. D'après l'auteur de l'*Imago primi seculi societatis Jesu*, Antverpiae 1640, p. 749, ce fut ce chanoine qui donna l'hospitalité dans sa maison aux Jésuites nouvellement arrivés à Bruges.

domo prepositure, edibus sue residentie, ubi aderant beate Marie virginis et S[ti] Salvatoris Brugensis ac Thoraltensis (1) capitulorum deputati, et postquam dictus R[mus] ibidem exposuisset huiusmodi concilij publicationem ex certis causis hucusque fuisse dilatam, asseruit se mandato regio per gubernatricis literas esse monitum ad dicti concilij publicationem nunc sine ulteriori mora aut dilatione faciendam, monens propterea et rogans adesse ibidem dominos capitulorum deputatos, sua respective capitula representantes, ut tanquam obedientie filij, non solum certis articulis et capitulis tunc perlegendis, ac postea sigillatim ac successive per D. Antonium (2) theologie licentiatum suum

---

(1) Chapitre de la collégiale de Saint-Pierre à Thourout.

(2) Antoine Gaespoel, de Louvain, licencié en théologie, professeur de la chaire publique de théologie, fondée par l'évêque de Cuba, devint chanoine de la 22[me] prébende, le 10 Septembre 1567.

Nous lisons dans l'*Imago primi sæculi Societatis Jesu*, p. 748: « Episcopus Claissonium voluit promulgare solenniter acta conc. Tridentini in summa aede coram utroque senatu tam urbis quam Franconatus, » et dans l'*Histoire du diocèse de Bruges*, de M. le chanoine VANDE PUTTE, Bruges s. d., p. 42: « Il (Curtius) fit promulguer le Concile de Trente dans sa cathédrale et dans toutes les églises de son diocèse et le fit expliquer en chaire par le père Robert Claissoone, brugeois, prêtre de la compagnie de Jésus, prédicateur distingué, qui durant ces temps de calamité exhortait par ses sermons, prêchés dans la cathédrale devant le magistrat de la ville et du Franc, le peuple à rester fidèle à Dieu et au roi. » — Nous ignorons à quelles sources cette assertion est puisée. D'après le présent document, c'est Gaespoel qui donna lecture des décrets du concile aux députés des chapitres réunis dans la prévôté le 11 Août; c'est le doyen de Tordomar qui les communiqua aux clercs du chapitre de Saint-Donatien, le 16 Août, et le curé Hubert Hubrechts qui les intima aux paroissiens de Saint-Donatien le 19 Août. Quant à Robert Clayssoone, voici tout ce que nous avons trouvé à son sujet, vers les mêmes dates.

« *Lune 9[a] Julij, D. Cantore presidente.*

Proposito per D. Clayssonium canonicum quod suus nepos Robertus Clayssonius professor theologie et Jesuita sit per R[mum] Brugensem

domesticum alta voce prelectis, hic inferius pro futura memoria titulo tenus annotatis, verum etiam omnibus et singulis dicti concilij decretis sese accomodarent, eaque, quantum fieri posset, observarent et adimplerent. Deinde instanter petiit a dominis deputatis huius ecclesie, capitulo referre velle ut iuxta eiusdem concilij decreta, certos dominos capitulares deputarent, qui deinceps communicent, tractent et quidpiam decernent super quesitorum negotio ac seminarij promotione, et postremo dispicerent, deligerent, et designarent aliquos habituatos idoneos et per suam Paternitatem admittendos, ad auditionem confessionum. Quibus ibidem hic peractis et omnibus deputatis a mensa surgentibus, dominus decanus, capto prius condeputatorum suorum colloquio et consilio, declaravit R[mo] se cum suis facturum capitulo rapportum, rogavitque quatenus sua Paternitas rerum omnium Iovis preterita sibi in communicatione expositarum memor esse dignaretur, ex quo magis ad populi edificationem et religionis conservationem quam diminutionem vergere posse confidebat. Subdens etiam idem dominus decanus quod, tam suo proprio

---

requisitus ad die dominica proxima concionandum in hac ecclesia, petens locum imperliri, domini concesserunt et concedunt eidem M. Roberto, in refectorio seu navi ecclesie concionari posse, totiens quotiens libuerit et sibi visum fuerit. »

« *Jovis, altera Assumptionis Marie* 16[a] *Augusti, D. decano presidente.*

Domini intelligentes quod M. Robertus Clayssonius theologie professor et Jesuita, ac insigni gallice lingue concionator brevi sit migraturus Antverpiam, pro quo fertur Parisienses et Antverpienses apud ordinis generalem et superiorem sollicitare circa proximam quadragesimam, deputarunt venerabiles dominos decanum, cantorem, et Barradot, qui eum accedant et ex parte capituli pro aliquot concionibus abhinc uno atque altero mense per eum habitis in hac ecclesia, gratias agant et vinum presentent pro eorum discretione et capituli honore, rogentque ab eo ut quandoquidem ad suum generalem ex parte capituli scriptum sit pro eo circa quadragesimam proximam, negotium non retardet aut impediat, sed potius promovere dignetur. »

quam capituli nomine, protestationi tunc per eos interiecte atque eidem sue Paternitati debite intimate inherebat. Quorum omnium sic actorum relatione audita, domini super deputatione vel quovis alio negotio nihil adhuc deliberandum, concludendum, aut quidpiam certi decernendum esse censuerunt, donec sciatur quomodo et quales in ecclesia Tornacensi et aliis vicinis antiquioribus ecclesiis cathedralibus talia fient et practicabuntur, ut tum demum sese conformare possint.

CANONES LECTI IN PUBLICATIONE CONCILII.

Cap. 1 sessionis 6. *Eadem sacrosancta.* Cap. 4 eiusd. sessionis 6. *Capitula cathedralium.*

Cap. 15 sessionis 23. *Quamvis presbyteri.* Cap. 17 eiusd. 23. *Ut sanctorum ordinum.*

Cap. 18 eiusdem. *Cum adolescentium aetas.* Cap. 12 sessionis 24. *Cum dignitates.*

Cap. 14 eiusdem. *In pluribus.* Cap. 17 eiusdem. *Cum ecclesiasticus ordo.*

Cap. 6 sessionis 25. *Statuit sancta Synodus.*

Publication du concile faite aux paroissiens de Saint-Donatien par le curé des laïques,

Postea domini nolentes quod maior custos seu pastor laicorum huius ecclesie, in hodierna convocatione pastorum apud R^mum pro audienda supradicti concilij publicatione compareat, ad quam etiam vocatus non erat, nec comparere intendebat, et nihilominus equum esse considerantes, ut dictum concilium etiam in hac ecclesia et parochia per pastorem laicis publicetur, eidem vocato iniunxerunt quod proxima dominica, ad instar aliorum pastorum dictum concilium, saltem quoad clausulas laicos concernentes suis parochianis, in loco publicationis bannorum consueto, in parochia publicaret.

et aux clercs par le doyen du chapitre.

Preterea fuit commissum domino decano, dictum concilium publicare habituatis unacum capellanis tam de choro quam de extra chorum et clericis, prout publicavit

in genere, Iovis sequenti sub 9am antemeridianam, in capitulo, post servitium chori, previa die precedente convocatione.

Lune 27a Augusti, D. Decano presidente.

Comparens in capitulo M. Henricus Fleru iuris licentiatus et domesticus Rmi Brugensis, petiit ex parte dicti Rmi quatenus domini, iuxta concilij Tridentini decreta, certos dominos capitulares deputarent, qui unacum sua Paternitate super seminarij et gestorum negotio tractare et communicare possent, ex quo eadem sua Paternitas frequenter a questoribus molestabatur. Domini conclusioni nuper facte inherentes, de nihil adhuc innovando vel immutando donec sciant quod in Tornacensi et antiquioribus huius regionis ecclesiis cathedralibus desuper observabitur, eidem magistro Henrico dixerunt quod responderet Rmo ut de Tornacensis et aliorum ecclesiarum cathedralium desuper observatione inquirere, et dominos de capitulo informare dignetur; quo facto, libenter sese conformabunt.

27 Août 1565.

L'évêque demande des députés pour traiter de l'érection du séminaire.

Réponse du chapitre.

X.

Extrait du testament de Pierre de Corte, (Curtius), 1er évêque de Bruges (1).

17 Octobre 1567.

Ego, Petrus Curtius . . . .

. . . .

Specialiter autem volo in anime mee refrigerium deputari seu assignari ex optimis meis reditibus vel aliis bonis,

Fondation de deux bourses pour étudiants en théologie au collège de St

(1) Voir A. De Leyn, *Esquisse biographique de Pierre de Corte (Curtius) premier évêque de Bruges, ancien professeur de l'université de Louvain*, Louvain 1863.

Donatien ou au collége d'Houterlé, et d'une bourse pour étudiant en philosophie à la pédagogie du Lis.

reditum perpetuum centum Rhenensium in annos singulos redimibilem denario vigesimo, pro duobus studentibus in theologia Lovanij in collegio sancti Donatiani, vel scholastici Outerle, prout magis videbitur, ad spatium octo annorum, et unam aliam bursam in artibus trigiuta Rhenensium redimibilem denario vigesimo, in pedagogia Lilij a primo loco usque ad promotionem in artibus.

Collateurs.

Prefati autem studentes, tam in theologia quam in artibus, nominabuntur pro prima vice per maxime mihi propinquum consanguineum literatum, de cetero autem per meos in episcopatu successores, salvo consanguineis meis ad obtinendum has bursas prelationis privilegio, et inter plures contendentes propinquiori, his autem deficientibus, succedant chorales aut refectionales dicte ecclesie ad studia magis apti.

Boursiers : parents, choraux, réfectionaux.

Administrateurs.

Admissio autem dictorum nominatorum seu presentatorum ad prefatas bursas, necnon cura et administratio dictorum redituum pro iis assignandorum, spectabit ad pastorem sancti Petri Lovaniensis ([2]) et ad presidem collegij divi Donatiani, sive presidem collegij Outerle si contingat bursas illic collocari, regentem quoque Lilij quoad artistam.

---

(1) Henri Houterlé, né à Hoogstraeten, écolâtre de la collégiale de Saint-Pierre à Louvain, par son testament, en date du 29 Décembre 1510, fonda, en l'honneur du Saint Nom de Jésus, le collége appelé collége de Houterlé, et qui était situé rue *des Vaches*, vis-à-vis de la rue actuelle *du Manège*. Cet établissement était destiné exclusivement à des étudiants en théologie. Les bourses, dont il est question ici, furent affectées à ce collége.

Une notice sur le collége de Houterlé a été publiée par DE RAM dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain*, 1842. Monsieur le professeur REUSENS vient de la compléter dans ses *Analectes* etc., tom. XVIII, Louvain 1882, pp. 58-86.

Parmi les présidents du collége nous rencontrons Josse Ravesteyn, de Thielt (Vme), Mathias Lambrecht, plus tard évêque de Bruges (Xme), Gilles Wallius de Bruges (XIVme).

(2) Curtius avait été doyen de l'église Saint-Pierre à Louvain.

Volo autem ac mando quod quotiescumque predicte burse vacabunt, prefati DD. administratores aut curatores faciant huiusmodi vacationem publicari in ecclesiis parochialibus sancti Petri Lovaniensis, sancti Joannis Gandensis, divi Donatiani et beate Virginis Marie Brugensis, per parochos seu ipsorum vicarios, in suggestu seu alio loco consueto, tempore mandatorum ecclesie, et Dni episcopi Brugensis imprimis ad personam. Quiquidem pastores habebunt pro salario publicationis et rescriptionis ad dictos DD. provisores sive curatores Lovanij, singulis vicibus sex stuferos; similiter prefati DD. provisores seu administratores recipient singulis vicibus quibus burse vacabunt, pro ipsorum cura et sollicitudine quilibet viginti stuferos, expensis admittendi pro illa vice ad bursam. Publication des bourses vacantes.

Volo preterea quod, qualibet vacatione contingente, expectetur consanguineus per unum mensem a data postreme publicationis in dictis ecclesiis, et si prius fiat institutio seu provisio, non teneat. Reditus autem temporis huiusmodi vacationis currentes, cedent in reparationem cubiculi aut collegij ubi dicte burse collocabantur. Réserve en faveur des étudiants de la famille du fondateur.

Poterit autem instituendus ad bursam in artibus, eam obtinere in primo loco et retinere usque ad promotionem inclusive, si studendo et actus cum sociis suis faciendo, curet continuo honeste proficere et ascendere; similiter quoad bursas theologicas, erunt capaces a promotione in artibus, ante medium (1) totius promotionis collocati, qui facti cum suis sociis baccalaurei, tenebuntur singulis annis semel publice pro licentia respondere. Alioquin sicut et propter malos mores, per administratores et curatores sine appellatione priventur, premonito tamen episcopo Brugensi et de illius expresso consensu et causa cognita. Durée de la jouissance des bourses.

. . . .

Bibliothecam autem meam, (exceptis libris suspectis et Curtius lègue sa biblio-

(1) Voir plus haut, p. 35, note 2.

thèque à la fabrique de S[t] Donatien,

prohibitis quos comburi volo, aut inquisitori tradi), relinquo fabrice huius mee ecclesie, in usum suppositorum et officiariorum dicte ecclesie et prepositure, cum stipendio duorum florenorum Rhenensium singulis annis qui emantur denario 16 pro clerico dormitorij vel alio deputando, qui habeat custodiam librorum, teneaturque singulis annis in die anniversarij mei, rationem reddere canonicis per capitulum ad hoc deputatis, cum eo onere ut si eius culpa aliqui libri amittantur, damnum inde proveniens arbitrio dominorum de capitulo per ipsum resarciatur.

et aux clercs pauvres.

Et hoc intelligatur de libris magnis qui per cathenas pulpitis affigi possint, reliqui vero possunt per meos executores pauperibus clericis secundum suas scientias et facultates donari ut pro mea anima orent.

COPIA SECUNDI CODICILLI.

Quoniam ultima hominis voluntas ambulatoria est usque ad mortem, ego Petrus Curtius, episcopus Brugensis, corpore et mente sanus, cupiens de bonis mihi a Domino Deo relictis, latius disponere quam per precedens meum testamentum feci, sine tamen eiusdem mei testamenti vel suprascripti codicilli revocatione, quatenus per presentem codicillum iisdem non fuerit expresse derogatum, do ac lego mediatim schole publice oppidi Brugensis Bogardice in usum iuvenum masculorum, et mediatim choralibus et refectionalibus ecclesie cathedralis divi Donatiani Brugensis, omnia et quecunque arrieragia, sive pensiones cessas seu decursas, que mihi debebuntur in die mei obitus, in regno Hispaniarum ab episcopatibus seu episcopis Salamantino et Giennensi, que quidem arrieragia, sive cessas et decursas pensiones statim atque recepta fuerint, in toto vel in parte volo et mando distribui et applicari in emptionem redituum annuorum pro fundatione bursarum in universitate Lovaniensi, ad arbitrium executorum mei testamenti, desuper tamen communicato consilio cum

Legs à l'école Bogaerde, aux choraux et réfectionaux.

DD. decano et capitulo dicte ecclesie et gubernatoribus prefate schole, quarum bursarum medietas cedet in usum et utilitatem dictorum choralium et refectionalium, et altera medietas ad usum dictorum iuvenum schole Bogardice, primo in grammaticalibus bene institutorum, quos prefati DD. decanus et capitulum et rectores dicte schole respective censebunt magis idoneos et de quibus spes erit aliquando ecclesie catholice posse usui et decori esse. Ita tamen quod si in dicta schola vel numero choralium aut refectionalium aliqui reperiantur de meo sanguine, quod illi, dummodo idonei fuerint ad nominationem meorum propinquorum seu consanguineorum, aliis preferantur. Prosecutionem vero predictorum arrieragiorum, volo fieri per predictos DD. decanum et capitulum et gubernatores prefate schole, sine gravamine meorum executorum et heredum, expensas tamen factas in prosequendo poterunt postea de receptis deducere. Proinde per hanc presentem dispositionem revoco atque adimo prefate schole publice tam masculorum quam puellarum quidquid iis in precedenti meo testamento reliqui sive legavi.

Archives de l'évêché de Bruges. — Série *Testaments*.

XI.

Bourse fondée au collége du Lis, à Louvain, par Jean Brants, chanoine de Saint-Donatien, à Bruges (1).

7 Mars 1568.

Universis et singulis presentes literas inspecturis, lecturis pariter et audituris, capitulum ecclesie cathedralis sancti Donatiani Brugensis, decanatu vacante, salutem in Domino sempiternam.

Notum facimus, quod cum venerabilis vir, dominus et magister Joannes Brants, noster confrater et concanonicus, iam diu animo concepisset, ac apud se statuisset fundare bursam sex librarum grossorum annue, in collegio Lilij alme universitatis Lovaniensis, ad opus studiose iuventutis nostre ecclesie, seu civitatis Brugensis, perpetuis futuris temporibus, post suum obitum, cursum habituram; nos debita cum instantia requisivit, supplici etiam porrecta papyri scedula, mentis sue sententiam plenius continente, cuius tenor sequitur et talis est:

Motifs de la fondation

« Venerabiles et circumspecti viri ac domini insignis huius cathedralis ecclesie Brugensis canonici, cum manifestum sit erumnosis istis ac nimium exulceratis temporibus, passim prorumpere plurimos indoctos, qui illotis (quod aiunt) manibus Scripturam sacram tractare, et pro suo

(1) Jean Brants, né à Bois-le-Duc, après avoir enseigné la philosophie, durant plusieurs années, à la pédagogie du Lis, à Louvain, fut nommé chanoine de Saint-Donatien, le 4 Septembre 1559. Il fut le dernier possesseur de la 6me prébende, car, après sa mort, à la demande du chapitre, le Souverain Pontife la supprima et en assigna les fruits à la Fabrique de Saint-Donatien, en faveur des choraux. — Voir Document XXII.

cerebro, cum vix a limine Literas sacras salutaverint, eam interpretari non vereantur; nullumque esse remedium quod huic malo subvenire, et horum audaciam refrenare possit prestantius, sive ad hanc pestem profligandam aptius, quam doctorum virorum copia, qui et ab ineunte etate, in ea palestra versati sunt; quorum abundantia ut respublica christiana locupletetur magis, et piis mediocris fortune catholicis iuventutem suam iam in trivialibus scholis utcunque institutam, ulterius sine suo gravamine in studiis promovendi spes refulgeat, statui, ego Joannes Brants, indignus vester collega, pro mea tenuitate et ut ad pium opus alios magis provocem, fundare bursam sex librarum grossor. annue, in alme universitatis Lovaniensis collegio Lilij, in favorem studiose iuventutis Brugensis.

d'une bourse au collége du Lis.

Ad cuius effectum presentavi prefatis dominis de capitulo, et adhuc presento summam centum viginti librarum gross. monete Flandrie, petens ut inde mihi numerare velint, vita mea durante, annue septem libras decem solidos gross. eiusdem monete ad ratam denarij decimi sexti. Ac deinde cum hac vita defunctus fuero, perpetuum redditum sex librarum gross. eiusdem monete ad ratam denarij vigesimi, prefato collegio Lilij ad effectum burse predicte.

Constitution d'une rente perpétuelle de six livres de gros.

Ad quam perpetuo presentabunt domini decanus et capitulum pretacte ecclesie unum pauperem ex refectionalibus aut destitutis choralibus sue ecclesie bene institutum, bone spei et ad logicam aptum; qui si in numero predictorum non fuerit repertus, assument tum unum ex schola Bogardica Brugensi, et si nec ibi repertus fuerit idoneus, tunc ex quavis etiam alia Brugensi schola pauperem in literis optime versatum, et aptum ut supra, ad dictam bursam presentabunt, ita tamen ut inter idoneos magis idoneus semper preferatur. Quem presentatum facultas artium universitatis Lovaniensis, aut qui circa festum Bavonis examini ascendentium ad logicam preerunt, inidoneum repertum

Boursiers : réfectionaux, choraux, élèves de l'école Bogaerde ou de toute autre école de Bruges.

Présentation et collation.

reiicere poterunt; hoc facto poterunt domini de capitulo predicti presentare secundum ut prefertur qualificatum, et casu quo etiam secundus reiiciatur presentatio ea vice, et toties quoties id fieri contigerit, devolvetur ad gubernatores schole Bogardice Brugensis, et proventus interea temporis ac semper ex dicta bursa etiam quomodolibet cessante sive vacaute, ad ratam temporis cedet schole Bogardice predicte.

Durée de jouissance de la bourse.

Et ita presentati a dominis ac alias ut prefertur, et ab examinatoribus admissi, in eadem bursa herere poterunt usque ad promotionem, et iam promoti ad magisterium artium, usque ad festum Bavonis proxime a tempore sue promotionis futurum; nec diutius tamen, ut novo ad logicam venienti locus sit. Que omnia et singula predictam burse fundationem concernentia, nisi post meum e vivis decessum locum non accipient.

Cum autem venerabiles et circumspecti domini, hic meus conceptus, propositio, et petitio, ac omnia in eis contenta a vestra auctoritate dependeant, neque absque vestro beneplacito et consensu aliquem sortiri effectum queant, per presentes supplicandum duxi ac supplico, quatenus eidem proposito et conceptui meo, aliisque omnibus et singulis premissis et preinsertis, vestra speciali gratia et expresso consensu favorabiliter annuere et accedere dignemini. »

Le chapitre accepte la fondation.

Post cuius quidem supplicationis visitationem ac diligentem examinationem, nos capitulum predictum, decanatu vacante, attendentes omnia et singula inibi contenta, esse honesta, et rationi consona, huiusmodi conceptum atque institutum obviis ulnis amplectentes, et ad debitum in posterum effectum perduci volentes, unanimi consensu, sibi redditum annuum septem librarum decem solidorum gross. monete Flandrie denario decimo sexto ad eius vitam, et collegio Lilij pretacte universitatis Lovaniensis, post dicti domini Brants e vivis decessum, perpetuum annuum redditum sex librarum gross. predicte monete

denario vigesimo, de et super omnibus et singulis bonis, proventibus, redditibus et emolumentis ad officium Equalitatis nostre ecclesie spectantibus et pertinentibus, annis singulis duobus in terminis, pro una in decima mensis Septembris, et altera medietatibus eiusdem redditus in decima mensis Martij diebus, ipsius domini et magistri Joannis Brants vita durante, ac deinde prefato collegio Lilij perpetuo legitime exsolvendum, pro nobis et nostris successoribus constituendum et assignandum prout constituimus et assignamus per presentes, mediante tamen prescripta summa centum et viginti librarum gross. monete Flandrie, quam ab ipso in promptis pecuniis recepisse confitemur. Pro cuius quidem redditus solutione ut prefertur, nosmetipsos nostrosque successores, ac nostra et dicti officij Equalitatis bona, terras, proventus et emolumenta quecunque per presentes obligamus et hypothecamus, promittentes bona fide eidem magistro Joanni Brants nostro confratri, vita sua durante, eundem redditum septem librarum decem solidorum gross. monete predicte, et dicto collegio Lilij post prefati magistri Joannis Brants e vivis decessum sex librarum gross. denario vigesimo, per manus receptoris dicti officij Equalitatis, annis singulis terminis superius specificatis exsolvere et exsolvi facere, aliaque omnia et singula in prescripta et preinserta supplicationis scedula contenta et comprehensa realiter et cum effectu observare et adimplere seu observari et adimpleri procurare secundum dicti fundatoris intentionem modum et tenorem, omnibus et singulis exceptionibus cautelis et cavillationibus tam iuris quam facti quibus per presentes renunciamus, cessantibus et seclusis quibuscumque.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, presentes literas fieri, sigillique magni nostre ecclesie iussimus et fecimus appensione communiri.

Datum et actum Brugis in capitulo nostro, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octavo, mensis Martij die septima, stilo scribendi provincie Mechliniensis.

Ita scriptum super plicam per dominos capitulum et signatum, ANDREAS BOTTYN, notarius.

Concordat prescripta copia de verbo ad verbum cum originalibus literis fundationis, collatione facta diligenti per me

ANDREAM BOTTYN, notarium.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Reg. copiarum*, fol. 168.

XII.

Extraits du premier concile provincial de Malines.

A

Catalogus Articulorum qui a Sancta Tridentina Synodo Episcopis mandati sunt, de quibus Archiepiscopus Mechliniensis Episcopos suos interrogare poterit. — Ex Archivo Archiep. Mechl. (1)

1569. Points sur lesquels l'archévêque pourra interroger les évêques.

I. AN coegerint ad lectionem Sacræ Scripturæ eos, qui præbendam aut quovis nomine nuncupatum stipendium habent pro ea exponenda? — *Sess.* V *cap.* 1, *de Ref.*

II. An applicaverint præbendam primò vacaturam, præterquam ex causa resignationis, in cathedralibus vel collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, pro lectione Sacræ Scripturæ? — *Ibidem.*

---

(1) Ce *Catalogus* fut probablement dressé en 1569, en vue du futur concile provincial. (DE RAM, *Synodicon Belgicum*, tom. I, p. 29.)

III. Si respondeatur ibi nullam vel non sufficientem adesse præbendam, quæ ad hunc usum constitui possit; interrogari poterunt, an per assignationem fructuum alicujus simplicis beneficii, vel per aliud remedium providerint, ut hæc lectio haberi possit? — *Ibidem.*

IV. An saltem elegerint Magistrum aliquem, qui clericos aliosque scholares pauperes grammaticam gratis doceat? — *Sess.* V *cap.* 5, *et* XXIII *cap.* 18, *de Ref.*

. . . .

XXI. An constituerint Seminarium Clericorum? — *Ibid.* [*Sess.* XXIII] *cap.* 18, [*de Ref.*].

. . . .

B

Memoriale compositum a Rev. Domino Francisco Sonnio, *primo Sylvaeducensium ac dein Antverpiensium Episcopo, ac pro Reformatione Cleri et Populi Belgici proponendum Episcopis in primo Concilio Provinciali Mechliniensi anno* 1570. — *Ex vetusto codice et ut apparet authentico Venerabilis D.* Helmontii (1).

1569. Mémoire présenté au concile par Sonnius.

. . . .

XXXVIII. An placeat, quò citius remedium adferatur malis, quibus per hæresim ac tumultus hactenùs concutitur et affligitur Dei Ecclesia per hanc provinciam, cogitare de constituendis seminariis singulorum episcopatuum, tam in ipsa civitate quàm in locis insignioribus ac Universitate Lovaniensi, utentibus idiomate vernaculo communi omnibus diœcesibus Episcoporum provincialium præsentis Synodi.

Séminaires de chaque diocèse, à Louvain.

(1) Les *memorialia* de Sonnius et de Lindanus (voir plus bas, C, p. cxxx,) furent vraisemblablement composés en 1569, sur l'invitation de Granvelle. (de Ram, *Synodicon*, tom. I, p. 30.)

Ita videlicet, ut saltem Episcopi duo unum habeant collegium, Archiepiscopo habente quoque suum, ut quatuor sint constituta, in queis, primo quoque tempore, congruente annonâ alantur studiosi qui pietatem colant, et citissimè formari possint idonei ecclesiarum maximè parochialium ministri, pareantque in singulis collegiis uni viro docto sibi præficiendo, secundùm regulas et ordinationes dandas, quas omnibus conveniet esse communes seu easdem. De numero autem studiosorum nihil certi constituatur adhuc, priusquàm exacta et certa sit subducta ratio expensarum, quæ facilè aliqua primùm invenietur ex collatione voluntaria et spontanea Abbatum, monasteriorum, collegiorum seu ecclesiarum cathedralium et collegiatarum, personarumque in dignitatibus constitutarum, quibus res et proventus sunt uberiores, et aliquid decidi potest, donec æqualis contributio omnibus et singulis imponi possit: quod ut faciliùs efficiatur, benignè in Concilio Provinciali ab omnibus impetrari posse spes multa est; maximè quum ipsi Episcopi reipsâ ostendent se in tam necessariam rem pro suo virili conferre aut contulisse, et loca ac ædificia habere parata, et pro auctario pecuniæ ad impensam necessariæ procedente tempore, velle amplecti media, quorum indicem habet Concilium Tridentinum. Ac deindè eorum singulos seriò omnes scholas per diœcesim diffusas reformare, deputatis suis visitatoribus, qui posteà referant de magistris, de juventutis institutionibus deque excellentioribus ingeniis in scholis repertis, undè deligantur qui ad seminarium Lovanium mittantur.

Ressources.

Réforme et visite des écoles.

. . . .

C

Mémoire de LINDANUS.

Memoriale compositum a Rev. D. Guilielmo Damasi Lindano, I *Ruraemundensium, dein* II *Gandavensium Episcopo, pro Reformatione utriusque Cleri Belgici,*

in vim Decretorum Concilii Tridentini. — Ex Collect. J. Le Plat. *tom.* VII *pag.* 152-169; *collatum cum exemplo descripto ab Archidiacono* J. F. Foppens.

. . . .

III. DE PASTORIBUS; QUIBUSQUE RATIONIBUS EFFICI POSSIT, UT PERBREVI SINT MULTI IDONEI PASTORES.

PRIMA ratio id efficiendi est, ut primo quoque tempore incumbatur in institutionem seminariorum et deputationem reddituum ad id necessariorum. Et primis his annis non multi pueri vel admodùm adolescentes in seminariis alantur: sed colligantur juvenes pauperes vel fortunæ non lautæ, nati annos 22 vel 23, qui vel dant operam Theologiæ, vel sunt in Artibus promoti, vel jam breví promovendi. Item qui sunt in scholis municipalibus benè provecti. Nonnulli etiam jam sacerdotes vel sacris initiati.

Erection et dotation des séminaires.

On commencerait par n'y admettre que peu de jeunes élèves.

Et ex parte reddituum deputandorum seminariis, in Universitate alantur in aliquo collegio peculiari, ne aliis permixti corrumpantur; ibique à viris doctis et piis diligenter instituantur in rebus sacris, et iis præsertim, quæ sunt cognoscenda ad benè administrandam curam animarum. Diligenterque exerceantur et observentur, ac sobriè et tenuiter, salubriter tamen, piè sanctèque educentur: ut ejusmodi collegium sit non minùs schola et officina probitatis et pietatis, quàm eruditionis sacræ, curæque, ut ità dicam, pastoralis.

Une partie des revenus des séminaires servirait à établir à Louvain, un collége spécial pour séminaristes déjà avancés.

Certè si singuli Episcopi curarent studiosè conquiri tales juvenes suæ diœcesis, alius 25, alius 30 aut 35, vel intrà annum prodirent aliquot non inidonei ad curam animarum: intrà biennium multi, intrà triennium permulti.

Itaque videtur vehementer expedire, ut singulæ provinciæ, collatione factâ ex redditibus seminariorum, collegium instituant in Universitate suæ linguæ, in qua illa juventus, et pænè dixerim provinciæ thesaurus, piè sanctèque educetur

Plus tard on enverrait à Louvain les meilleurs élèves des séminaires.

ac instituatur. Ad quod etiam tandem mitti possent è seminariis nobilissima quæque ingenia magnæque indolis et spei; quæ si ad Universitatem mitterentur et diligenter excolerentur justâ cognitione philosophiæ et magnâ cognitione sacrarum litterarum, viderentur fore viri præstantes, et in Ecclesia Dei lumina.

Avantages de ce système.

Certè longè magis expedit colligi, et ex pecunia seminariorum ali juvenes jam provectos, quàm alios: non ob id tantùm, quòd eorum erit usus multò promptior: verùm etiam quia ex iis qui aluntur, adolescentes 15 aut 16 annorum, vel juniores, permulti quum benè instituti fuerint, vitæ genus ecclesiasticum non sequentur: ut videmus usui venire quotidiè, et in collegio Dillingano (1) dicitur esse hujus rei illustre exemplum.

Ideoque, quoad ejus fieri potest, expedit ex pecunia seminariis destinanda præcipuè ali eos, qui jam actu incipient dare operam Theologiæ, vel certè qui jam eâ ætate et eruditione sunt, ut breví possint sese dedere illi studio: ex his enim vix ulli deficiunt: ut Lovanii videmus usui venire in collegiis Theologorum.

Promesse qu'on exigerait de la part des parents des séminaristes.

Dum etiam propter illud quod diximus periculum, ne permulti scilicet in seminariis educati, quum fuerint benè instituti aliud vitæ genus sequantur: expediret fortasse eos admittere eâ lege, ut ipsi ipsorumque parentes promittant se reddituros quod in eos expensum esset, si fortè aliud vitæ genus sequantur, et non incommodè reddere possint: quæ lex iniqua non esset.

---

(1) En 1549, le cardinal d'Augsbourg, Othon Truchsèss, fonda à Dillingen une université catholique. Pour avoir des hommes d'une doctrine tout à fait sûre, il s'adressa à *Ruard Tapper*, professeur de théologie à Louvain; celui-ci lui envoya successivement *Martin Rythovius*, *Guillaume Lindanus* et *Mathieu Galenus*; « bien dignes tous les trois de présider aux débuts d'une faculté, qui bientôt devait avoir l'honneur de posséder *Paul Laymann* et *Grégoire de Valence*. » (Thomas Bouquillon, *Les théologiens de Douai, I Mathieu Galenus*, Arras 1879, p. 14.)

Et quò adhuc promptiùs inveniantur pastores necessarii, expediret vehementer, professores litterarum sacrarum Lovanii et Duaci hortari acriter suos auditores in prælectionibus, ut in tanta Ecclesiæ necessitate et populi fame, potiùs se comparent ad suscipiendam curam animarum, quàm ad canonicatum vel aliud beneficium simplex, contra quàm hodie fit à plerisque. Et qui nunc sunt Baccalaurei vel alioqui in studio Theologiæ provecti, possent in illo collegio, de quo dictum est, paucis mensibus insigniter præparari ad praxim Theologiæ, seu curam animarum exercendam.

. . . .

Quod si illi quos Episcopi rogarent ut curam animarum susciperent, causarentur se minùs instructos esse, possent ad Universitatem se conferre ad quatuor aut quinque menses, præsertim ad collegium provinciale, de quo paulò antè dictum est: quod esset veluti pastorum officina, illicque in illis institui, quæ præcipuè pertinent ad munus pastorale, simulque mentem et vitam componere.

Moyen de perfectionner les curés qui sont moins instruits.

Item valdè expediret, nonnullos actu pastores, qui videntur bonâ indole, sed non satis instituti ad benè faciendum officium, induci, ut ad civitatem episcopalem vel ad illud collegium provinciale se conferant ad quatuor menses aut circiter, eisque illic breviter exponi ea quæ pastoribus præcipuè sunt cognoscenda. Nempè de quibus populus est docendus, ut est catechismus, qui omnium maximè probaretur, et quædam pertinentia ad discrimen peccatorum et casus restitutionis. Item quædam de istis controversiis, et de pertinentibus ad administrationem sacramentorum. Et simul opera dari posset, ut illo spatio etiam animum seriò componerent, et vitam emendatiorem ingrederentur.

Possent autem ad hoc ali, vel in totum, vel ex parte dimidia in illo collegio provinciali vel seminario civitatis episcopalis ex redditibus seminarii, qui nullâ ratione meliùs expendi possent, et eis tantisper dum abessent à suis ecclesiis, vicarius aliquis dari.

Certè hâc ratione videtur effici posse, ut multi pastores jam semi-idonei, benè idonei reddantur, idque vel spatio quatuor mensium: nam vix in aliis essent instituendi quàm in Theologiæ elementis, ut possent ter cottidie doceri. Et verò venirent eò non planè rudes earum rerum quæ ipsis essent discendæ. Tum autem possent eo temporis spatio non parùm in vita proficere, si in collegio illo habitarent cum viris insigniter probis et piis, et assuescerent sobriè vivere et nonnunquam etiam jejunare, et solitò frequentiùs orare.

Quæ institutio tum istorum, qui eò se ad paucos menses velut recoquendos et nonnihil expoliendos conferrent, tum aliorum qui in eodem collegio ad curam animarum præpararentur, fieri posset à duobus viris benè idoneis, quorum unus bis, alter semel tantùm docerent. Expediretque institui curriculum quoddam rerum pastoribus cognoscendarum, quod quatuor aut quinque mensibus absolvi posset: eoque confecto ad initia rediri posset, ad alios instituendos eodem modo, si adessent alii.

Expediret etiam cottidie unum aliquem ex iis vicissim ad mediam horam concionari de evangelio vel epistola alicujus diei dominicæ vel festi totius anni. Nam et sic exercerentur concionando, et obiter etiam audirent eodem temporis spatio per concionis modum exponi omnia evangelia, et epistolas omnes dominicorum et festorum dierum totius anni.

Videtur ad eundem penè modum consuli posse cæteris Pastoribus, qui habitant in urbibus et pagis cujusvis diœcesis; et posse eos vel anni unius spatio reddi multò aptiores ad benè, vel certè tolerabiliter faciendum officium suum, et ad vivendum emendatiùs.

. . . .

Quid, quòd hic labor esset unius anni tantùm: anno enim uno res esset confecta, et præsenti necessitati succursum esset. Interea temporis autem educarentur alii pastores magis idonei in seminariis et collegiis provincialibus.

. . . .

D

DECRETA ET STATUTA

SYNODI

PROVINCIALIS MECHLINIENSIS,

Die undecimâ mensis Junii (1), anni millesimi quingentesimi septuagesimi, Pontificatûs Sanctissimi in CHRISTO Patris ac Domini nostri D. PII Divinâ Providentiâ Papæ Quinti anno quinto inchoatæ, et decimâ quartâ die mensis Julii ejusdem anni conclusæ; 14 Juillet 1570.

---

(1) Les premiers jours furent consacrés aux préliminaires du concile qui, à proprement parler, commença le 23 Juin et fut terminé le 15 Juillet.

Le chapitre de Saint-Donatien avait délégué au concile provincial, son doyen Nicolas de Heere, et les chanoines Antoine Robyn et Jacques de Pamele.

« *Lune 5a Junij, Rmo presidente.*

Domini constituerunt suos procuratores, dominos decanum Robyn et Pamele, ad nomine capituli in concilio provinciali Mechliniensi comparendum, res et negotia ecclesie ibidem tuendum et promovendum, aliàsque et alia faciendum iuxta literas mandati desuper in debita forma expediendas, sub sigillo ad causas cum clausulis ratihabitionis et relevationis. »

(*Acta capituli S. Donatiani*, Reg. R, fol 94 v°.)

Le 15 Juillet, Antoine Robyn, secrétaire du concile en lut et publia les décrets signés par Martin Rythovius, évêque d'Ypres, François Sonnius, évêque d'Anvers, Guillaume Lindanus, évêque de Ruremonde, Corneille Jansenius, évêque de Gand, Remi Driutius, évêque de Bruges, Laurent Metsius, évêque de Bois-le-Duc et Maximilien Morillon, vicaire général du Cardinal de Granvelle, archevêque de Malines. (DE RAM, *Synodicon*, tom. I, p. 134.)

Praesidente in ea Reverendiss. in CHRISTO *Patre ac Domino* D. MARTINO RYTHOVIO, *Episcopo Yprensi, tanquam seniori comprovinciali, nomine et loco Illustrissimi et Reverendissimi in* CHRISTO *Patris ac Domini nostri* D. ANTONII PERENOT, *Archiep. Mechliniensis, et tituli* S. PETRI *ad vincula Cardinalis Granvellani.*

. . . .

TITULUS DECIMUS OCTAVUS.

DE SEMINARIIS.

CAPUT I.

NE diutiùs ut pia, ita prorsùs necessaria Seminariorum institutio à Concilio Tridentino decreta, differatur; ordinat et mandat Synodus Provincialis, ut, ubi hactenùs illorum institutio facta non est, in proxima Synodo Diœcesana, aut aliàs commodiori tempore, ita tamen, ut ultra sex menses non differatur, Episcopi Diœcesani omnia et singula ad hanc rem opportuna et necessaria constituant, secundùm ejusdem Concilii Tridentini ordinationem: et prima futura Synodus diœcesana non solvatur, donec certa erigendi Seminarii ratio in singulis Diœcesibus fuerit constituta.

CAPUT II.

ATQUE ante omnia, quæ ad instituendos vel alendos pueros sunt in aliquibus Ecclesiis destinata, Seminario (1) sub Episcopi cura censeantur applicata.

---

(1) In M^tis habetur *seminario;* malè ubique in editis legitur: *destinata seminaria.* (DE RAM, *Synodicon,* tom. I, p. 124.)

XIII.

Fondation d'une bourse au collége des Théologiens, à Louvain, par J. Brants, chanoine de Saint-Donatien, à Bruges.

Universis et singulis presentes literas inspecturis, lecturis pariter et audituris, decanus et capitulum ecclesie cathedralis sancti Donatiani Brugensis, salutem in Domino sempiternam. 13 Novembre 1570.

Notum facimus, quod cum venerabilis vir dominus et magister Joannes Brants, noster confrater et concanonicus, iam diu animo concepisset, ac apud se statuisset fundare bursam septem librarum grossorum annue, in collegio Theologorum alme universitatis Lovaniensis, ad opus promotorum seu promovendorum in artibus nostre iuventutis aut seminarij Brugensis, perpetuis futuris temporibus, post suum obitum cursum habituram; nos debita cum instantia requisivit, supplici etiam porrecta papyri scedula, mentis sue sententiam plenius continente, cuius tenor sequitur et talis est:

Motifs de la fondation d'une bourse au collége des Théologiens, en faveur des jeunes gens attachés à la cathédrale de Saint-Donatien ou des élèves du séminaire de Bruges.

« Venerabiles et circumspecti viri domini insignis huius ecclesie cathedralis Brugensis canonici, cum manifestum sit erumnosis istis ac nimium exulceratis temporibus, passim prorumpere quamplures indoctos, qui illotis (quod aiunt) manibus Scripturam sacram tractare, et pro suo cerebro, (cum vix a limine Literas sacras salutarint), eam interpretari non vereantur; nullumque remedium quod huic malo subvenire, et horum audaciam refrenare possit prestantius, sive ad hanc pestem profligandam aptius, quam doctorum virorum copia, qui et ab ineunte etate, in ea palestra versati sunt; quorum abundantia ut respublica christiana magis locupletetur, et piis mediocris fortune adolescentibus iam in artibus promotis, sacre theologie

studio operam dandi ac perficiendi spes affulgeat, statui et mente concepi ego Joannes Brants, indignus vester collega, pro mea tenuitate et ut ad pium opus alios magis ac magis excitem, fundare adhuc unam bursam septem librarum grossorum annue, pro artium promoto vestre iuventutis aut seminarij Brugensis, per dominos de capitulo presentando, ut is in collegio Theologorum alme universitatis Lovaniensis sacre theologie studio operam daturus, et ad Ecclesie catholice fidele ministerium se preparaturus collocetur, in quo septem annis sibi herere licebit vel usque ad gradus licentie adeptionem, si ob ingenij dexteritatem, diligentiam et aliàs ad hoc aptus iudicetur, qui tandem studiorum suorum fructum Brugensi diœcesi, (si ad pastoratum, etiam post annum quo ibi hesit quartum, per R^mum dominum Episcopum Brugensem vocetur), impendere teneatur.

Le boursier jouira de la bourse pendant sept ans, à certaines conditions.

Admissus etiam per omnia statutis collegij obedire, et singulis diebus psalmos *Miserere* et *De profundis* cum collecta *pro sacerdote* et *Fidelium Deus*, pro anima fundatoris et omnium defunctorum legere obligabitur.

Présentation et collation.

Ad quam quidem bursam perpetuo presentabunt domini decanus et capitulum predicte ecclesie unum, ut prefertur, promotum, ita tamen ut si quis aliunde ex fundatoris progenie, etiam alterius seminarij aut diœcesis, occurrerit, precedat et inter idoneos magis idoneus semper preferatur.

Dicti etiam collegij provisores, presentatum, si premisso ex more examine inidoneus repertus fuerit, reiicere poterunt, et domini prefati alterum presentare; qui si etiam inidoneus repertus fuerit, devolvetur pro ea vice presentatio ad Rev^mum dominum episcopum Brugensem, qui tunc Brugensem presentare secundum huius fundationis tenorem tenebitur.

Constitution d'une rente perpétuelle de sept livres de gros.

Ad cuius burse effectum, presentavi et presento dominis de capitulo summam centum quadraginta librarum grossor. monete Flandrie, petens ut inde mihi numerare velint, vita mea durante, annue octo libras quindecim solidos

grossor. eiusdem monete, ad ratam denarij decimi sexti, ac deinde, cum hac vita defunctus fuero, perpetuum redditum annuum septem librarum grossor. eiusdem monete, ad ratam denarij vigesimi, prefato collegio Theologorum universitatis Lovaniensis ad effectum burse predicte.

Que omnia et singula pretacte burse fundationem concernentia, post meum e vivis decessum dumtaxat locum et effectum sortientur. Atque ita tamen ut quandocumque super premissis aliquis scrupulus vel difficultas suborietur, per dominos Rev^mum episcopum Brugensem, decanum et capitulum ecclesie cathedralis, prout ex equo et bono expedire videbitur, interpretari et determinari possit et debeat. Requirens obnixe et supplicans propterea vobis dominis decano et capitulo, quatenus eidem proposito et conceptui meo, ac omnibus et singulis premissis et preinsertis, vestra speciali gratia et expresso consensu favorabiliter annuere dignemini. »

Post cuius quidem supplicationis visitationem ac diligentem examinationem, nos decanus et capitulum prefati, attendentes omnia et singula inibi contenta, esse honesta, pia et rationi consona, huiusmodi conceptum atque institutum obviis ulnis amplectentes, et ad debitum in posterum effectum perduci volentes, unanimi consensu, sibi redditum annuum octo librarum quindecim solidorum grossorum monete Flandrie, denario decimo sexto, ad eius vitam, et collegio Theologorum predicte universitatis Lovaniensis post dicti domini Brants e vivis decessum, perpetuum annuum redditum septem librarum grossor. predicte monete, denario vigesimo, de et super omnibus et singulis bonis, proventibus redditibus et emolumentis, ad officium Equalitatis nostre ecclesie spectantibus et pertinentibus, annis singulis, duobus in terminis, pro una in decima tercia mensis Maij, et altera medietatibus eiusdem redditus in decima tercia mensis Novembris diebus, ipsius domini et magistri Joannis Brants vita durante, ac deinde prefato collegio Theologorum, perpetuo legitime exsol-

Le chapitre accepte.

vendum, pro nobis et nostris successoribus constituendum duximus et assignandum, prout constituimus et assignamus per presentes, mediante tamen prescripta summa centum et quadraginta librarum gross. monete Flandrie, quam ab ipso in promptis pecuniis recepisse confitemur.

Pro cuius quidem redditus solutione, ut prefertur, nosmetipsos, nostrosque successores, ac omnia nostra et dicti officij Equalitatis bona, terras, proventus et emolumenta quecumque, per presentes obligamus et hypothecamus. Promittentes bona fide eidem M. Joanni Brants nostro confratri, vita sua durante, eumdem redditum octo librarum quindecim solidorum grossor. dicte monete, et dicto collegio Theologorum post prefati magistri Joannis Brants e vivis decessum, septem librarum grossor., denario vigesimo, per manus receptoris dicti officij Equalitatis, annis singulis terminis superius specificatis, exsolvere et exsolvi facere, aliaque omnia et singula, in prescripta et preinserta supplicationis scedula contenta et comprehensa, realiter et cum effectu observare et adimplere, seu observari et adimpleri procurare, secundum dicti fundatoris intentionem, modum et tenorem. Omnibus et singulis exceptionibus, cautelis et cavillationibus, tam iuris quam facti, (quibus per presentes renunciamus), cessantibus et seclusis quibuscumque.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, presentes literas fieri sigillique magni nostre ecclesie iussimus ac fecimus appensione communiri.

Datum et actum Brugis in capitulo nostro anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, mensis Novembris die decima tercia.

Per dominos decanum et capitulum.

ANDREAS BOTTYN, notarius.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Reg. copiarum*, fol. 181.

XIV.

Erection du séminaire de Bruges par l'évêque Remi Drieux. — Incorporation des biens des réfectionaux au séminaire.

Sabbato 10ª Februarij 1570. Dominis post missam animarum, in predicto sanctuario congregatis, domino decano presidente. Audita relatione dominorum deputatorum qui hodie mane cum R^mo communicaverunt super seminario, qui in effectu ipsis tria proposuit, nempe rationem domus adhoc emende, dotis inveniende et deputationem iuxta concilium Tridentinum, ordinatum fuit quod omnes domini ad diem lune proximum convocarentur, de et super omnibus maturius deliberaturi.

10 Février 1571. (n. s.)

L'évêque propose d'acheter une maison, de procurer une dotation, et de constituer une députation.

Lune 12ª Februarij, D. decano presidente.

Domini convocati super deputando aliquo ex parte capituli in negotio seminarij, nominarunt et deputarunt venerabilem dominum et magistrum de Heere decanum, presentem et onus acceptantem, ita tamen quod quandocumque ei libuerit, idem onus relinquere et renunciare possit.

12 Février 1571.

Le chapitre délègue son doyen.

Veneris 6ª Aprilis, D. decano presidente.

Eodem die lectum fuit instrumentum per dominos deputatos conceptum de et super cessione bonorum refectionalium ac concessione certorum ecclesie emolumentorum, necnon unione capellanie sancti Laurentij prope et extra Brugas, ad opus seminarij Brugensis, idque pro quota seu portione contributionis huius ecclesie, quod quidem instrumentum domini approbarunt, ordinantes illud communicari R^mo. Cuius tenor sequitur:

6 Avril 1571.

Projet présenté par les députés.

Teneur du projet.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Per hoc presens publicum instrumentum, cunctis pateat evidenter et sit notum quod anno a nativitate Domini 1570, mensis Aprilis die 6ª, coram me notario publico infrascripto, personaliter constituti venerabiles domini decanus et capitulum ecclesie cathedralis sancti Donatiani Brugensis, faventes pie institutioni seminarij diocesis Brugensis, illiusque erectionem promovere desiderantes, pro alimentatione intertentione ac institutione eiusdem seminarij, quantum in eis est, omnibus melioribus modo et forma quibus melius potuerunt et debuerunt possuntque et debent, applicarunt et applicata declarant, cesserunt et transtulerunt pro portione sive contributionis quota sua, omnia bona infrascripta, salvis tamen et illesis remanentibus fundationibus et oneribus eorumdem bonorum, ac tredecim refectionalium nuncupatorum eiusdem ecclesie, necnon institutione et destitutione eorumdem tredecim refectionalium per Rᵐᵘᵐ episcopum Brugensem et decanum et capitulum, denominatos in predicta fundatione eorumdem refectionalium, etiam iuxta laudabilem consuetudinem hactenus observatam, facienda et observanda: imprimis redditum annuum redimibilem denario decimo octavo, quadraginta octo ℔. gr. monete Flandrie, donatum et relictum eisdem tredecim refectionalibus per pie memorie D. Jacobum de Molendino et magistrum Jacobum Regis, dum viverent canonicos eiusdem ecclesie; item adhuc alium redditum annuum decem ℔. gr. denario decimo sexto; item unam domum ad eosdem refectionales spectantem et pertinentem, sitam Brugis, apud seu prope templum sancte Walburgis; item adhuc viginti octo ℔. XIII solidos iiij denarios gr. annuas, quas iidem refectionales habent et percipiunt annue a diversis officiis eiusdem ecclesie cathedralis. Preterea consenserunt, declararunt et promiserunt prefati comparentes, quod rector scholarum prefati seminarij, aut aliquis ex eiusdem seminarij institutoribus per Rᵐᵘᵐ et scholasticum huius ecclesie denominandus, habebit et percipiet, etiam

Incorporation des biens des réfectionaux au séminaire.

Privilèges du *rector scholarum*.

in scholis existens, dummodo sit clericus tonsuratus, et onera seu munera per rectores scholarum ibidem supportari solita adimpleat, distributiones chori eiusdem ecclesie cathedralis, ac cetera omnia emolumenta rectori schole hactenus dari solita, eritque de numero promovendorum per capitulum ad capellanias eiusdem ecclesie, quemadmodum in literis fundationis dictorum refectionalium expresse cavetur et continetur. Insuper prefati decanus et capitulum similiter consenserunt et consentiunt perpetue unioni capellanie perpetue fundate in capella sancti Laurentij extra Brugas, ut patroni et presentatores eiusdem, ac iuripatronatus ac presentationi sibi in et ad illam quomodolibet competenti, ad utilitatem eiusdem seminarij, ut illi incorporetur in perpetuum cesserunt et cedunt, sub expressis tamen conditionibus sequentibus, videlicet, quod mediante ista applicatione, cessione, et consensu supradictis, R^mus^ episcopus Brugensis ac deputati sive gubernatores eiusdem seminarij ac eorum successores pro tempore existentes, tenebuntur in perpetuum esse contenti de eisdem D. decano et capitulo ac omnibus suppositis eorumdem de gremio chori ecclesie cathedralis existentibus, ita quod nulla causa vel ratione decanus et capitulum ac supposita predicta, eorumqué successores, ad aliam quamcumque ulteriorem contributionem aut quotam ad opus seminarij predicti vel illius ratione, persolvendam nullis futuris temporibus, a quoquam quavis autoritate inviti compelli possint vel debeant, sed omnino hac in parte liberi remaneant et exempti. Promiseruntque huiusmodi applicationem, cessionem vel declarationem se nunquam revocaturos, nisi contingat, (quod absit), seminarium prefatum adeo diminui vel negligi, ut viginti pueri (inclusis etiam 13 refectionalibus) in eodem non alantur et instituantur, quo casu poterunt et debebunt huiusmodi bona omnia ad ipsos D. decanum et capitulum redire et devolvi. Poteruntque iidem decanus et capitulum eadem bona auctoritate propria repetere recipere et apprehendere et

Union de la chapellenie de St Laurent au séminaire.

Conditions.

Le chapitre sera exempt de toute nouvelle contribution.

Si jamais le nombre des élèves se réduit à moins de vingt,

les biens cédés retourneront au chapitre.

ad usus ad quos hactenus consueverunt, applicare. Postremo, quia prefati domini decanus et capitulum se suaque et ecclesie bona omnia et singula, pro observatione fundationis dictorum bonorum et refectionalium, per suas diversas patentes literas expresse et legitime obligarunt et hypothecarunt, tenebuntur recipere prefati R[mus] episcopus et deputati seminarij ecclesie ac diocesis Brugensis, eorumque successores pro temporibus existentes, eosdem decanum et capitulum, supposita ac bona, ut prefertur obligata et hypothecata, erga fundatores huiusmodi bonorum, ac capellanie sic uniende, et quoscumque alios perpetuo conservare ac relevare indemnes, ac eadem bona specialiter, et alia bona seminarij generaliter, reciproce obligare, quodque fundationes omnes predicte nullatenus suis defraudentur obsequiis, oneraque illis incumbentia debite supportentur.

Acta fuerunt hec Brugis, in loco capitulari sepedicte ecclesie cathedralis, anno, mense et die prescriptis.

10 Avril 1571.

L'évêque et les proviseurs du séminaire acceptent la cession faite par le chapitre.

Die 10[a] Aprilis anno XV[c] septuagesimo, stilo provincie Mechliniensis, R[mus] dominus episcopus Brugensis et venerabiles domini Nicolaus de Heere, decanus ecclesie cathedralis Brugensis, Joannes Heetvelde, eiusdem ecclesie canonicus, Dionysius Paulin, decanus S[ti] Salvatoris, necnon Georgius a Bergis (1), curatus argentee portionis ecclesie collegiate et parochialis beate Marie civitatis Brugensis, deputati ad tractandum negotium erectionis et institutionis seminarij Brugensis, visa ac diligenter examinata suprascripta acta venerabilium dominorum decani et capituli ecclesie cathedralis Brugensis, in qualitatibus predictis, et tanquam administratores seu provisores seminarij antedicti, in manibus meis tanquam secretarij adhoc per eos

(1) Georges van den Berghe, doyen de Bruges, *decanus christianitatis Brugensis*, nommé curé de la *portio argentea* de Notre-Dame par les vicaires généraux de Tournay en 1558.

requisiti, declararunt se acceptare, et per presentes acceptant cessionem ac transportum bonorum, proventuum, et emolumentorum supra mentionatorum, sub modo, forma et conditionibus eidem acte adscriptis, et in iisdem qualitatibus, seu nomine seminarij et non alias aliter neque alio modo, promiserunt et per presentes promittunt venerabiles dominos decanum et capitulum predictos servare indemnes contra fundatores dictorum refectionalium et capellanie S^ti Laurentij predicte et alios quoscumque, pro securitate eorumdem dominorum obligantes bona predicta, necnon alia quecumque bona eiusdem seminarij presentia et futura.

Archives de l'Évêché. — *Acta capituli S. Donatiani* Reg. R, aux dates indiquées.



XV.

Règlement primitif du séminaire de Bruges.

Statuta Seminarij Episcopatus Brugensis instituti anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo. 27 Juin 1571.

Imprimis declaramus refectionales ecclesie cathedralis eorumque bona, tam virtute decretorum concilij Tridentini quam concilij provincialis Mechliniensis, seminario ecclesie cathedralis sancti Donatiani Brugensis applicatos et applicata fuisse et esse, fundatorum voluntate et dispositione salvis (1). Les réfectionaux et leurs biens incorporés au séminaire.

(1) Voir Docum. XIV, p. CXLII.

Age, capacité,

Deinde statuimus et ordinamus quod nemo illegitimus aut minor XII annis, vel qui competenter legere et scribere nequeat, ad seminarium admittatur.

et dispositions des élèves.

Voluntas quoque et indoles recipiendorum diligenter attendenda erit, utrum spem probabilem adferat eos ecclesiasticis ministeriis idoneos et addicendos [fore].

Les bourses seront conférées aux plus pauvres; les riches seront admis à leurs frais.

Pauperiores seu tenuioris fortune, si idonei et qualificati existant, preferentur ditioribus seu melioris fortune in adeptione bursarum; nolumus tamen divitum filios a seminario excludi, modo suo sumptu alantur et studium pre se ferant Deo et Ecclesie inserviendi.

Serment exigé de la part des parents.

Parentes eorum qui ad bursas seminarij recipientur, iureiurando declarabunt non alio pretextu et animo filios suos aut nepotes in seminario collocare, quam ut per Dei gratiam, dum etate, vita et doctrina idonei reperti fuerint, sacris initientur Deoque et Ecclesie perpetuo ministrent; neque parentibus licebit semel admissos pro arbitrio suo a seminario avocare aut alibi collocare, sine consensu episcopi et deputatorum.

Les boursiers ne pourront passer à un autre diocèse, sans le consentement de l'évêque.

Qui seminarii sumptu educati et instituti fuerint, ad aliam diocesim, sine licentia episcopi transire non poterunt. In seminario piorum eleemosynis enutriti bonamque conditionem nacti seu provisionem, meminisse debent beneficij accepti atque inter vivos aut testamento, (si facultates suppetunt), animi sui gratitudinem donatione aliqua vel legato ad seminarij utilitatem relicto, testatam facere.

Tous les séminaristes porteront la tonsure et l'habit clérical,

Iuvenes in seminario viventes tam divites quam pauperes, tonsura clericali debent insigniri, atque tonsura et habitu clericali semper utentur.

assisteront journellement à la messe,

Singulis diebus mane ante lectiones, missam reverenter et devote ad pietatem ac devotionem compositis moribus, audient; que celebrabitur in estate statim post quintam, in hieme vero ad medium sexte per capellanum cui incumbit ex fundatione primam missam in ecclesia S[ti] Donatiani celebrare.

se confesse-

Preterea singulis mensibus confitebuntur peccata sua

proprio pastori aut alteri ad hoc per capitulum commisso, corpus vero Domini nostri Jesu Christi toties sument quoties prudentie confessoris pro fovenda pietate et devotione iuvenum expedire videbitur.

ront chaque mois, et communieront suivant l'avis du confesseur.

Diebus dominicis et festivis, presertim qui seminarij sumptu in totum vel ex parte alentur, in choro ecclesie cathedralis induti superpelliciis vel cappis, secundum temporis exigentiam, summo sacro et vesperis intererunt ac cum aliis cantabunt et ministrabunt modeste sine insolentiis aut fabulis, alioquin pœnas debitas luant.

Fréquentation du chœur,

Insuper mane predictis diebus per preceptorem deducentur ad conciones in ecclesia cathedrali aut alia viciniori si ibi concio non fiat, atque aliquo commodo loco constituentur, ne per ecclesiam aut per plateas sub concione evagentur.

et des sermons.

Inter eundum, si quem presbyterum habeant obvium vel aliquem dignitate aut etate honorandum, ei aperto capite reverentiam debitam exhibebunt.

Respect pour les prêtres, etc.

Et quoniam frequentes discursus studiis plurimum officiunt, iuvenes, non nisi necessitate urgente, e scholis ad ministeria missarum evocentur. Et stricte iniungetur per capitulum custodibus, quod, priusquam evocent aliquem puerum e scholis, diligentiam faciant an aliquem in ecclesia reperire poterunt sacro servire paratum; necessitate vero occurrente, quisquam eorum semel tantum in die evocetur; que egressio ita quoque temperabitur ut sine damno lectionis fiat.

Règles touchant le service des messes,

Neque ad negotia ulla obeunda, aut famulatum alicui exhibendum, presertim tempore lectionum, quemquam evocare aut ablegare licebit (1).

Refectionales et qui piorum eleemosynis vivent, obsequia per pueros refectionales ex vetustissima consuetudine in choro prestari solita, cum omni modestia et devotione

et autres fonctions à l'église.

(1) Voir plus haut, p. LXXXV.

prestare et continuare conentur, ad que rector pro sua prudentia magis idoneos ordinabit, qui distincte et clare pronuntiabunt et cantabunt que illis cantanda incumbent.

Prière pour les fondateurs et bienfaiteurs.

Preterea singulis diebus antequam e scholis dimittentur, cantabunt devote flexis genibus antiphonam *Salve Regina* cum versu et collecta quam cantabit hebdomadarius. Et antequam se somno dederint, devote et intelligibili voce simul legent pro animabus fundatorum et omnium benefactorum, psalmos *Miserere mei Deus* et *De profundis* cum precibus et collectis convenientibus, nec in eo ullus committatur defectus.

Idem fiet ad sepulchrum fundatorum per eos qui fundatorum eleemosynis alentur, prima die cuiuslibet mensis ac diebus dominicis et festis dum chorum egrediuntur ac alias iuxta intimationem per tabularium aut ostiarium rectori vel ipsis faciendam.

Les choraux qui perdent la voix seront remplacés par des boursiers, et, s'ils sont capables, pourront être admis au séminaire.

Porro occurrente casu quo continget aliquem aut aliquos ex choralibus in voce deficere et sic ad officij functionem fieri inutilem seu inutiles, in eum eventum tenebitur succentor sive magister cantus pro tempore existens, cum consilio eorum ad quos spectabit, unum vel plures ex predictis iuvenibus refectionalibus seu bursariis viventibus eleemosynis fundatorum, pre ceteris magis idoneum si inter eos aliquis extiterit, in locum choralis vel choralium deficientium capitulo presentare. Et chorales in voce deficientes, si ad studia idonei sint et ad statum ecclesiasticum animum habuerint, occurrente burse vacatione ad seminarium admittentur.

Admission et

Quoad receptionem aut reiectionem et qualitatem eorum qui ad bursas refectionalium assumentur, servabitur ordinatio fundatorum per capitulum approbata, salva auctoritate episcopi, qui per se aut suum deputatum, in aliis quoad predictam receptionem et idoneitatis examinationem, primam vocem habebit. Aliorum pauperum, qui ex communibus eleemosynis sive peculiari fundatione in dicto seminario alimentabuntur, receptio et reiectio ad epis-

copum cum consilio duorum canonicorum per capitulum nominandorum, iuxta decretum XVIII sess. 23e concilij Tridentini, spectabit.

Si aliqui ignavi et ad literas inepti comperiantur, non affulgente spe melioris frugis, per eosdem qui eos admiserunt removebuntur, ac alij in eorum locum substituentur. renvoi.

LEGES SCHOLASTICE.

Legum scholasticarum prima est, ut literis dicata iuventus latine perpetuo loquatur, eaque ut commodius observetur, in certa quaque classe instituatur [notator], et vernaculo utentes sermone, castigentur. Les séminaristes parleront toujours le latin.

Singulis diebus mane absoluto sacro, rector sive aliquis preceptorum, deducet iuventutem ad ludum literarium et ibidem, catalogo lecto, incipiet hebdomadarius antiphonam *Veni sancte Spiritus*, que cantabitur flexis genibus; postea dicetur per eumdem versus et collecta ad invocandam gratiam Spiritus sancti, sine qua vanus est omnis noster conatus. Prière avant la classe.

Nemo scholam, presertim lectionis tempore, quamvis a sartore, sutore aut lotrice vocatus, sine licentia egredi audeat. Personne ne quittera la classe, sans permission.

Magistrum seu animorum genitorem et cultorem iuventus veneretur et colat, ac illum quam diligentissime auscultet dictoque suo, sive componendum, transferendum aliudve quid agendum mandet, prompte obtemperet. Obéissance au *rector scholarum*.

Omnibus postpositis, lectioni addiscende, ac ne audita effluant, repetende, totis nervis pueri incumbent, ac sabbatum diem in eorum resumptione consument. Assiduité.

Sine preceptoris facultate nullus scholam aut habitationis septa egrediatur, obtenta vero exeundi facultate, morum maturitatem et honestatem tam in publico quam apud amicos pre se ferant, ac ad prescriptum tempus redeant. Sorties.

Lusus puerorum liberalis et christiane iuventutis dignus sit, nec aliis quam eiusdem studij sociis colludant idque Jeux.

in planitie aut alio loco a preceptore designando, nec pretio aut rerum suarum amissione sit contentio.

Jours de récréation.

Dies autem recreationi concessi sunt dies Martis et Iovis a meridie, aut, incidente festo, alter horum, aut alias pro discretione rectoris.

Extraneorum consuetudine nemo utatur.

Rapports avec les étrangers,

Catonis dictum animo suo iuventus commendet, quo monet dicens: *Quod nosti haud recte factum, nolito silere, ne videaris malos imitari velle tacendo*, sed amice eos moneat monitionisque impatientes preceptori aut notatori denunciet.

les domestiques et les servantes.

Cum ministris aut ancillis ne longas pueri habeant sermonum vices, paucisque si quid petendum aut dicendum, absolvant.

Jour de correction.

Iuvenum correctioni vesper diei sabbati presertim serviet atque pro peccatorum discrimine quisque pœnas commeritas luat; incorrigibiles et discoli, aut qui ex pauperibus nullam spem futuri sacerdotij adferunt, secundum decreta concilii Tridentini, expellantur, aliique melioris spei et frugis recipiantur.

Les boursiers serviront à table.

Vicissim omnes pauperes sua quisque septimana mensam instruant, eidem benedicant et inserviant, peractoque convivio mensalia tollant suisque locis reponant ac refectionis horis rursum expromant.

Lecture pendant les repas.

Mense tempore ex Sacris Literis quidpiam legendum, quo tempore ceteri silentium teneant, ac inter comedendum ad sacram lectionem attendant.

Règles de bienséance,

Absentium portiones nemo ad se rapiat, sed proximus in absentis locum succedat, unica portione quisque contentus.

de propreté

Ad templum aut matutina studia et mensam non nisi lotus quis procedat, in lavacro vero quisque modeste absque clamoribus, confabulationibus cum ancillis, aquarum aspersionibus aut similibus ineptiis se gerat.

et d'ordre.

Suum quilibet lectum mane indies concinnet, nec interdiu petulanter conturbet, sin aliter factum fuerit, vapulabit.

Diebus Mercurii et sabbati, dormitorium et schola mun-

dentur, eoque tempore quisque proprias sordes tempestive e sua cella aut museo exponet, ne ministris aut ancillis impedimento sint.

Absint a capite et vestibus lendes et vermiculi, alioquin vapulabunt (1).

Mane cum primum surgitur iuventus Deo se commendet, similiter et vesperi dum itur cubitum, ac silentium perpetuum in dormitorio servetur, cessent quoque vagationes de cubiculo ad cubiculum; cubicula vero omni tempore preceptori pateant. Silence au dortoir.

In dormitorio lampadis solummodo in medio dormitorij usus erit.

Hebdomadarius in estate commilitones ad medium quinte somno excitabit, et ad pulsum quinte induti, loti paratique sint ad audiendum sacrum antequam ludum literarium ingrediantur; in hieme excitabuntur hora quinta, ut ad medium sexte sint parati ad missam audiendam; iuniores in pulsu hore octave se cubitum recipient presertim in hieme, maiores in pulsu none; nemo in tenebris per domum vagabitur extra requisita nature. Lever.

Minister sive notator fideliter transgressores preceptori deferet, in quo si negligentior aut dissimulantior deprehendatur, ipse aliorum pœnas luet.

Feriatis diebus ante horam primam et sabbati a prandio hora magis convenientiori docebitur cantus. Leçons de chant.

Classes autem distinguentur pro qualitate et numero puerorum. Division des classes.

Postremo omnibus precipitur ut hec statuta frequenter legant et diligenter observent, ac ne ignorantiam pretexere valeant, semel in mense legentur in schola omnibus auscul- Ce règlement sera lu une fois tous les mois.

---

(1) Ces détails, (punitions corporelles, soins de propreté, etc.) cessent de sembler étranges, lorsqu'on considère que les élèves du séminaire étaient encore *des enfants*, puisqu'ils pouvaient être admis dès l'âge de 12 ans.

tantibus, et in scholis tabula statutorum appensa ante omnium oculos perpetuo habeatur.

Predicta statuta sunt lecta et communicata dominis deputatis, quo facto, Reverendissimus de eorum consilio ordinavit eadem in seminario publicari et observari, die 27 Junij 1571.

D'après une copie manuscrite, appartenant à Mgr. Béthune, chanoine de la cathédrale de Bruges.

XVI.

Fondation de trois bourses au séminaire de Bruges, par Josse Lambrecht (1), chanoine de Saint-Donatien.

31 Mars 1572.

Fondation de trois bourses en faveur

Lune, ultima Martij, D. Rmo presidente.

Exhibita per D. Lambrecht canonicum supplicationis schedula, per quam offerebat fundare tres pueros (2) in scholis huius ecclesie seu seminario Brugensi constituendos apud

---

(1) Josse Lambrecht, de Bruges, possesseur de la 23me prébende en 1555, mourut le 19 Septembre 1593 et fut inhumé dans la chapelle de l'hospice Saint-Josse, rue des Baudets, sous une dalle tumulaire, incrustée de cuivre, qui se voit encore aujourd'hui devant l'autel. Ce chanoine avait rebâti la chapelle, et doté l'hospice de prébendes pour douze vieillards indigents et une femme. Son portrait est conservé actuellement à l'hospice du Saint-Esprit (Potterie.) — Voir WEALE, *Bruges et ses environs*, 3e édit., Bruges 1875, p. 238.

(2) *Fonder trois enfants*, c'est-à-dire, faire une fondation suffisante à l'entretien de trois enfants. On employait ainsi jadis, dans le même sens, l'expression : *fonder un chartreux*. — Voyez : *La Grande Chartreuse*, par un chartreux (DOM CYPRIEN BOUTRAIS), Grenoble 1881, p. 58, 59.

refectionales, cum dotatione xxi ℔. gr. annue in certis redditibus denario xvi°, ad illorum intertentionem, ac v ℔. gr. annue, pro bursa destituti seu destituendi refectionalis, sub certis legibus et conditionibus et alias iuxta eamdem supplicationem, domini, pium affectum et intentionem dicti domini Lambrecht eorum confratris laudantes, huiusmodi fundationem exnunc admittendam duxerunt et admiserunt, deputantes nihilominus dominum decanum cum senioribus ac officiariis, qui cum eodem fundatore super certis obscuritatibus inibi contentis clarius exprimendis, conveniant et communicent ad referendum; declarantes iidem domini, accedente ipsius fundatoris tunc presentis consensu, quod, (non obstante contractu cum R^mo^), prefati tres pueri cum refectionalibus huius ecclesie venire seu cedere possint, in complementum numeri viginti puerorum seminarij Brugensis, dummodo tamen ipsius fundatio rite adimpleatur cum conditionibus inibi expressis.

de trois séminaristes, et d'une bourse en faveur d'un réfectional licencié.

Mercurij 2^a^ Aprilis, D. decano presidente.

Ibidem relatum est per dominos deputatos communicatum et conventum esse cum domino Lambrecht canonico, super fundatione sua trium puerorum et aliis, qui petit dictos pueros et alios refectionales non teneri ad chorum huius ecclesie frequentandum diebus solemnibus non festis in populo, quo melius studiis vacent in scholis. Domini, post deliberationem, huiusmodi conventionem ratam habuerunt, suumque consensum prebuerunt, dicto domino Lambrecht fundatori, gratitudinis ergo, sextarium vini presentantes ex tribus officiis ac officio destitutorum choralium (1), sibique ecclesiam commendantes.

2 Avril 1572.

Condition stipulée par le fondateur et acceptée par le chapitre.

Archives de l'Évêché de Bruges. — *Acta capituli S. Donatiani.* Reg. R, aux dates indiquées.

---

(1) Voir Document XX.

XVII.

L'Evêque Remi Drieux donne aux Jésuites la maison dite *de Lecke*, avec ses dépendances, et trois maisons adjacentes à l'effet d'y établir leurs écoles.

19 Août 1574.

Remigius Driutius, Dei et Apostolice sedis gratia episcopus Brugensis, universis et singulis presentes literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam.

Quum magno nostro dolore consideraremus nos in ista tempora incidisse, quibus, si unquam alias, nunc maxime a pastoribus gregi dominico invigilandum est, videremusque tantopere depravatos esse hominum mores, ut si rempublicam suo candori restitui aut recte institutam conservari velis, in tenella iuventute ea sit reformanda, serio adiecimus animum ad preceptores pios et doctos evocandos, qui gratis iuventutem nostram Brugensem in fide catholica et timore Dei, literisque grecis et latinis a teneris annis instituant. Et quia experientia in diversis civitatibus atque provinciis, multo iam tempore docuit, patres societatis Jesu, cum magna reipublice utilitate in docendi munere et iuventutis institutione versari, adiuti tam magistratuum Brugensis ac Franconatorum, tum aliorum piorum civium tam ecclesiasticorum quam laicorum liberalitate, emi iussimus pro iisdem patribus eorumque scholis, in quibus iuventutem Brugensem instituant, commodam domum que vulgo dicitur *de Lecke* [1] cum suis ap-

Don d'une maison, dite

(1) Cette maison, située sur la place S[t] Jean, vis-à-vis de la rue de *Cordoue*, occupait l'emplacement actuel de l'institut des Dames de l'Instruction chrétienne. Des trois maisons adjacentes, la première et la deuxième se trouvaient dans la rue des Armuriers, la troisième dans la rue S[te] Walburge.

pendicibus et tribus adiunctis domibus et necessaria supellectili; quam domum omni onere et pensione annua ad causam predicte emptionis impositis, liberari procurabimus. Insuper octingentos florenos annuos legitime hypothecatos, (prout ex literis partim iam confectis, partim et conficiendis constare poterit), iisdem patribus tum per nos donavimus, tum per alios donari et assignari fecimus, in initium collegij, ut in eo patres iuxta suum institutum vivant, muniaque sua ad populi et iuventutis Brugensis utilitatem et fructum pro vocatione sua statuta et ordinationes predicte societatis exerceant. Ad que commodius exercenda, usum templi vicini S^ti Joannis Baptiste (1) ipsis procurabi-

de Lecke, de trois maisons adjacentes, d'une rente annuelle de quatre-vingts florins, et cession provisoire de la chapelle de St-Jean-Baptiste.

« St Jans zesten-deel. Vierde circle beghinnende an St Jans kercke an thouchuys ghenaemt tHaentkin, gaende over St Jans plaetse zuydwaerts deur de Wapmaeckers straete, inslaende Ste Wouburghe straete, gaende voorby Ste Wouburghe kercke, ommekeerende naer St Jans straete, gaende lancxst de zuydzyde van diere tot an tvoorseide houchuys.

St Jans plaetse oostzyde gaende zuydwaerts.

. . . .

Thuys derneffens ghenaemt *de Lecke*, * pertinet de vaeders der Societeyt Jesu.

27 Ougst 1593 ** Burgmeesters en scepene der stede van Brugghe gaven ghifte van desen huyse en twee naervolghende ten tytel van donatie aen de vaeders van de Societeyt Jesu.

Wapmaeckers straete oostzyde gaende zuydwaerts.

Thuys derneffens pertinet de vaeders der Societeyt Jesu.

Thuys derneffens pertinet de vaeders der Societeyt Jesu.

Ste Wouburghe straete, noordzyde gaende oostwaerts.

Thuys ghenaemt *de Schilpadde*, pertinet de vaeders der Societeyt Jesu.

27 Ougst 1593 **. Burgmeesters en scepene der stede van Brugghe gaven ghifte van desen huyse ten tytel van donatie aen de vaeders van de Societeyt Jesu. »

Archives de la ville de Bruges. — St Jans zesten-deel, fol. 152-164.

(1) Cette chapelle occupait le milieu de la place St Jean, ou s'élève actuellement une pompe publique.

(Gailliard, *Ephémérides* etc., p. 317; De Stoop, *Tableau* etc., p. 255.)

* Lecke, vappa, vin poussé et corrompu. ** Date de l'enregistrement.

mus, donec aliud proprium habeant, dabimusque operam ut ad plurium sustentationem successu temporis initium istud fundationis augeatur et perficiatur. Nullam vero aliam a societate requirimus obligationem, quam *trium* magistrorum qui iuventutem seminarii et adolescentes omnes, quos suis prelectionibus iudicaverint idoneos, tam pauperes quam divites, gratis iuxta suum institutum, cum pietate literas in scholis suis doceant. Proinde petimus a R. P. Evrardo Mercuriano [1], preposito generali societatis Jesu, ut hic collegium predicto modo recipiat ac instituat et animum ad illud iuvandum serio adiiciat. In cuius rei fidem, presentes sigillo nostro munivimus et per secretarium nostrum signari fecimus.

Conditions.

Datum Brugis, decima nona mensis Augusti, anno 1574. Signatum, PRIEELS.

Cum eiusdem R^{mi} domini prefati sigillo in rubra cera dependente.

Arch. de l'État à Bruges. — Arch. eccl. liasse n° 141.

---

(1) Evrard Mercurian, né à Marcour, village du Luxembourg belge, en 1514, fut admis à Paris dans la Compagnie de Jésus, le 8 Septembre 1548. Saint Ignace le nomma vice-supérieur de la maison professe à Rome, et ensuite recteur du collège de Pérouse. Mercurian retourna dans sa patrie, où il fut nommé provincial, se rendit une seconde fois à Rome, et fut élu général de la Compagnie, le 23 Avril 1573. Il mourut saintement, le 1r Août 1580. — Voir A. DE BACKER, S. J., *Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus*, Liége-Lyon 1872, t. II, p. 1257. — *Notice sur le P. Mercurian*,, par C. J. P.... curé d'O...., dans le *Journal historique et Littéraire* de KERSTEN, tom. XXIII, pp. 217, 331, 380.

XVIII.

L'évêque Remi Drieux accorde une rente annuelle de 24 ℔. de gros aux Jésuites, aussi longtemps que ceux-ci enseigneront le grec et le latin aux élèves du séminaire.

Videlicet die Jovis post meridiem ad horam secundam, per cubicularium R^mi in domo episcopali convocatis me decano capituli in causa seminarij deputato, archidiacono, decano S. Salvatoris M. Georgio van den Berghe et D. cantore nostre ecclesie, receptore predicti seminarij, nullo notario aut secretario aut aliquo alio presente, exposuit R^mus multis verbis se egisse cum Jesuitis super institutionem illorum qui aluntur in seminario; qui Jesuite ex instituto tenentur ad institutionem iuventutis totius diocesis, modo absolverit prima rudimenta et pervenerit ad grammaticam, idque gratis tam divites quam pauperes instituendo; ad quem effectum habebunt ad minus tres preceptores et verisimiliter tres submonitores, qui precipue curam gerent iuventutis seminarij, non solum in scholis, hoc est in domo propria PP. Jesuitarum, sed etiam eandem iuventutem visitando et monendo ubi a dicta schola recesserit; sed quandoquidem predictis Jesuitis non ita prospectum est ad predicta onera supportanda, R^mus addixit illis redditum seu summam annuam 24 ℔. gross., den. 16° redimibilem, quamdiu in dicta institutione perseveraverint; qui redditus incipiet habere cursum ubi inceperint instituere, et poterit redimi in tribus aut quatuor distinctis vicibus.

20 Janvier 1575.

Proposition de l'évêque.

Les députés s'en réfèrent à la décision de l'évêque.

Quibus propositis et me desuper per R^mum interrogato, respondi, quandoquidem istud videtur perpetuum onus et novum, me cupere idem communicare cum capitulo, cuius in parte sum deputatus seu substitutus. Ad quod respondit R^mus, istud non concernere capitulum, sed sibi precipue commissum et se concernere, et desuper a nobis non tam votum quam consilium, prout videntur verba concilij habere, requirere. Quibus dictis, desuper interrogavit D. archidiaconum decanum Berghe, et cantorem, quibus proposita placuerunt et se retulerunt ad discretionem R^mi. Quibus auditis dixi, si ex votis venit concludendum, vincor votis, et omnes me excepto commiserunt negocij decisionem discretioni R^mi. Et quandoquidem eo ventum erat videbatur mihi illis, videlicet Jesuitis, proponenendum casu quo tantum duos haberent submonitores quod tantum annue reciperent 16 ℔. si vero unum tantum, 8 ℔. gr., quod satis videbatur placere R^mo, quodque dixerat se cum illis communicaturum.

Arch. de l'Evêché. Liasse *Séminaire.*

20 Janvier 1575.

Accord entre l'évêque et les Jésuites.

Rente annuelle de 24 ℔.

Remigius Driutius Dei et apostolice sedis gratia episcopus Brugensis, omnibus et singulis has visuris lecturis et audituris, salutem in Domino. Quoniam reverendus dominus prepositus generalis societatis Jesu ad instantiam nostram consensit in erectionem et institutionem collegij predicte societatis Jesu in dicta civitate Brugensi, quodque dicti collegij patres haberent peculiarem rationem scholarium sive bursariorum sive aliorum quorumcumque in seminario habitantium, quos et alios quosvis iuvenes civitatis et diocesis Brugensis in suis scholis docebunt literas latinas et grecas; ideo nos, de consilio deputatorum seminarij, (ut dictis patribus de necessariis provideatur) in subsidium dotis seu sustentationis eorumdem concessimus et per presentes concedimus predictis patribus super bonis seminarij, ab eo tempore quo iuventutem predictam

docebunt, et quamdiu eamdem docebunt et non diutius, viginti quatuor libras grossorum Flandrie annue, quatuor in terminis, nempe singulis trimestribus solvendas, qui termini incipient a die inchoatarum lectionum cedetque primus terminus tertio post mense, et sic consequenter de termino in terminum, et anno in annum, quamdiu dictos scholares docebunt, dictasque lectiones sine causa legitima non intermittent, poteritque huiusmodi redditus redimi quatuor vicibus denario decimo sexto, ipsique nummi capitales applicari debebunt in emptionem similis redditus eiusdemque nature, et manentibus predictis obligatione et conditione. Quod si vero in posterum contigeret collegium societatis Jesu in civitate Brugensi, vel scholam eiusdem societatis deficere, quod predictus redditus viginti quatuor librarum grossornm remanebit seminario, aut super aliis bonis assignatus et hypothecatus redibit ad seminarium; aut si numerus trium preceptorum ex fundatione requisitorum ad notabile tempus minuatur, predictus quoque redditus pro rata et pro portione defalcabitur. In cuius rei fidem et testimonium promissorum presentes literas sigilli nostri, appensione ac secretarij nostri subscriptione iussimus et fecimus communiri. Conditions.

Datum Brugis in domo nostra episcopali, mensis Januarij die vigesima anno XV° septuagesimo quarto.

A. Prieels.

Arch. de l'État à Bruges. — Arch. eccl., liasse n° 141.

XIX.

Fondation de deux bourses au collège de Ruard Tapper, par Victor de Slingere, curé de Oostburch.

10 Mai 1575.

In nomine Domini Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, indictione tertia, mensis Maij die decima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri D. Gregorij, divina providentia Pape decimitertij, anno suo tertio, in mei notarij publici et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum presentia, personaliter constitutus venerabilis et circumspectus vir, dominus et magister Victor de Slingere, filius quondam Francisci, presbiter Iprensis diocesis, artiumque magister, nec non pastor ecclesie parochialis S. Bavonis de Oostburch [1] Brugensis diocesis, certis de causis animum suum ad hoc, ut asseruit, moventibus, volensque ex bonis per eum acquisitis, et sibi a Deo optimo maximo collatis, in pium aliquem convertere usum, animoque et intentione fundandi et erigendi duas bursas in collegio bone memorie quondam domini et magistri Ruardi Tapperi [2] ab Enchusia,

Victor de Slingere, curé de St Bavon, à Oostburch, fonde deux bourses au collège de Ruard Tapper.

---

(1) Oostburg ou Oostburch, appartenant autrefois au diocèse de Tournai, et compris dans le doyenné d'Ardenburg, comptait deux églises paroissiales, celles de Saint-Éloi et de Saint-Bavon. Après l'érection du diocèse de Bruges, on rencontre Oostburch parmi les paroisses du doyenné de l'Écluse, mais sans la mention des deux églises paroissiales.

(2) Après avoir cherché en vain des détails au sujet du collège de Tapperus chez les divers biographes de cet homme illustre, nous nous sommes adressé à M. le chanoine Reusens. Voici les renseignements qu'a bien voulu nous fournir le savant archéologue:

dum viveret, sacre theologie professoris ac decani ecclesie collegiate S[ti] Petri Lovaniensis, sito Lovanij supra Leydam,

« Aucun des historiens de l'Université de Louvain (pas même les contemporains de votre document, p. e. MOLANUS, qui écrivait au plus tard en 1582, ni le *Rapport officiel sur la situation des collèges en* 1589, publié dans nos *Analectes*, I) ne mentionne le collège de Tapperus. Après avoir lu et pesé ce que disent MOLANUS, (*Hist. Lov.*, I, p. 627,) et le *Rapport*, (*Analectes*, I, p. 160,) je suis porté à croire que Ruard Tapper avait réuni, sans dotation officielle, quelques étudiants dans une maison de la rue de la Laie, qui lui appartenait. A la mort de Tapper, arrivée en 1559, cette institution aura continué sur un pied provisoire. Plus tard, avant 1578, Michel de Bay en fit l'acquisition, et en 1578 il y établit un collège officiel (MOLANUS, p. 627 et *Rapport*, p. 160.) Les troubles et les pillages auxquels les établissements académiques furent exposés, précisément à partir de l'année 1578, auront empêché Michel de Bay d'organiser sa fondation. Après la pacification de la Belgique en 1589, le généreux donateur avait épuisé ses ressources à la direction et au soutien du collège du Pape dont il était le président; et, bien que les bâtiments eussent été conservés en bon état (*Analectes*, I, p. 161), grâce au président Jacques Jansonius, l'établissement, faute de ressources, resta abandonné. La fondation des de Bay ne fut définitivement organisée qu'en 1614 par les soins de Jacques de Bay, neveu de Michel. Elle prit le nom de collège des de Bay; le nom de collège de Saint-Augustin fut abandonné et l'institution transférée à la rue de Tirlemont. » Lettre du 5 Septembre 1882.

Voir VALÈRE ANDRÉ, *Fasti academici studii generalis Lovaniensis*, Lovanii 1650, p. 322, où Victor de Slingere figure parmi les fondateurs de bourses au collège de Bay. Au sujet de Ruard Tapper, professeur de théologie, doyen de Saint-Pierre, à Louvain, chancelier de l'Université, président du collège des théologiens, député au concile de Trente, etc., on peut consulter MOLANUS, *Historiæ Lovaniensium* etc. t. I, p. 515; VALÈRE ANDRÉ, *Fasti* etc. p. 105; FOPPENS, *Bibliotheca belgica*, t. II, p. 1084, — DE RAM, *Analectes pour servir à l'histoire de l'Université de Louvain* dans l'*Annuaire de l'Université*, 1839, pp. 283, 299, et 1841, p. 178 sqq.; *Mémoire sur la part que le clergé de Belgique, et spécialement les docteurs de l'Université de Louvain, ont prise au concile de Trente*, Bruxelles 1841; *De laudibus quibus veteres Lovaniensium theologi efferri possunt oratio*, Louvain 1847, p. 5 sqq. — VANDEN BROECK, *De Ruardi Tapperi vita et scriptis oratio*, dans l'*Annuaire de l'Université*, 1854, p. 178.

Constitution des fonds.

omnibus via, modo, iure, causa et forma quibus potuit et debuit, potestque et debet melioribus, dedit, cessit et transtulit, prout donat, cedit et transfert per presentes in venerabilem et egregium dominum et magistrum Michaelem de Bay (1), sacre theologie professorem, ut et tamquam collegij Ruardi provisorem, presentem et acceptantem, aliosque in dicto collegio provisores successores pro tempore existentes, unum redditum hereditarium quinquaginta florenorum Caroli sive Rhen., quolibet eorumdem ad viginti stuferos monete Brabantie estimato, cedentem singulis annis mediatim 2ª Novembris et 2ª Maij, per quondam Franciscum van d'Egheere Mechliniensem ad et supra civitatem Antverpiensem emptum et acquisitum, iuxta tenorem literarum dicte civitatis desuper existentium de data 2ª Maij anno 1549, viridi sigillo dicte civitatis subimpendente, et per Wesenbeecke secretarium signatarum, una cum binis literis acquisitionis dicti redditus desuper facte, quarum una est de data anni xv^c septuagesimi secundi, mensis Augusti diei quarte, per Dionysium vander Nesen, et altera date anni 1573, mensis Julij diei decime septime, per Joannem van Asseliers, dicte civitatis Antverpiensis secretarios, successive signatis et subscriptis et sigillo scabinorum inibi mentionatorum respective sigillatis, transferens et transfundens in eumdem dominum et magistrum Michaelem de Bay, provisorem dicti collegij domini et magistri Ruardi Tapperi, et successive in dicto collegio provisores pro tempore existentes, omne ius, omnemque actionem sibi ad eumdem redditum quinquaginta florenorum Rhenensium quomodolibet competentem, nihil iuris sibi ad eumdem redditum reservando.

Insuper dictus dominus et magister Victor tradidit et numeravit dicto domino et magistro Michaeli de Bay pre-

---

(1) Voir sur Michel de Bay, mieux connu sous le nom latin de *Baius*, la notice de Mgr. Claessens dans son *Histoire des Archevêques de Malines*, Louvain 1881, tom. I, p. 172.

senti, et se recepisse confitenti, summam septingentorum et viginti florenorum Rhen., ad emendum et comparandum redditum annuum et hereditarium quadraginta florenorum Rhen., denario decimo octavo. Ex quibus siquidem sic transportato et emendo respective redditibus, ad erigendum duas bursas in dicto collegio domini Ruardi Tapperi reservabuntur pro oneribus dicti collegij, ex qualibet bursa, decem floreni Rhenenses quotannis, et reliquum dabitur dictis duobus bursariis instituendis. In quibus bursis, cum vacaverint, ceteris paribus, preferri vult idem dominus fundator natos seu oriundos ex civitate Sluysensi in Flandria, si qui occurrant et dictas bursas petant; si vero tales non occurrant, recipiantur iuvenes secundum statuta dicti collegij, inter occurrentes maxime idonei, secundum iudicium domini provisoris pro tempore existentis. Boursiers.

Deinde pro maiori dotatione et augmento dicti collegij, idem dominus et magister Victor, modo et forma premissis, dedit et transtulit in dictum dominum et magistrum Michaelem de Bay, redditus seu vitales pensiones subsequentes, per eum emptas ad et supra dictam civitatem Antverpiensem, ad opus et utilitatem eiusdem collegij convertendas in eum usum quem dictus magister Michael, provisor, et ipse fundator iudicabunt maxime convenientem, nihil iuris vel actionis sibi iisdem reservando: Autres libéralités en faveur du même collège.

Imprimis annuum et vitalem redditum quinquaginta duorum florenorum Rhen. sive Caroli, cedentem singulis annis mediatim 13ª Augusti et 13ª Februarij, per dictum dominum et magistrum Victorem fundatorem emptum supra dictam civitatem Antverpiensem, uti constat per literas dicte civitatis desuper expeditas sub anno a nativitate Domini XV^c^LXIJ, die decima tertia Februarij, signatas et subscriptas per dominum de Moy, dicte civitatis secretarium, et rubro sigillo eiusdem civitatis sigillatas.

Item, adhuc unum redditum annuum et vitalem viginti consimilium florenorum supra eamdem civitatem Antverpiensem similiter emptum, cedentem annuatim pro una

media parte duodecima Januarij et altera media parte duodecima Julij, uti patet per literas dicte civitatis Antverpiensis desuper existentes, in data 12a Julij anno XVc sexagesimo, per grapheum secretarium signatas et subscriptas, ac rubro sigillo predicte civitatis sigillatas.

Item, alium redditum vitalem viginti unius florenorum Rhen. sive Caroli, per eumdem dominum fundatorem supra eamdem civitatem Antverpiensem emptum, cedentem singulis annis, vita dicti domini transportantis durante, mediatim duodecima Januarij et duodecima Julij, iuxta tenorem literarum dicte civitatis desuper existentium, de data duodecima Julij anno Domini XVc sexagesimo primo, per dictum grapheum secretarium signatarum et sigillo eiusdem civitatis Antverpiensis munitarum et signatarum.

Item, adhuc unum annuum et vitalem redditum 84 consimilium florenorum Rhen. sive Caroli, per eundem dominum et magistrum Victorem de Slingere emptum et acquisitum supra dictam civitatem Antverpiensem, cedentem annis singulis, durante vita dicti domini transportantis, mediatim 7a Aprilis et 7a Octobris, uti constare licet ex literis dicte civitatis de super existentibus et sigillo dicte civitatis munitis et per dictum de Moy, secretarium, signatis et subscriptis in data septima 8bris anni 1567.

Et ulterius in premissorum maiorem corroborationem, dictus D. et M. Victor, modo et forma quibus potuit et debuit melioribus, fecit, constituit, creavit, nominavit et solemniter ordinavit suos veros et legitimos procuratores, actores et factores, negotiorumque suorum infrascriptorum gestores ac nuntios speciales et generales ac irrevocabiles, videlicet providos viros magistros Fredericum van den Broecke, U. J. Bacchalaureum, Rudolphum Martini de Nesterhoeven, Wilhelmum Vos, Michaelem van der Heyden et Cornelium Testaert, absentes tamquam presentes, et eorum quemlibet in solidum, ad ipsius domini constituentis nomine, et pro eo coram scabinis Lovaniensibus seu Antverpiensibus vel alibi, ubi opus fuerit, comparendum ac

ibidem dictam donationem seu transportum debite renovandum ac reiterandum, adhibitis solemnitatibus in talibus adhiberi solitis et consuetis, cum potestate unum vel plures procuratures substituendi, clausulis ratihabitionis et relevationis.

De et super quibus omnibus et singulis premissis, dictus D. Victor sibi et dicto D. provisori, a me notario publico subscripto, unum vel plura publicum seu publica petiit confici instrumentum vel instrumenta.

Acta sunt hec Lovanij, Mechliniensis diocesis, in collegio Pontificis, in cubiculo dicti D. et M. Michaelis de Bay eiusdem collegij presidis, sub anno, indictione, mense, die et pontificatu subscriptis, presentibus honorandis et honestis viris magistris Auberto Merlio, Luxiniensi, et Roberto Ilias, Thenensi, clericis Cameracensis et Mechliniensis respective diocesium et artium magistris, testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Et infra habebatur, et me Joanne de Namel publico curieque conservatorialis alme universitatis Lovaniensis iuxta ordinationem regiam approbato et iurato notario, et infra erat scriptum: facta collatione cum originali inventa est hec copia de verbo ad verbum concordare, quod attestor et erat subsignatum Ar. Tordoir notarius.

Collatione facta cum copia authentica,
presens copia concordat, quod test.
Ar. a Rivo not. Apl. et publ.

Suscription: Fundatio D. Victoris de Slingere pro 2 Bursis in collegio Bay.

Arch. de l'Etat à Bruges. — Arch. Eccl. liasse n° 145.

XX.

Fondation des choraux licenciés (1).

1577. Computus fundationum venerabilum DD. et magistrorum Jacobi Regis, Joannis Stratij ac Francisci Dommessent, dum viverent canonicorum huius ecclesiae, ad opus choralium in voce deficientium, et ab ecclesia nostra discedentium, per libras, solidos, et denarios grossorum pro anno XVcLXXVII cesso nativitatis S. Joannis LXXVIII.

But de la fondation. Est autem haec fundatio a praedictis dominis instituta pro choralibus ex defectu vocis aut alias illius mutatione ut, cum per DD. de capitulo ab eorum servitio licentiati fuerint, possint et debeant vel apud rectorem scholarum ecclesiae nostrae, si bonae spei sint et idonei ad literas inveniantur, vel apud artificem si rudiori ingenio fuerint, collocari, pro discretione dominorum, iuxta vires officij et facultatis ipsius fundationis, prout latius in ea continetur.

Jacques de Coninck, premier fondateur. Imprimis D. et M. Jacobus Regis, qui primus auctor et institutor fuit huius fundationis (2), ad eiusdem intertentionem contulit, donavit et transportavit unum perpetuum redditum annuum septem librarum gr. monetae Flandriae, redimibilem denº xxº, super civitate Gandensi per ipsum emptum, cedentem annis singulis duobus in terminis, videlicet VIII Martij et Septembris, unde receptum a thesaurario Gandensi pro terminis cessis VIIIa Septembris XVcLXXVII et VIIIa Martij subsequuti VII ℔. gross.

Item ab Adriano de Villegas, possessore quinque domo-

(1) Par choraux *licenciés* il faut entendre les enfants qu'un défaut de voix rendait inhabiles au chant et impropres, dès lors, au service du chœur.

(2) Jacques de Coninck présenta son projet de fondation aux chanoines le 22 Septembre 1550. — Le 24 du même mois, le chapitre l'accepta.

rum cum horto vicinarum domui abbatis Furnensis, *inde Carmerstrate* Brugis, ratione redditus perpetui de tribus libris gross. annui, redimibilis den° XVIII°, empti ex pecunia quae obvenit ex redemptione alterius similis redditus per praedictum Regis donati, pro duobus terminis cessis XXI[a] Martij et Septembris XV[c]LXXIII recept. III ℔. gr.

Item ad causam annui redditus de XXX sol. gross. ex pecunia per M. Joannem vander Straete legata (1) super quatuor membris Flandriae ad usum deficientium choralium empti, ut latius patet in computis huius fundationis anni LIV tunc temporis redimibilis den° XII°, nunc vero den° XVI°, ut latius in computis anni LXI apparet, cedentis singulis annis duobus in terminis videlicet XVI[a] Junij et Decembris, sic pro duobus terminis cessis XVI[a] Junij et Decembris XV[c]LXXVII a Joanne de Bruyne commissario Francotarum recept. XXX s. gr. Legs de Jean vander Straete.

Item D. ac M. Franciscus Dommessent legavit predictis choralibus voce deficientibus unum annuum redditum de X sol. gross. hypothecatum super duabus domibus et horto in vico dicto *de Vlamincdam*, ad viduam Joannis Acket spectantibus, redimibilem den° XVIII°, cedentem X[a] Maij et Novembris, ex quo pro duobus terminis X[a] Maij et Novembris XV[c]LXXVII recept. X sol. gr. Legs de François Dommessent.

Item ad utilitatem dictorum destitutorum choralium D. Judocus Lambrecht, etiam ecclesiae nostrae canonicus, transportum fecit duorum redditunm singulorum de X sol. gr. annuis, den° XVIII°, unius super domo in fine plateae dictae *de Gansestrate* iuxta moenia, cedentis XII[a] Maij et Novembris, alterius super domo angulari dicta *het Peerdeken indè Bouveriestrate*, cedentis XIII[a] Augusti et Februarij. Quia reservavit sibi usufructum vita sua comite, hic adhuc nihil. Don de Josse Lambrecht.

---

(1) Jean vander Straete, chanoine de la 2e prébende, mourut en 1552.

(2) François Dommessent, possesseur de la 13e prébende, mourut le 5 Février 1556.

Legs de Jean Brants. Item ad utilitatem eorumdem destitutorum choralium transportarunt D. et M. Jacobus a Pamele et Remigius Driutius canonici ac Joannes Wyts, tanquam executores testamenti piae memoriae D. et M. Joannis Brants, canonici, redditum annuum xx sol. gr., denº xviº, super xxvi mens. i lin. xi r. terrarum in Lisseweghe, cedentis annis singulis 24 Aprilis et Octobris, cujus primus annus cedet Octobris XVᶜLXXVIII, sic pro hoc anno adhuc nihil.

XXI.

Lettres apostoliques autorisant l'union d'une des vingt-sept grandes prébendes à la fabrique de Saint-Donatien, en faveur des choraux.

5 Janvier 1576. Gregorius (1) episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ecclesiarum omnium, praesertim cathedralium, prosperum statum et decorem sinceris desiderantes affectibus et fidelium vota ad exauditionis gratiam libenter admittimus, per quae continue in eis divinus cultus et ministrorum numerus augmentum suscipiant, et in his nostri pastoralis officij partes favorabiliter impartimur, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum decani et capituli ecclesiae Brugensis petitio (2) con-

---

(1) Grégoire XIII.

(2) Avant d'envoyer leur supplique à Rome, les chanoines avaient exposé à l'évêque les raisons pour lesquelles ils désiraient l'union d'une prébende à la fabrique. Remi Drieux donna son consentement, en y ajoutant la condition suivante : « *Salvo quod nulli imposterum chorales recipientur sine scitu episcopi pro tempore existentis, qui*

tinebat, quod civitas Brugensis in comitatu Flandrie sita, tum sui amplitudine et antiquitate, tum etiam egregiorum ac nobilium catholicorum civium multitudine semper referta fuit, adeo quod his et praeteritis annis, ingravescentibus necdum omnibus cessantibus in partibus illis haereticorum seditionibus, se omnesque suas ecclesias adversus insurgentes contrariarum orthodoxae fidei opinionum auctores, non sine maximis expensis incontaminatas et illaesas praeservavit, ac illius ecclesia inter alias partium illarum dudum per sedem apostolicam erectas cathedrales ecclesias admodum insignis existit populique concursu frequentatur, ac in ea divina officia tam nocturna quam diurna debito ordine ac magna cum devotione et ornamentorum splendore, congruis horis in dies celebrantur, ac suadente temporum iniuria, ob varia Reipublicae dictae civitatis pro sua adversus Hughenotos defensione necessaria praestanda subsidia, et denique maximam omnium rerum penuriam, omnia ipsius ecclesiae officia nunc tam gravi aere alieno oppressa, ac illorum et praesertim fabricae eiusdem ecclesiae fructus redditus et proventus, ex quibus nonnulla stipendia pueris choralibus et aliis personis altari maiori ipsius ecclesiae in officiis minorum ordinum deservientibus persolvi debent, adeo diminuti et extenuati sunt, quod stipendiis huiusmodi persolvendis et aliis fabricae, aliisque officiis huiusmodi eis incumbentibus oneribus perferendis nequaquam sufficere, nec decanus

Triste situation financière de la cathédrale.

---

ad consultandum et deliberandum cum decano et capitulo super receptione et dimissione eorumdem specialiter ac nominatim intimabitur et rogabitur, quodque computus choralium et fabricae non nisi episcopo legitime certiorato, et ad eum, vel ejus ex capitulo substituto praesente, recipiatur, reddatur vel concludatur, atque fructus praebendae incorporatae in computu choralium sub uno capitulo inter recepta singulis annis integre sine diminutione ponatur et redigatur. »

Le 23 Décembre 1574, le chapitre admit les réserves faites par l'évêque.

et capitulum, huiusmodi propter tenuitatem fructuum, dictae ecclesiae cultui divino et eorumdem puerorum numero alendo, qui in eadem ecclesia haberi consuevit, satisfacere valeant, in divini cultus diminutionem et tam catholicorum civium scandalum non modicum.

Moyen d'y apporter remède.

Et sicut eadem petitio subiungebat, si unus et una ex viginti septem canonicatibus et praebendis maioribus nuncupatis dictae ecclesiae unus et una canonicatus et praebenda, qui iuxta literas erectionis eiusdem ecclesiae in cathedralem, minime affecti, nec mensae episcopali aut decanatui eiusdem ecclesiae annexi sunt, quos primo per cessum vel decessum, seu quamvis aliam dimissionem vel amissionem alicuius ex ipsius ecclesiae canonicis maioribus nuncupatis, quomodolibet etiam apud sedem apostolicam ac in mensibus nobis et dictae sedi reservatis, vacare contigerit, exnunc prout extunc et econtra eidem fabricae, adhoc ut ex eius fructibus redditibus et proventibus pueri chorales divinis ibi deservientes, iuxta ipsius ecclesiae laudabilem consuetudinem, manuteneantur, aliaque onera eidem fabricae incumbentia perferantur, perpetuo unirentur, annecterentur et incorporarentur, ex hoc ipsius ecclesiae venustati ac ministrorum suorum et divini cultus manutentioni opportune consuleretur.

Quare pro parte eorumdem decani et capituli asserentium fructus, redditus et proventus singulorum canonicatuum et praebendarum maiorum nuncupatorum huiusmodi vigintiquatuor, illosque ac distributiones quotidianas, ducentorum ducatorum auri de camera, secundum communem aestimationem, valorem annuum non excedere, seque hac de causa perplexos saepius cum venerabili fratre nostro Remigio, episcopo Brugensi, habito super hoc consilio, nullum aliud remedium ei rei accommodatum reperiisse, quod ut infrascripta unio suum consequeretur effectum, nobis fuit humiliter supplicatum quatenus primo vacaturos canonicatum et prebendam huiusmodi eidem fabricae per-

petuo unire, annectere et incorporare, ac alias in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem, secundum aestimationem praedictam, etiam beneficij cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset, decanum praedictum ac singulares personas capituli huiusmodi a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes. Necnon dictae fabricae fructuum, reddituum et proventuum verum annuum et valorem praesentibus pro expresso habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, unum et unam ex canonicatibus et praebendis maioribus nuncupatis praedictis, quos primo per cessum vel decessum aut quamvis aliam dimissionem vel amissionem alicuius ex ipsius ecclesiae canonicis maioribus nuncupatis, aut alias quovismodo etiam apud dictam sedem, etiam in aliquo ex mensibus in quibus beneficiorum ecclesiasticorum dispositio nobis per nostras constitutiones aut cancellariae apostolicae regulas desuper editas reservata existit, aut ordinariis collatoribus per easdem constitutiones seu literas alternativarum vel alia privilegia et indulta concessis hactenus et imposterum concedendis vacare contigerit, etiam si illi dispositioni apostolicae specialiter vel alias generaliter reservati, seu ex aliqua generali reservatione affecti existant, et super eis inter aliquos lis, cuius statum praesentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, cum annexis huiusmodi ac plenitudine iuris canonici necnon omnibus iuribus et pertinentiis suis exnunc prout extunc et econtra cum primum vacaverint, ut prefertur, praedictae fabricae dictae ecclesiae adhoc ut ex eorumdem canonicatus et pre-

Le pape accorde l'union d'une prébende à la fabrique.

benda fructibus redditibus et proventibus praedictis pueri chorales iuxta dictae ecclesiae consuetudinem in eadem manuteneantur aliaque eorum nomine onera eidem fabricae incumbentia perferantur, apostolica auctoritate tenore praesentium unimus, annectimus, et incorporamus.

Ita quod liceat decano et capitulo praedictis per se vel alium seu alios corporalem canonicatus et praebendae ac annexorum iuriumque et pertinentiarum praedictorum possessionem, postquam illorum vacatio advenerit, ut praefertur, et non antea, propria auctoritate libere apprehendere et retinere, illorumque fructus redditus et proventus in modernorum et pro tempore existentium ac per ipsos decanum et capitulum assumendorum puerorum choralium huiusmodi stipendium et sustentationem, ac ornamentorum vel alios eiusdem fabricae usus et utilitatem convertere. Decernentes canonicatum et prebendam exnunc prout extunc et econtra eidem fabricae unitos annexos et incorporatos esse et censeri, necnon plenum ius eidem fabricae in eisdem canonicatu et praebenda acquisitum esse, ac quascunque collationes provisiones et alias dispositiones de eisdem canonicatu et praebenda primo vacaturis etiam per nos seu alios Romanos Pontifices successores nostros pro tempore existentes ex quavis causa etiam motu proprio aut alias quomodolibet etiam cum quibusvis clausulis et decretis in alterius quam fabricae huiusmodi favorem faciendas, nullas et invalidas ac nullius roboris vel momenti esse, nullumque per eas cuique ius vel coloratum titulum possidendi aut alias acquiri posse.

Necnon unionem, annexionem et incorporationem praedictas et praesentes literas sub quibuscumque suspensionibus et derogationibus et per nos et sedem eandem ac consistorialiter et alias quomodolibet factis et faciendis, ac cancellariae apostolicae regulis sive constitutionibus editis et edendis minime comprehensas, sed semper ab illis exceptas, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum restitutas et de novo concessas esse et censeri, nec

easdem praesentes literas de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis nostrae defectu ex quavis causa notari vel impugnari posse, causamque seu causas propter quas illae emanarunt coram quibusvis et ab eadem sede delegatis verificari non debere. Non obstantibus voluntate nostra predicta ac Lateranensis concilae novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a iure permissis fieri prohibentis. Necnon felicis recordationis Bonifacij Pape octavi praedecessoris nostri et aliis apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, necnon dictae ecclesiae iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque indultis et literis apostolicis ac dilectis filiis Rectori et universitati studij generalis oppidi Lovaniensis super facultate nominandi graduatos et alias ipsius universitatis personas, ad beneficia in partibus illis pro tempore vacantia, etiam per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros et per nos ac sedem eandem sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque clausulis et decretis etiam motu proprio et ex certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis et innovatis quas et quae illorumque omnium effectum suspendere et in dictis canonicatu et praebenda locum sibi vendicare non posse nec debere decernimus, ac illis omnibus etiam singulis et si de eis specialis specifica expressa et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma adhoc servenda foret illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque.

Aut si aliqui apostolica praedicta vel alia quavis auctoritate in dicta ecclesia in canonicos sint recepti vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi facien-

dis de canonicatibus et praebendis dictae ecclesiae speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictae sedis vel legatorum eius literas impetrariut, etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem literas et processus habitos per easdem ac inde sequuta quaecumque ad eosdem canonicatum et praebendam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatuum et praebendarum seu beneficiorum aliorum preiudicium generari, et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis et literis apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant per quae praesentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in eisdem literis mentio specialis. Volumus autem quod propter unionem, annexionem et incorporationem praedictas, canonicatus et praebenda huiusmodi debitis non fraudentur obsequiis, sed eorum congrue supportentur onera consueta. Et insuper exnunc irritum et inane decernimus si secus super his a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, unionis, annexionis, incorporationis decretorum derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Dominicae incarnationis millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, non. Januarij, Pontificatus nostri anno quarto.

Et infrascriptum super plicam J. Zianus.

Arch. de l'Evêché de Bruges. — Série *chartes*, n° 467.

XXII.

Le chanoine Barradot, agissant au nom de la fabrique, prend possession de la 7e prébende, en vertu des lettres apostoliques qui précèdent.

Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, mensis Januarii die vigesima nona, coram venerabilibus dominis decano et capitulo ecclesiae sancti Donatiani Brugensis, personaliter constitutus venerabilis dominus et magister Antonius Robyn, eiusdem ecclesiae canonicus, exhibuit certas literas apostolicas a sanctissimo domino nostro domino Gregorio papa decimo tertio emanatas unionis et incorporationis canonicatus et praebendae primum ex tempore datae earumdem literarum apostolicarum vacaturae concessas et expeditas officio fabricae dictae ecclesiae, ad choralium sustentationem, ac ornamentorum et aliorum eiusdem fabricae onerum supportationem, unacum attestatione J. de la Torre, secretarii regii concilii status, de placeto regio desuper concesso, ob sigillum non confectum sed brevi conficiendum, necdum sigillato. Quibus literis per praefatos dominos de capitulo receptis visisque et auditis, dominus et magister Alexander Barradot, dictae ecclesiae canonicus, ibi tunc praesens, ac tanquam procurator seu receptor legitimus eoque nomine praetacti officii fabricae, iisdem dominis decano et capitulo declaravit se canonicatum et praebendam nuper vacantes per obitum quondam Johannis Brants, in vim earum literarum apostolicarum et illarum vigore, ad officium fabricae et opus ac utilitatem in iisdem literis expressa, in Dei nomine, acceptasse et acceptare; ideoque petiit et debita cum instantia requisivit, earumdem literarum vigore in et ad

29 Janvier 1578.

dictorum canonicatus et praebendae, juriumque et pertinentium universorum eorumdem corporalem, realem et actualem possessionem, tanquam procurator et receptor praedicti officii fabricae ac eo nomine, poni et induci, ac ad praebendam huiusmodi admitti, et aliter fieri iuxta dictarum literarum apostolicarum continentiam et tenorem. Unde iidem domini mei de capitulo, desuper praehabita deliberatione, eumdem dominum ac magistrum Alexandrum Barradot, nomine quo supra procuratorem seu receptorem, ad supradictos canonicatum et praebendam admiserunt, ipsumque in illorum petitam possessionem corporalem, realem et actualem, per venerabilem virum dominum ac magistrum Jacobum Kervyn, canonicum et cantorem, ad hoc capitulariter commissum et deputatum, poni et induci iusserunt et mandarunt, prout eum in huiusmodi idem dominus cantor in medio chori dictae ecclesiae posuit et induxit, adhibitis caeteris solemnitatibus ac caeremoniis debitis et consuetis, deinde supradictus officii fabricae receptor, etc. ad capitulum reversus, aperto per eum evangeliario: legit Evangelium secundum Lucam, *in illo tempore ibat Jesus per civitates et castella docens, et iter faciens in Jerusalem* etc., et praestitit iuramentum iuxta literas apostolicas requisitum, de obsequiis et oneribus dictorum canonicatus et praebendae consuetis supportandis.

Acta fuerunt haec tum in capitulo, tum in choro respective praesentibus in choro discretis viris dominis Joanne Trympont, pastore laïcorum, Cornelio Baecle, Stephano Davila, Petro Bernardo et Henrico Meese, notario publico, de gremio chori eiusdem ecclesiae capellanis, necnon multis aliis capellanis et vicariis summae missae insistentibus testibus ad praemissa vocatis specialiter atque rogatis. Et me Andrea Bottyn, notario ac scriba iurato praelibatorum dominorum de capitulo, tam in capitulo quam in choro, praesente.

And. Bottyn, notar.

Arch. de l'Évêché de Bruges. — Liasse: *choraux*.

XXIII.

Lettre de J. P. van Male (1) au chanoine Baudouin Siboons. — Dispute publique de Guillaume Taelboom, professeur de théologie, avec les calvinistes.

A

Rdo admodum amplissimoque viro domino, domino Balduino Siboons S. theol. licentiato, canonico cathedralis Brugensis graduato, decano suo et patrono.

J. P. van Male presb.

Revolventi mihi, vir amplissime ac honorande decane, quis et qualis reipublicae Brugensis status tunc temporis erat, quo nova dogmatum monstra passim invaluere, magna subinde admiratio subiit, qua ratione tot eruditi istius saeculi homines tam facile sese induci siverint, ut, repudiatis genuinis Scripturae sensis, et patrum, pontificum, conciliorumque authoritatibus neglectis, ea, hactenus incognita, commenta amplecterentur.

---

(1) Cette lettre écrite en 1726, et dont on nous a communiqué l'autographe, est inédite ; nous la publions, parce qu'elle a pour objet le document B de Guillaume Taelboom. — Sur P. J. van Male, voyez Goethals, *Lectures relatives à l'histoire des sciences, des arts, des lettres, des mœurs et de la politique en Belgique*, Bruxelles 1838, tom. IV, p. 262. — *Geschiedenis van Vlaenderen, van het jaer 1566, tot de vrede van Munster, door J. P. van Male, pastor van Vladsloo, uitgegeven door* F. van de Putte, Brugge 1843, p. IX. Levensschets van Joannes-Petrus van Male.

Causes des progrès de l'hérésie au 16e siècle.

Verum enim vero, si infelicis istius saeculi licentiam, principum christianorum discordia natam et educatam, respiciamus, fateamur necesse est, tartareum illum humani generis hostem, non aptius tempus invenire potuisse quam illud, ad sua seminanda zizania, uberrime proventura. Imprimis enim immortalia principum odia, bella exitialia generaverunt; bella autem, alia quaevis scelera; et illa rursum, omnis disciplinae solutionem, ex qua tum divinarum tum humanarum legum contemptus, atque ita quidlibet audendi tam in sacris quam in civilibus cuilibet concessa facultas. Verum quidem est Belgium nostrum inter Germanos Lutheri, Gallosque Calvini sectantes errores aliquamdiu incorruptum stetisse. Sed tandem, ut uva facillime corrupta livorem ducit ab uva, sic etiam haereseos mania afflatum infectumque fuit. Succubuitque legum authoritas, et doctorum nostrorum hominum, (inter quos Guillelmus ille Taelboom, cujus teximus vitam, non infimus erat), eruditio invalescenti insaniae cedere debuit.

His praemissis viri optimi doctissimique vitam exordior.

Biographie de Guillaume Taelboom

Natus est Guillelmus Taelboom honesta admodum familia, Brugis, saeculi decimi sexti anno quadragesimo, eo praecise anno quo obiit magnus ille civium suorum eruditorum Mecœnas, Joannes de Witte, primus Cubensis episcopus, affinis ejus. Post humaniora Brugis, et philosophica laudabiliter decursa Lovanii, ibidem sacris litteris animum ita adjecit, ut tandem licentiae gradum adeptus, scientia non minus quam moribus commendabilis ecclesiis divae Annae et sancte Crucis, (quae tunc temporis unum tantum pastorem habebant), Brugis praeficeretur.

curé et professeur de théologie.

Exinde optimi pastoris atque eruditissimi theologi nomine notus, post famosum illum declamatorem Cornelium Adriani (1), theologiam publice in hallis a magistratu nostro Bru-

---

(1) Corneille Adriaensz. de Dordrecht, entré plus tard au couvent des Frères-Mineurs, *grauw broeders*, à Bruges, et connu sous le nom

gensi praelegere jussus est. Et certe eruditionis suae atque exercendi ingenii uberrimus campus erat. Nam aliqui (alias haud illiterati), Erasmi et Georgii nostri Cassandri (qui circa idem tempus Brugis praelegerat) (1) dubiis vestigiis inhaerentes, nodumque, ut dicitur, in scirpo quaerentes, et res in Ecclesia Romano-Catholica receptissimas sugillantes, nescio contra quos abusus detonare incipiebant. Hos contra

---

de *Broer Cornelis, Frater Cornelius Dordracenus*, fut le deuxième professeur de la chaire publique de *théologie* *, fondée par l'évêque de Cuba.

« XXIX Maii 1546. Magister Cornelius Dordracenus baccalarius theologiæ, fuit admissus in locum Francisci [Jonerius] Hispani, ad legendum in sacra scriptura, iuxta fundationem reverendi patris episcopi Cubensis, cum praerogativis et emolumentis eius antecessoris et immunitate XII doliorum birae et unius dolii vini. »

(Arch. de la ville de Bruges. — *Secrete resolutie bouck*, 1541-1552, fol. 41 v°.)

(1) Georges Cassander, de Pitthem, fut le premier professeur *in bonis literis*. *

« Achsten dach van Februario XV^c^XLII (v. s.)

Mr Jan Claisseune ende Mr Cornelis Barsdorp, executeurs van den testamente van wylent Reverend vader in Gode den biscop van Cuba, comparerende voor tcollegie van scepenen ter camere, vertooghden dat Mr Jooris Cassander, die ghelesen hadde de lesse gheinstitueert by den voornoemden Cuba, was van adviese te vertrecken naer Italien, ende hadden zylieden heurlieden debvoiren ghedaen omme eenen gheleerden man te vindene die succederen zoude in de plaetse van den voorseiden Mr Jooris, die hemlieden daertoe gherecommandeert es gheweest by den voorseiden Mr Jooris, te wetene Mr Jacob van Meessen, den welcken zy presenteerden ende denommeerden, verzouckende dat dan ghelieven zoude hem daertoe te accepteren, en hem tofficie van de lecture te confererene metten proffyten ende emolumenten zulcke als hadde de voorseide Mr Jooris; twelcke ghehoort, was by den voornoemden collegie, den voorseiden Mr Jacob van Meesen [Cruquius] in den persoon van de voornoemde executeurs, tselve over hem accepterende, gheconfereert tvoorseide officie ende lesse metten voorseide emolumenten. »

(Arch. de la ville de Bruges. — *Secrete resolutie bouck*, 1541-1552, fol. 141.)

* Voir p. LIV, B.

stentora voce Cornelius Adriani, at multo modestius solidiusque noster Guillelmus tunc decertabat. Nuda haec erat et prima illius velitatio contra larvatos hostes, quales fictis nominibus Stephanus Lindius (1), et Leo Empacius, hic Aldenburgi, ille divi Jacobi in urbe curatus, erant.

Sed ubi Gandenses anno 1577, infausto consilio religionis et reipublicae formam immutaverunt, captisque pastoribus, lupos in gregem Domini immiserunt, foeda novaturientium illuvies per agros urbesque invaluit nullisque aut Ecclesiae aut regiae authoritatis repagulis coercita, uno quasi et universali cataclysmo sacra omnia ac profana susdeque vertebat. Bruga interim, cui contemporanei scriptores omnes id laudis tribuunt, diutissime novaturientes exclusit. Cessit tamen etiam, licet tarde, paucorum proditione Gandensium ducibus patefacta, atque ita pseudoapostolos omnino invita in sinum admittere coacta fuit. Illorum autem omnium Joannes quidam Capito, gente Helvetus (2), professione cal-

---

(1) Stephanus Lindius était très-probablement le pseudonyme de Jean Castelius ou van de Casteele, curé de Saint-Jacques à Bruges, qui adressa au Frère Corneille Adriaensz. deux lettres, l'une « de Magistratu » l'autre « de Missa. » — Ces lettres, sous le titre de « Stephani Lindii epistola de Magistratu et Missa, » sont déjà mentionnées dans l'*Appendix ad catalogum librorum prohibitorum secundae classis*, de l'*Index librorum prohibitorum etc. cum appendice in Belgio, ex mandato regiae catholicae Maiestatis confecta.* Antverpiae, C. Plantinus 1570. p. 77. Le titre de ces lettres se retrouve dans l'*Index librorum prohibitorum sanctissimi Domini nostri Pii IX Pont. Max. iussu editus.* Romae 1876, p. 191, sous cette forme « Lindius Steph. Epistolae monitoriae, in quibus curam religionis ad magistratum pertinere, et qua ratione missa in veteri ecclesia celebrata fuerit, ostenditur. *App. Ind. Trid.* » — Voir Foppens, *Bibliotheca Belgica*, t. II, p. 607.

(2) « Actum den X October 1579. — Item was gheconsenteert Jhoannes Capito te prediken in de kercke van de ghereformeerde religie. — De selve Capito gheboren van Nederwezele, in tlant van Cleven. »

(Arch. de la ville de Bruges. — *Secrete resolutie bouck*, 1575-1584, fol. 246 v°.)

vinianus, princeps et caput erat, homo, ut ex impari ejus cum Guillelmo nostro congressu patuit, majoris impudentiae quam eruditionis, qui ubi a novaturiente magistratu sibi vires animosque subdi sensit, nihil non egit, ut orthodoxos pastores urbe fugaret, et desolatas oves dilaceraret.

Dolos, calumnias, et ficta crimina clero objecta, et violentiam qua catholici doctores et presbyteri exagitati fuere, et vim illatam fidelium gregi, non hujus loci est commemorare, quum singulari libro (1) ea omnia luculenter descripserim. Unum tamen hic reticere non possum, videlicet, Guillelmum nostrum postquam omnia doctoris, omnia pastoris optimi munia obiisset, urbe exactum esse, et in exilium missum, una cum clero universo, quem tunc temporis maxime illustrabant Remigius ille Driutius dignissimus Brugarum antistes, Gandavi cum Martino Rythovio (2) Iprarum praesule detentus; Jacobus Pamelius (3) et Jacobus Veldius (4), item Franciscus Lucas, viri eruditione et pietate conspicui, quorum virtutem quaquaversum spargentem radios, tenebriones et lucifugae haeretici supportare non poterant. Oderat vero Joannes Capito, tenebrarum illarum rector, Guillelmum nostrum, a quo publico in congressu inscitiae convictus erat, odio plusquam Vatiniano, nec quiescere poterat priusquam suum illum antagonistam urbe pulsum videret.

Exil.

Taelbomius itaque, cui victoriae merces indigna exilium erat, Audomaropolim commune tunc temporis Brugensis cleri azylum secessit, ibidemque, qua voce qua scripto

Séjour à Saint-Omer.

---

(1) *Geschiedenis van Vlaenderen, van het jaer* 1566, *tot de vrede van Munster.*

(2) Voir Iweins, *Esquisse historique et biographique sur Rythovius, premier évêque d'Ypres*, Bruges 1859, p. 45 sqq.

(3) Cfr. plus haut, p. CIX, note 1.

(4) Jacques van de Velde, prieur des Augustins. — Voyez Keelhoff, *Histoire de l'ancien couvent des Ermites de Saint-Augustin à Bruges*, pp. 220-225; Foppens, *Bibl. Belg.*, t. I. p. 542.

orthodoxos consolatus haereticosque redarguens, tandem pro meritis archidiaconatus dignitatem obtinuit: atque ita Audomaropoli perpetuam sedem fixit.

Jam haeresis et violenta rebellio per annos paulo plus septem tyrannidem Brugis exercuerant, quum tandem cives nostri ad debitam Deo regique obedientiam rediere, et, reddita pace, pastores legitimos receperunt. Venit itaque Brugas Remigius ille Driutius praesul dignissimus, collapsa restaurat, purgat infecta, et nutantia ecclesiae suae membra tum verbo tum opere confirmat. Haec ubi Guillelmus rescivit, in Domino exultans, reverendissimo Patri suo gratulabundus optatum diu reditum, has quas nunc amplitudini tuae mittimus theses, et apologeticam pro orthodoxa religione orationem (1), inscripsit.

Quae quidem opuscula pro parte, ut ipsemet fatetur, extemporanea, profundam viri eruditionem abunde testantur, neque minus solida sunt, quam ea quae Thomas Stapletonius et Bellarminus simili argumento, sed fusius, tractavere. Quam autem valeant ad solemnes nos inter et heterodoxos controversias de traditione decidendas, judicium penes eruditiores me sit, quum ingenue confiteri debeam ac velim, me ad omnigenam sacrarum litterarum congestionem obstupuisse.

Mort. Caeterum civis ille noster omni laude dignissimus, postquam per aliquot annos Audomaropoli, archidiaconi primarii munere functus erat, et non tam annis oneratus, quam meritis honoratus laudabilis vitae finem fecerat, ibidem obiit, sexagesimo octavo aetatis anno, atque, ut puto, sepultus fuit: nam illud quod sequitur et in ecclesia Guillelmitarum Brugis legitur elogium non sepulchri inscriptio sed defuncti mnemosynon videtur esse; est autem tale:

---

(1) Nous donnons, à la page CLXXXIV, le titre complet de l'*Apologetica* de Taelboom, parce que ce livre est d'une rareté excessive. Deux exemplaires seulement nous sont connus; l'un se trouve à la bibliothèque de l'université de Leide, l'autre au British Museum de Londres.

CLXXXIII

Datori vitae, mortis victori.
GUILLELMUS TAELBOOM BRUGENSIS S. THEOL. L.
atque in urbe patria professor publicus.
Simul in aede curiali D. Annae et S. Crucis flamen vigilantissim.
deinde canonicus, archidiaconus primarius audomarensis
dum munere suo hic et illic defungitur, ac hostibus religionis
fortissime resistit, excessit annos natus sexaginta octo
ut coelo fruatur, XI calendas octobris 1608.
Patruo haeredes, avunculoque charissimo
pietatis ac memoriae ergo.
H. M. P. C.
hospes jacenti fausta precatus, diu vivas sospes
par posterorum cura mortuo.
Christianus Taelboom nepos J. C. peritissimus componi voluit
Calendas augusti 1618.
Andreas vander reviere curavit.

Hic manum de tabula tollerem nisi me eruditissimi viri non vulgaris in posteros liberalitas paululum remoraretur, illa enim suorum concivium amantissimus civis, honestarum familiarum indigentiae in longam annorum seriem prospiciens, annuum 44 librarum flandricarum censum reliquit, quibus, honestis virginibus sive ecclesiasticam in monasterio vitam, sive conjugalem statum amplectentibus dos augeretur, sive adolescentibus probis ad opificium aliquod addiscendum statumque item alterutrum amplectendum subveniretur: cujus quidem piissimi sui legati curatores perpetuos esse voluit decanum et capitulum S. Donatiani, orphanographum urbis, et proximum, si quis esset, e sua stirpe, prout latius videri potest tum e legitimis tabulis desuper confectis tum etiam e marmorea inscriptione quae juxta septemtrionales ecclesiae cathedralis valvas muro adhaeret. Elogium breve quod effigiei R[di] admodum eruditissimi ac amplissimi D. D. Guillelmi Taelboom subscripsi tale est: Fondation.

Tempore tam tristi fueris quod vir venerande
doctor et innocui ductor amorque gregis
constitit. haereseon quum noxia monstra fugabas
servabasque tuas optime pastor oves,
sic tua pervincens superansque incommoda virtus
omnia, prostrato major ab hoste redit. 1726.

CLXXXIV

B

APOLOGETICA

CATHOLICÆ RELIGIONIS

GVILIELMI TAELBOEMII PASTORIS

S. Annæ, et Sacrarum Literarum apud Brugenses professoris: quibus

continentur

Epistola ad Reuerendiss. D. Remigium Driutium Episcopum Brugensem, qua explicatur scripti occasio et argumentum:

ORATIO pro defensione Catholicæ Religionis publice Brugis habita, in præsentia Ministrorum sectæ Caluinisticæ, Anno 1580.

Disputatio de verbo Dei non scripto dictam orationem subsecuta, contra prædictos ministros, coram senatu et ciuibus Brugensibus.

***Esaiæ* 40.**

Verbum Domini manet in æternum.

1. *Petri* 1.

Hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vobis.

FVLGET CRVCIS



MYSTERIVM.

LOVANII, Apud Ioannem Masium, Typ. Iur.

ANNO M. D. LXXXVIII.

CENSURA.

—

Hæc oratio Brugis publice habita coram ministris Calvinisticis, una cum disputatione subsecuta fidem atque doctrinam orthodoxam solidissimis sacræ scripturæ, Conciliorum generalium, ac patrum testimoniis validissime stabiliunt, erroresque reijciunt, unde magna studiosorum utilitate typis excudentur.

Ita censeo frater Paulus van Coye ordinis frat. prædicatorum, Sacræ Theol. Professor, ac per inferiorem Germaniam dicti ordinis prior Provincialis.

Idem censeo et ego Mathias Lambrecht canonicus et archidiaconus Brugensis, qui orationem præfatam cum disputatione et epistola nuncupatoria diligenter perlegi. Actum Brugis 20 *Novembris,* 1586.

PRIVILEGII SUMMA.

Philippus Dei gratia Hispaniarum Rex, etc. Dux Brabantiæ, etc. concessit Ioanni Masio, Typographo iurato, imprimere et distrahere librum, cuius titulus est, *Apologetica Catholicæ Religionis Authore Guilielmo Taelboemio, Sacræ Theologiæ Professore,* etc. ut latius patet in originali Privilegio, dato Bruxellæ, Anno Domini 1588. Die 7 Martii.

Subsignato

Wijtfliet.

Reverendiss. Dom. Domino Remigio Driutio, Episcopo Brugensi,

Draco ille rufus ac serpens antiquus, R. D. nunquam desistit (ut est in Apocalypsi) a persequenda muliere amicta sole et lumine veritatis, sponsa videlicet Christi Ecclesia catholica. Verum, ut est callidus, hoc agit in omni persecutione ut capita atque Antistites primum invadat, quemadmodum ecclesiasticis historiis satis nobis proditum est. Scit enim astutus ille serpens oves amoto pastore facile dispergi, milites quoque duce suo destitutos statim vinci, corpusque totum collabi capite sublato. Quamobrem et in novissima illa persecutione quam in Belgio movit per filios suos, hæreticos pessimos Calvinistas, primum impetum fecit in Episcopos ac primores Ecclesiæ. Quod imprimis nos Brugenses magno nostro malo experti sumus, quando Ordinum Flandriae conventu Gandavi indicto V. Patern. hostes fidei proditorie captivam ceperunt, ut Pastore detento libere iam eis liceret in oves grassari. Quamobrem quis commode exprimat, quantis ab eo tempore malis et incommodis exposita fuerit Ecclesia ac Respublica Brugensis? Mox enim introducto in civitatem Brugensem Rihovio duce scelestorum, cum seditiosis quibusdam Gandensibus, parata est defectio a Regia Maiestate et catholica religione; Clerus milite gravatus et tantum non oppressus; conciones Calvinisticæ Pastoribus incassum se opponentibus habitæ; imagines e templis amotæ et destructæ; templa catholicorum clausa; religiosi monasteriis suis expulsi; clerici redditibus et bonis ecclesiasticis privati; magna pars cleri et bonorum civium proscripta; quotidie nova civitatis facies, quotidie novus luctus. Sed quia omnia commemorare longum foret, rogo R. V. P. ut dignetur brevibus accipere quomodo ad hanc orationem et disputationem contra ministros Calvinisticos habendas (quas V. P. nunc offero) fuerim impulsus. Cum

Persécution des Calvinistes contre les catholiques.

Histoire de la dispute publique de Taelboom avec les Protestants.

enim Brugis pastorem simul et sacrarum literarum professorem agerem (1), atque ministri Calvinistici occlusis catholicorum Ecclesiis ibi dominarentur; non potui non eorum invidiæ et odio esse expositus, ac imprimis Ioannis Capitonis cuiusdam; qui eorum omnium erat caput et uti ipse iactitabat novus Episcopus. Accidit igitur ut unam atque alteram cum ipso haberem concertationem, et oratione publica ieiunium et Quadragesimam contra ipsum defenderem. Cum autem hæc adversarii moleste ferrent, nec primo conatu a Senatoribus meum exilium possent impetrare; id effecere ut quidam Adrianus Lopius in officium professionis mihi substitueretur, me tamen nec vocato nec

---

(1) « Actum den 25 Novembre 1567.

Laat voorts de zelve scepenen ende Philips van Belle te vernemene an Broeder Pauwels van der Coye, meester ende prior van de Jacobynen, Mr Jacob van Pamele ende Silvester Pardo, Licentiaten ende andere, wie men zoude moghen tot eeren ende proufyte van de stede committeren totter lesse van de godtheyt, vernemende ooc namelick up de ydoneiteyt van Mr Willem fs Leonard Taelboom, priestere baccalaris in Theologie. »

« Actum den 4 Decembre 1567.

Up de requeste van Mr Willem fs Taelboom tcollegie ghepresenteert den vIen van Novembre 1567 omme ghepromoveert te zyne als lesere in theologie in de platse van Mr Antheunis [Gaespoel], overleden lesere. Ende ghehoort trapport van zyne leeringhe ende gheleertheyt *in literis grecis latinis et hebraicis*, ende zonderlinghe *in facultate theologiae* ende dat by Mr Franchois de Groote ende Philips van Belle presentatie ghedaen uut de mondt van Mr Pauwels, Doctor in Theologie, religieus van der ordene van Sint Dominicus, zo was den voorseiden Mr Willem by tcollegie ghepromoveert als lesere. Dus zal men de ordinaire gagen soldeeren ende gheven naer advenante van diere, alle de daghen dat hy leesen zal veruutstekende de zondaghen ende mesdaghen mitgaders de vacantien. Ende zullen hem te dien fyne loode penninghen ofte teeckenen ghegheven worden. Ende en zal uut de stede niet moghen gaen zonder consent, dies zal hem volghen het keerlaken van der stede.

(Arch. de la ville de Bruges. — *Secrete resolutie bouck*, 1565-1569, fol. 136 et 139.)

Adrien Lopius substitué à Taelboom dans la chaire de théologie.

audito. Quod cum quererer apud nonnullos, re nonnihil in Senatu ventilata, intellexi mihi adhuc integrum esse per magistratum solito meo munere fungi. Ceterum cum id viderem ob temporum iniquitatem non admodum fore diuturnum: ante omnia me operæ pretium facturum putavi, ad confirmationem Catholicorum, ut publica oratione ostenderem omnibus permanendum esse in catholica religione, quantumcunque tunc videretur laborare; meque nec posse nec velle aliam doctrinam profiteri quam hactenus professus essem. Itaque præsentem hanc orationem habui coram Ioanne illo Capitone et omnibus aliis ministris sectæ Calvinisticæ multisque viris gravibus in frequentissimo auditorio. Ea habita mox Capito et ministri communi cum suis capto consilio adeunt Senatum, queruntur me blasphemam et seditiosam orationem habuisse, nec diutius huiuscemodi hominem in civitate tolerandum. Itaque vocor ad Senatum, quo etiam cum iis qui se dicebant a consilio militari convenerant octodecim viri, capita videlicet et autores totius hæreticæ factionis ac furiosæ seditionis. In eo itaque conventu summa orationis exposita cogor ipsum autographum (cum enim subito fuerit componenda oratio nullum habebam exemplar) in manibus Senatus relinquere. Deinde ministri cum suis instant ut ea quæ oratione proposueram publica disputatione defenderem: professoris enim esse non modo docere, sed etiam quæ docuisset defendere, et secundum Petrum (I. Pet. C. 3) reddere rationem de ea quæ in ipso est spe; se etiam cupere ut una mecum adsumerem quoscunque possem doctos viros civitatis Brugensis. Ad hæc respondi me paratum esse facere quæcunque possent a Professore postulari: ac proinde ea quæ docuerim me propugnaturum vel oratione, ut iam sæpius feceram, vel scripto, aut etiam legitima disputatione, qualem semel atque iterum publice habueram exercitii gratia in scholis fratrum Dominicanorum, ad eam videlicet formam qua disputationes fiunt apud omnes Academias, etiam in quavis facultate: ita nimirum ut essem futurus Præses

Discours de Taelboom en présence des ministres réformés.

Taelboom dénoncé au magistrat.

disputationum, habito respondente, measque conclusiones prius confirmarem ; deinde siquid vellent postea obijcerent ordine et more scholæ, in loco auditorii consueto, et coram iis quibus adesse liberet ; nec enim aliud me posse facere, nec ipsos aliud debere a me postulare : porro quod ipsi dicerent de assumendis viris doctis, qui una mecum defenderent ea que docuissem, eos iniquum proponere : tum quod hac ratione viderentur velle concilium aliquod cogere et in dubium vocare ea quæ pro certissimis omnes habemus, et definita sunt in concilio Tridentino ; tum quod hoc modo derogaretur honori meo, quasi quæ solus docuissem solus non possem defendere : quocirca me non adsumpturum mecum nisi unicum respondentem, idque cum ea protestatione quod quicquid huius fieret, me non facere nisi exercitii causa, et honoris mei defendendi gratia. Cæterum cum ostenderem de oratione habita disputationem non posse institui quod in ea attingerentur omnia fere capita totius religionis : post multas et varias altercationes tandem conclusum fuit ut intra octiduum modo prædicto disputationem instituerem de traditionibus, seu de verbo Dei non scripto : quod nimirum illud videretur esse fundamentum orationis habitæ et caput totius controversiæ ; An aliquid videlicet admittendum et credendum esset quod non haberetur expresse in sacris literis. Interea autem cœpi exercere officium prælegendi, et octavo die constituto (qui incidit in feriam secundam) cum in loco auditorii essem hora consueta, multique convenissent, nec tamen adesset Capito cum suis Ministris : satis certus de ipsorum calumniis nolui omittere quin distribuerem præsentibus, et etiam ipsi Senatui conclusiones, et declararem me paratum ad futuram disputationem, nequis calumniaretur me subterfugere et esse in mora. Itaque vocatus Capito, cui adsistebat egregius ille scilicet Ferdinandus Leits, vulgo dictus Capitaneus crassis tibiis, teutonice *Capiteyn Dickbeen*, petivit differri disputationem

Dispute publique fixée au lundi 9 Mai.

Remise de la dispute au vendredi 13 Mai.

Diverses péripéties de la dispute.

in proximam feriam sextam [1]. Feria igitur sexta loco et hora præscriptis comparui cum meo respondente M. Servatio Fabritio Brugensi, artium Magistro, ac sacrae Theologiae studioso, docto admodum ac praeclaro viro, magistro scholae Bogardicae seu pauperum. Eo etiam convenit uterque Consul seu Burgimagister, nimirum Iacobus Bryssault et Iacobus de Cabotere cum toto fere Senatu: necnon M. Franciscus de Groete scriba, omnesque fere docti, cum magna parte totius civitatis, ut fit in huiuscemodi concursu. Capito etiam cum omnibus Ministris suæ sectæ et Adriano Lopio simul adfuit. Verum mox patuit eorum animus et fucus, nam primum voluere scripto mandare, quæcunque dicturus essem. At ego; Si id facto opus esset, ipsemet, inquam, ea vellem describere. Ac proinde cum istud nec Senatui nec auditorio æquum videretur, ad aliud subterfugium delapsi sunt: nempe se velle disputare sermone Teutonico, multisque verbis Teutonice declamatis, adnitebantur turbam aliquam in auditorio excitare. Tum ego, Quæ, inquam, erit forma illa disputationis? Anne constitutum fuit ut Latino sermone et ad eum modum quo in Academiis disputatur disputaremus? Cumque me referrem ad Burgimagistros et Senatum præsentem, coram quo ita conventum et constitutum fuerat: Respondit prior Consul Bryssautius, unicus fautor hæreseos Calvinisticæ: Quid Capito tergiversaris? Scis quid constitutum fuerit. Si tibi animus disputandi non erat, quorsum ad disputationem provocasti, et tantam tragædiam excitasti? Ad hæc

---

(1) « Actum den 9 Meye 1580.

Eodem was tusschen M[r] Whillem Taelboom ende de ministers van de christelycke ghereformeerde religie ghesloten te disputeerene *more scholastico* ende *exercitii causa,* up vryndaghe eerstcommende ten ij uren naer noene, d'articlen overghegheven by den voornoemden Taelboom, ende dat ter plaetse van openbare lesinghe up de voorcamer onder tlantshuuse. »

(Arch. de la ville de Bruges. — *Secrete resolutie bouck*, 1575-1585, fol. 275 v°.)

verba erubuit Capito et totum collegium Ministrorum, responderuntque se negotium communicasse cum suo consistorio, ut vocant, nec sibi licitum esse eo modo quo decretum erat disputationem inire. Callide scilicet, volentes nimirum cogebantur, cum essent capita totius consistorii, et sine eorum voluntate atque adeo nisi per ipsos nihil ibi definiretur. Nihilominus tamen placuit Burgimagistris et reliquis præsentibus ut disputationem institutam inchoarem et finirem. Itaque lecta aliqua parte confirmationis qua conclusiones præsentis disputationis confirmabam prout infra sequitur, proposui more scholæ utpote disputationis Præses primum argumentum, impugnavique primam conclusionem, deinde petivi a Capitone et Ministris an placeret aliquid obiicere adversus theses propositas. Ipsis recusantibus converti me ad alios præsentes: inter quos erant duo doctissimi viri sacræ Theologiæ Licentiati: quorum alter erat M. Franciscus Lucas (1), alter vero M. Ioannes Baptista Caesenbrotius (2), uterque Brugensis. Hi igitur secundam et tertiam conclusionem impugnarunt. Denique me iterum percontante an aliquis esset qui haberet quod obiiceret, cum nemo ultra vellet argumentari, ego ipse adversus singulas conclusiones argumentatus sum, inter cætera hoc adiiciens, me adferre præcipua adversariorum argumenta. Quæ cum omnia admodum docte dilueret M.

Objections.

---

(1) Voir Foppens, *Bibliotheca Belgica*, t. I, p. 299.

(2) J. B. Casembroot fut le successeur de Jacques Crucquius dans la chaire publique de *belles lettres*.

« Actum den XVII July 1534.

Waren Mrs Andries Kethele * ende Jan Baptista Casembroot by maniere van provisie ghecoren lesers *in humanioribus litteris* in de platse van Mr Jacob Cruquius overleden, te wetene Kethele voor de noene ende Casembroot naer noene. Ende dien beede tzamene tot zulcken pensioene elck voor dhelft als de zelve Crucquius by zyne levene ontfaen heeft. Ende dit sonder prejudicie van die van bloede die hemlieden totter zelver lesse bequaeme zullen moghen presenteren. »

(Arch. de la ville de Bruges. — *Secrete resolutie bouck*, fol. 434.)

* Voir Foppens, *Bibl. Belg.*, t. I, p. 54.

Servatius locum tenens respondentis, et ad omnia conticesceret Capito et Ministri velut muti, tandem conclusi disputationem ad eum modum quo infra propono, auditoriumque dimisi. Verum maiore auditorum parte recedente Ministri iam omnino perplexi et præ pudore stupidi, ne nihil fecisse viderentur: quidam ex ipsis postulavere, ut thesium propositarum confirmationes accuratius descriptas in medium proferrem. Quod et quamprimum feci, easque (ut moris est in iis que postulantur coram Senatu) in domo publica Scribæ Brugensis deposui. At frustra. Nam deinceps nemo eas vel desideravit vel de eis quicquam ausus fuit sciscitari. Capito vero qui inter eos primatum tenebat videns iam de suo honore actum esse, plane furibundus rabiem suam convertit in Philippum Baesdorpium cum eo altercans de Sacrificio Missæ, inter cæteras etiam hanc blasphemiam emittens os putidum et impudens: Missam nimirum dictam ab emittendis blasphemiis. Quod cum audirem, me continere non potui, sed ei aperto Marte me denuo opposui, asserens nec ipsum posse ullam e Missa proferre blasphemiam, et contra me posse demonstrare ea quæ in Missa continentur esse Apostolica, et ab ipsis Apostolorum temporibus fuisse in Ecclesia usitata. At ille mox de uno transiliens ad aliud, ut ipsis moris est, cœpit disputare de veritate corporis Christi in Eucharistia, quærens a me quid demonstraret pronomen [*hoc*] in hac propositione, *Hoc est corpus meum.* Cui cum dicerem demonstrare substantiam contentam sub ipsis speciebus, mox ridicule intulit: Ergo panis pependit in cruce. Quod cum negarem consequi, et ipse contra me adferret verba textus e cap. II epistolæ prioris ad Corinthios, ubi Paulus scribit Christum dixisse, *Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur:* subintuli quod eum iugularem suo gladio: Christum enim dixisse quod illud ipsum corpus daret (ut verba Græci textus sonant) *Quod pro nobis frangeretur et vulneraretur in cruce:* atqui nos vero non autem imaginario aut figurativo corpore esse redemptos, ac proinde verum Christi corpus nobis exhiberi

Confusion des ministres.

in Eucharistia. Ministri alii videntes Capitonem nihil agere, imo convictum esse, subiecere aliud argumentum: quod nimirum Christus dixisset (Matth. cap. 26): *Non bibam amplius de hoc genimine vitis:* quare ipsum non dedisse in calice aliud quam merum vinum et genimen vitis. Sed respondi eam esse scripturæ sacræ consuetudinem, ut ea quæ in aliud mutata sunt vocet eisdem nominibus quibus appellabantur antequam mutata vel translata essent in aliud: ita scriptum esse virgam Aaronis devorasse virgas magorum (Exod. cap. 7): et cæcos videre ac claudos ambulare (Matth. cap. 11), et id genus alia. Cum ergo ea obiectio voto eorum non responderet, rediit Capito ad id quod prius, denuo interrogans; Quid demonstraret pronomen [*hoc*]. Cumque ei responderem quod supra dixi, et ipse iterum ac tertio idem inculcaret, nihilque aliud haberet quod adferret, omnibus tandem risum movit. Cumque me interrogasset M. Franciscus de Groete Scriba: An etiam paratus essem publicam habere disputationem super veritate corporis Christi in Eucharistia: Respondi me paratum, si id poscerent Ministri. Atque ita Scriba ipse et Burgimagister Caboterius me ex loco auditorii consueto, ubi hæc omnia palam acta sunt, deduxerunt, totusque conventus solutus est. Is ergo fuit finis totius tragœdiæ. Hæc autem ita accidisse nequis ambigat, testes appello omnes qui præsentes fuere tam amicos quam inimicos, qui cuncti adhuc in vivis sunt, totaque civitas hæc declarabit, et interim ubi opus fuerit, idem docebo publico instrumento Notarii M. Iacobi Dassommevyle, quem ad hoc compellaveram ut tanquam Notarius præsenti disputationi interesset, de omnibus quæ agerentur legitimus testis futurus. Et sane post hanc disputationem habitam, decreto Senatus, qui tamen pro Calvinistis stabat, continuatus fui in officio professionis, et sex deinde continuos menses publice docui, potissimum de sacramentis Eucharistiæ et Pœnitentiæ, nemine vel audente contra meas prælectiones amplius mussitare, quoad certo edicto cautum

Fin de la dispute.

Taelboom maintenu dans la chaire de théologie.

fuit nequis fieret conventus religionis alicuius causa, nisi eius quæ publice exerceretur, quæ sola erat Calvinistica. Quo edicto non putabam mihi ademptam profitendi facultatem: quippe cum ea functio non esset exercitium alicuius religionis, sed tantum lectio. Cum igitur viderent omnes me persistere in munere prælegendi, Commissarii bonorum Ecclesiasticorum autoritate Senatus officium professionis suspenderunt, persoluto tamen honorario constituto ad eum usque fere diem quo fui in exilium missus. Quæ omnia clara sunt et constant per libellum supplicem, quem super hac suspensione Senatui porrexi, atque etiam per acta publica et computum civitatis. Ex his igitur unusquisque facile colligat quemnam effectum et oratio et disputatio consecuta sit. Per ea quoque omnia, R^sse Domine, quæ iam commemoravi evidens est, me necessario tum hanc orationem habuisse tum disputationem suscepisse, non propter hæreticos et eorum asseclas, sed propter Catholicos: qui nisi in officio meo constans fuissem, et adversariis frontem præbuissem, offendiculum fuissent passi, et (ut mihi complures asserebant) alii nutassent, alii defecissent a catholica religione: nec usquam apud Calvinistas Catholici cives vel hiscere ausi fuissent. Ac proinde mori satius ducebam quam hac in parte meo officio deesse. Deinde etiam hinc patet me nihil fecisse, imo ne attentasse quidem quod constitutionibus Ecclesiasticis repugnaret, sed me obsecutum legi divinæ atque doctrinæ Ecclescasticorum doctorum, a quibus præscribitur ut hæretici redarguantur, et propter scandalum pusillorum ipsis respondeatur, eorumque calumniæ et fictæ rationes diluantur. Quod spero me cum Dei gratia fecisse, idque disputatione legitima per modum exercitii instituta, ut quotidie videmus fieri in scholis. Denique, quod palmarium est, laqueo quem tetenderant, ipsimet adversarii capti sunt, eorumque os plene obturatum; totique mundo declaratum est quod nullo niterentur fundamento, sed omnia que agunt et docent merum esse fucum ac specimen tantum religionis, ut corruptores verbi

Suspension du cours et exil du professeur.

Fruits de la dispute.

divini et vere hæreticos eos esse agnoscas, ad maximum ipsorum dedecus et in gloriam perpetuam Catholicorum. Cæterum cum hæc anno octuagesimo acciderint intra Pascha et Pentecosten, etsi animus mihi fuit vel iam inde ab initio ea typis mandare atque omnibus patefacere, hactenus tamen commode id facere non potui. Nam tantisper dum adhuc Brugis agerem omnes amici id dissuadebant, ne ultro mei proscribendi darem occasionem, neve viderer meos Parochianos in tantis angustiis ultro velle deserere. Deinde cum eo tempore in carcere Gandavi per inimicos fidei detineretur V. P. sine cuius autoritate nec volui nec debui publicum hunc actum officii mei prælo committere, necessitate constrictus fui editionem aliquamdiu prætermittere. Atqui dum per Ministrorum importunitatem a Senatu in exilium missus essem, et interea e carcere V. P. liberaretur, principio, ut fit, variis peregrinationibus multisque miseriis fui obnoxius: deinde ad curam pastoralem et decanatum oppidi Burburgensis evocatus tantis laboribus continuo fui implicitus ut de his emittendis nihil vel cogitare licuerit. Temporis autem progressu dum animus a primo illo calore defervescit, pluribus me instanter hortantibus et inculcantibus e Republica Christiana esse huiuscemodi evulgare, censui expectandum commodum aliquod tempus quo V. Paternitati iam in sedem Episcopalem restitutæ, post totam obtentam diœcesim et quietam redditam sedulo possem gratulari. Sed dum differo annus lapsus est, nec quando id futurum sit certa adhuc possum coniectura assequi. Itaque omnia committens voluntati ac providentiæ divinæ, deprecor V. Pat. ut hæc oratio et disputatio, quas cum discrimine vitæ meæ pro defensione Catholicæ religionis habui, vestris auspiciis et favore in lucem possint exire. easque R. V. P. in gratiarum actionem consecro ac dedico. Imprimis pro parte patriæ meæ, quantum in me est, V. P. gratias agens, quod tantas et tam varias calamitates, tanto tempore, in ista senili ætate tam patienter pro salute Ecclesiæ Brugensis sustinueris,

Motifs du retard de l'impression.

Dédicace de l'*Apologetica* à l'évêque.

atque impræsentiarum adhuc sustineas. Deinde quod in vinculis adhuc detentus vestris piis exhortationibus et opera domini Archidiaconi vicarii vestri nos pastores tuos ita excitaveris et animaveris, ut nullus nostrum oves suas nisi coactus et magno dolore reliquerit: adeo ut usque ad extremum frontem præbuerimus adversariis eorum conatibus, et scripto, et oratione, et omnibus quibus potuimus modis resistentes. Denique quod me ab exilio redeuntem eo honore dignatus sis, ut in numerum Canonicorum Ecclesiæ vestræ cooptaveris. Quamobrem me totum V. Pat. offero, rogans obnixe, ut dum per gravissimas occupationes tuas opportunum fuerit, digneris hisce legendis animum vestrum in tantis miseriis nonnihil recreare. Spero enim non fore iniucundum memoria repetere etiam tunc cum per vim a sua Ecclesia V. Pat. detinebatur, oves vestras non fuisse destitutas, idque per vestrum studium et sollicitudinem, imo ipsis abunde declaratam fuisse veritatem, ut nulla ex ipsis perierit aut seducta sit, nisi quæ in voluntarium ruere voluerit interitum. Nam, ut de doctissimis Domini Archidiaconi ac aliorum doctorum virorum assiduis concionibus taceam, hac sola oratione in conspectu totius civitatis palam omnibus monstratum est religionem, in qua Deo servimus, omnino sinceram esse, nec obnoxiam ullis calumniis quibus eam falso impetunt adversarii, imo eam esse solam qua Apostoli ac martyres omnesque sancti Deum Optim. Max. coluere, nec cogitatione quidem posse comprehendi aliam esse posse quam hanc nostram religionem, per quam gratus possit cultus S. Trinitati exhiberi: ac proinde in ea quam semel accepimus permanendum esse usque ad mortem, nullaque ratione ab ea recedendum ob prætensos quosdam abusus, aut reformationem nedicam deformationem. Si quid enim reformandum sit, ut bene demonstrat concilium Tridentinum, ita reformandum esse ut interim corpus totum, ipsaque substantia salva permaneat: nec animos nostros ob id consternari debere quod Sacramenta tam ignominiose

videamus contemni, religionemque deprimi. Hæc enim ob hominum peccata, Deo permittente, evenire et sæpius evenisse etiam in veteri Testamento. Deinde disputatio subsecuta omnibus luce clarius ostendit adversarios nihil habere quod contra veritatem nostræ religionis cum ratione possent obtendere, sed eos omnia sua per vim facere odio ac pravis affectibus laborantes. Scio quidem, Reverendiss. Dom. elegantiorem stylum et maiorem ornatum hæc postulare: tamen nihil in eis mutandum existimavi; tum quod mihi persuasum habeam a Spiritu sancto mihi in tali conflictatione et necessitate constituto hæc suggesta fuisse, cum ob angustiam temporis absque ulla fere præmeditatione et velut ex tempore omnia dicenda fuerint: tum quod multi fuerint qui ea tum temporis descripserint. Itaque ut eo tempore proposita fuere, ita etiam nunc cum omnibus cupio ea communicare, obsecrans V. Pat. ut ea dignetur autoritate ac favore tueri meque habere commendatum.

Hisce, R^me D. precor Deum Opt. Max. ut V. Pat. Ecclesiæ suæ diu servet incolumem. Raptim Audomaropoli Prid. Idus Maii. Anno 1585.

Reverendiss. V. Paternit.
Deditiss. famulus Guilielmus Taelboem.

Bibliothèque du British Museum à Londres.

XXIV.

Liévin Oste nommé *rector seminarii.*

Comparens coram Reverendissimo domino episcopo Bru- 16 Décembre 1593.
gensi necnon venerabilibus dominis ac magistris Nicolao de Heere, ecclesie cathedralis Brugensis decano, Matthia Lambrechts, archidiacono, Petro de Ceuninck, ecclesie collegiate et parochialis S. Salvatoris decano, et Georgio

vanden Berghe, argenteæ portionis ecclesie collegiate et parochialis beate Marie dicte civitatis Brugensis curato, seminarii Brugensis deputatis, dominus Livinus Oste (1) petiit et humiliter supplicavit quatenus Reverendissima sua paternitas ac domini deputati dignarentur sibi providere de œconomia sive prefectura dicti seminarii vacante per resignationem domini ac magistri Georgii de Clercq (2); cuius petitione et requisitione audita, predicta Reverendissima paternitas eum in anteriorem aulam parum secedere iussit, et matura deliberatione desuper necnon super conditionibus quibus esset recipiendus cum predictis dominis deputatis habita, eundem intus revocatum, de eorumdem venerabilium dominorum deputatorum consilio et assensu, Reverendissima sua paternitas in rectorem, œconomum et prefectum seminarii recepit, sub conditionibus sequentibus

Conditions.

videlicet: quod gratis docebit legere et scribere, tam flandricum quam gallicum idioma ac linguam latinam usque ad syntaxim exclusive, omnes chorales, refectionales ac pauperes scholares ecclesie cathedralis predicte, quos chorales refectionales et pauperes scholares seminarii requisitus tenebitur mittere ad serviendum missis et officio divino ecclesie cathedralis. Sub quibus conditionibus concesserunt domino Livino liberam inhabitationem et usum domus sive collegii dicti seminarii, idque sine preiudicio schole sancti Donatiani, et preeminentia capituli et scholastici quoad scholam sancti Donatiani. Actum in domo episcopali Brugensi, anno domini 1593, die 16a Decembris. *Subscriptum erat:* de mandato Reverendissimi domini, *et signatum:* O. Hovius, Notarius.

Archives de l'Évêché de Bruges. — Liasse : *Séminaire.*

---

(1) Liévin Oste était, depuis 1589, possesseur d'une des quatre chapellenies de l'église de Saint-Basile ou du Saint-Sang, fondées par Thiery d'Alsace. Il mourut en 1629 et fut enterré dans l'église des Religieuses Colétinnes. (*Compendium chronologicum*, etc. p. 207.)

(2) Georges de Clerck J. U. L., chanoine de la 27e prébende.

XXV.

Legs de l'évêque Remi Drieux en faveur du séminaire.

Si ex pensionibus Hispanicis mihi cessis et debitis aliquid post obitum recipiatur, volo ex pecuniis inde procedentibus imprimis predictam anniversarii fundationem constitui, et cappam chori preciosam pro ecclesia cathedrali fieri. Quod vero reliquum fierit ex dictis pensionibus, dono et lego mediatim et equis portionibus dividendum collegio seu domui societatis Jesu, primo quidem in solutionem precii domus seu collegii si adhuc eo tempore plene solutum non fuerit, et secundo loco in sustentationem et alimentationem patrum dicte societatis; necnon seminario ecclesie nostre ad fundationem bursarum pro scholaribus eiusdem seminarii. Ad quas bursas preferentur consanguinei nostri, si idonei sint et animum ad literas habeant, quamvis se statui ecclesiastico addicere nolint. Illis deficientibus assumentur alii idonei iuxta statuta seminarii ex civitate et diocesi Brugensi.

12 Mai 1594.

Préference accordée aux parents.

Postremo quoniam venerabilis et clarissimus dominus et magister Michael Driutius J. U. doctor et ordinarius decretorum professor, decanus sancti Petri Lovaniensis et cancellarius universitatis Lovaniensis, patruus meus pie memorie, me quandiu viverem sui collegii (1) et bursarum constituit provisorem et patronum, omnimodamque mihi dedit ordinationem et dispositionem cum

Proviseur du collége de Drieux à Louvain.

---

(1) Sur le collége fondé par Michel Drieux, (1559) *collegium Driutianum*, voyez Valère André, *Fasti academici*, p. 311; Molanus, *Historiae Lovaniensium*, t. I, p. 643.

facultate alium in locum meum post obitum substituendi et ordinandi, qui eandem potestatem vita sua durante haberet, desiderans igitur iuxta predictam facultatem, alium post mortem meam substituere, D. et M. Remigium Driutium filium Mauritii U. J. licentiatum, ecclesie cathedralis canonicum et officialem curie spiritualis, nepotem nostrum charissimum, in locum meum constituo et substituo, et si eum (quod absit) ante me mori contingat, substituo D. et M. Jacobum Driutium sacre theologie baccalaureum formatum, presidentem collegii antedicti, eo quoque deficiente ante me, constituo in meum locum D. et M. Mattheum van Neufville sacre theologie baccalaureum formatum, canonicum ecclesie collegiate beate Marie Brugensis, cognatum nostrum dilectum, illisque omnibus ante me e vita migrantibus, illum constituo et substituo quem mei infrascripti executores (1) ex consanguineis meis eligent et nominabunt et perinde haberi volo ac si nomen eius hic expressum foret.

Arch. de l'évêché de Bruges. — Serie *testaments* nº 205.

---

(1) « Ut autem hoc nostrum testamentum et extrema voluntas suos debitos sortiantur finem et effectum, ad Dei honorem et anime mee salutem, deputavi, elegi et nominavi predicte voluntatis nostre executores dominos et magistros Jacobum Eckium ecclesie Brugensis archidiaconum et sacre theologie licentiatum, et predictum Remigium Driutium nepotem meum, Georgium de Clerck utriusque juris licentiatum, canonicos ecclesie cathedralis, et magistrum Joannem Rommele utriusque juris baccalaureum nepotem meum. »

XXVI.

Rente en faveur du séminaire de Bruges.

Gift van eene rente aen tseminarie.

Compareert Jan van Heestere ende Cathelyne Cools, zyne huusvrauwe, gherecht aende naervolghende rente ten tytele van coope ghedaen jeghens jo^{e} Jacquemyne van Heester, scomparants zuster, blyckende byde brieven van transporte daerof zynde in daten XXIIJ Septembris 1600, onderteeckent: *vanden Dale*, met welck verclaers van erfachticheyt den naerschreven acceptant te vreden was. 26 Septembre 1600

Welcke comparanten hebben upghedreghen ende ghetransporteert, draeghen uppe ende transporteren by desen tseminarium tbisdoms der stede van Brugghe, inde presentie van M^{r}. Remy Rommel, tzelve over tvoornoemde seminarium accepterende, eene rente van XX s. gr. tsjaers, losselick den penninck XVJ^{e}, bezet ende verzekert up een huus met datter toebehoort staende binder stede van Brugghe ten voorhoofde inde Graeuwerckerstraete, gheheeten tGootkin, metgaders een cleen huuseken ande zuutzyde daerneffens staende, vallende telcken XXVIJ^{en} Octobre ende XXVIJ^{en} April; ende voorts tguene dat de lettren van constitutie vande zelve rente ghepasseert voor scepenen der stede van Brugghe in daten XXVIJ April LXXV^{c} XV, onderteeckent: *J. Telleboom*, sprekende origenelyck ten proffyte ende behouve van Jan de la Fosse, meer verclaerst, mentie maect ende innehout, deur de welcke metgaders de voornoemden lettren van transporte dese jeghenwoordighe deurstecken ende ghetransfixeert zullen werden; metten achterstellen danof verschenen tzydert den 27 Octobre XCIX totten daghe van hedent. Belovende de comparanten

de zelve rente metten achterstellen tot behoufve van tvoornoemde seminarie te garranderen tegen elcken.

Actum present: Bate ende Blootackere, desen xxvj September XVJc.

Arch. de l'État à Bruges. — Reg. aux œuvres de loi. Prévôté. 1589-1603. nº 697. fº 218.

XXVII.

Fondation de deux bourses, en faveur du séminaire, par Mathias Lambrecht, 3e évêque de Bruges.

1 Juin 1602. *Extractum ex testamento reverendissimi quondam domini Matthiæ Lambrecht, tertii episcopi Brugensis, die 1 Junii 1602 defuncti, in quo inter caetera habentur sequentia:*

Préférence donnée aux parents.

Item fundo duas bursas in seminario, singulas de xii ffg., dans ad illum effectum quadringentas libras grossorum, ante finem anni constituendas, ad has nomino duos nepotes meos mihi cohabitantes, qui illas servare poterunt quamdiu in studiis bene proficiunt, licet alibi in studiis habitent, et ita deinceps cupio praeferri amicos aliis, et horum habebunt præsentationem DD. archidiaconus, archipresbyter et poenitentiarius.

Extractum ex quodam codicillo præfati reverendissimi domini Lambrecht, in quo inter caetera habentur sequentia:

Item declarat duas bursas quas fundavit, in favorem ecclesiæ et seminarii fundatas esse, ita tamen ut qui

nominati sunt, si possint alibi utilius collocari, possint iisdem gaudere etiam in universitate quandiu deprehendentur in studiis bene proficere, quod intelligit etiam de aliis ex sanguine ipsius descendentibus qui poterunt cohabitare parentibus vel alibi collocari eo modo quo dictum est, his autem deficientibus assumentur per designatos nominatores, expresse protestans quod non intendat præfatas bursas ultra duos menses posse vel debere vacare. Les boursiers pourront continuer de jouir de la bourse à l'université.

Concordat collatione facta, quod attestor.
VANDE VELDE, *secr.* 1675.

Archives de l'Évêché de Bruges. — Série *testaments.*

XXVIII.

Bourses fondées au petit collége des Théologiens à Louvain, par Gilles Wallius, S. T. D. et chanoine de St. Pierre de Louvain.

Extractum ex testamento D. Aegidij Wallij reposito in archivis capituli sancti Petri Lovanij. 1602.

Ceterum in omnibus aliis bonis meis heredes instituo pauperes seu qui se aliter in studiis alere non possunt studiosos, promotos in artibus et qui locum 40° potiorem in promotione sua fuerint assecuti, quos in collegio minori Theologorum perpetuis futuris temporibus sustentari cupio, ita ut quilibet supra id quod ordinarie prestandum erit fabrice et participationem bonorum eorumdem, recipiat 50 florenos. Qualités des boursiers.

Instituentur autem tot bursarum quot, distractis mobilibus meis bonis et in summam bonorum reddituum redactis, sustentari poterunt. Nombre de bourses.

Préférences. Inter bursarios primo loco admitti volo filios civium in oppido Brugensi natos, illis insuper qui ex familia mea sunt prepositis, deinde vero illis deficientibus, filios civium Lovaniensium, demum Trudonenses, postremo Leodienses.

Durée de la jouissance. Qui omnes bone spei admissi gaudere poterunt bursis usque ad licentiam, sed prescripto tempore a S. Facultate designando suscipiendam, ea interim lege ut quotidie pro refrigerio anime mee ac piorum fidelium devote legant *Miserere* cum collecta, *Presta quesumus omnipotens.*

Archives de l'Év. de Bruges. — Vol. mss. v° *Bursae.*

XXIX.

A

Extraits du troisième (1) Concile Provincial de Malines.

25 Juin 1607.

PROPONENDA IN SYNODO.

MONUM. I.

Instructio (*incerti Auctoris*) *pro Concilio Mechliniensi indicto ad* 25 *Junii anni præsentis* 1607, *ad Illustrissimum et Reverendissimum* Matthiam Hovium *Archiepiscopum Mechliniensem.* — Ex originali.

. . . .

De Seminariis.

Nécessité et utilité des séminaires. Quantæ necessitatis et utilitatis res sit, erectio Seminariorum, satis indicat Concilium Tridentinum, et ipsa

(1) Dans le *second* concile provincial, réuni à Louvain en 1574, il fut de nouveau question des séminaires, quoiqu'on ne trouve rien à ce sujet dans les Acta Synodi. Voici ce qu'en dit de Ram:

etiam ratio et experientia confirmant. Cùm enim eorumdem alumni ad pietatem et religionem informentur, in Scripturarum scientia instruantur, in cæremoniis denique et ritibus ecclesiasticis continuò exerceantur, fieri non potest, quin et ecclesiis, quarum ministerio addicuntur, insigne ornamentum, et Episcopis in regimine ecclesiarum suarum, et gregis sui imprimis salute procurandâ singulare conferant subsidium: cùm præsertim Episcopi per eosdem de Pastoribus idoneis gregi suo provideant, qui alioqui vel Pastoribus ut plurimùm destitutus esset, vel eorum curæ committi deberet, qui, aut mercenariorum more se potiùs quàm gregem pascerent, aut aliorum, qui vitæ suæ et morum dissolutione eumdem perverterent et dissiparent. Ex quo sanè colligitur, quòd hæc Seminariorum institutio, non solùm propter utilitatem suam nusquàm negligi deberet, sed etiam propter necessitatem in multis locis absque singulari salutis populi detrimento prætermitti

---

« Egerunt iterùm Patres in hac Synodo, licèt hac de re in ACTIS nihil omninò reperiatur, de mediis temporalibus pro Seminariorum erectione et manutentione ex præscripto Concilii Tridentini (Sess. XXIII cap. 18 de Ref.) impendendis. Constat hoc ex supplica, quæ in originali exstat in Archivo Archiep. Mechl., Prælatorum Ducatùs Brabantiæ inscriptâ : « R.mo Domino Præsidi, aliisque R.mis Dominis » Episcopis in Sancta Synodo Provinciali Mechliniensi in oppido » Lovaniensi, in Spiritu Sancto legitimè congregatis. » Existimabant sese ad contributionem Seminariorum non esse adstrictos, neque ad illam per Episcopos cogi posse, « tametsi, inquiunt, per Sacrosanctum » Œcumenicum Concilium Tridentinum R.mis Gratiis vestriis data » sit auctoritas et potestas erigendi Seminaria juvenum, quorum » indoles et voluntas spem afferat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuò servituros. » Deindè causas exponunt, ob quas à contributione Seminariorum noviter erectorum et erigendorum liberi et immunes conservari vellent. Nec tamen eorum supplicatio, à Patribus die XVIII Maii diligenter examinata, admissa fuit. » *Synodicon*, tom. I, p. 222.

Le chapitre de Saint-Donatien députa au *troisième* concile provincial, Jean Cerezo, chanoine, et Denis Christophori, écolâtre. (DE RAM, *Synodicon*, tom. I, p. 244.)

non possit; in iis, inquam, locis, ubi *messis quidem multa est, operarii autem pauci* (1). Testari hoc luculenter potest hæc Provincia nostra, in qua propter ministrorum Dei, Pastorum inquam pænè extremam inôpiam, vel plurimorum, qui sunt, ignorantiam et dissolutionem, infinitæ propemodùm animæ pereunt. Quæ profectò Pastorum inopia, ex neglectu præcipuè Seminariorum, vel eorumdem non satis justâ pro Diœcesium amplitudine, institutione, censenda est provenire: cùm ubi Seminaria benè semel instituta fuerint, certissimum sit, gregem bonis Pastoribus non facilè ibidem destituendum. Neque verò Episcopi à dicta Seminariorum institutione justè excusari posse videntur, cùm non tantùm à Concilio Tridentino (2) modus hujus institutionis plusquàm sufficiens suggeratur, sed amplissima etiam eumdem modum exequendi potestas iisdem concedatur.

Pénurie de prêtres.

Quòd si autem ad prædictum Concilii modum etiam pastoralis Episcoporum accederent sedulitas et industria, « quibus, nimirùm, vel ditiorum hominum animos, ad » tam pium institutum promovendum, accendere conaren- » tur, vel etiam Reipublicæ opem implorarent; vel denique » nullam aliam rationem vel occasionem quæ huc spectare » posset, prætermitterent: si, inquam, Episcopi in negotio » tanti momenti industriam suam, prout debent, cum zelo » impenderent, prædictus Concilii modus non jam tantùm » sufficientissimus esset, sed facillimus etiam ad perfectis- » sima, eaque plura Seminaria erigenda redderetur. » Quare summoperè optandum esset, negotium istud futuro Concilio commendatum esse, tamquàm saluti Dominici gregis imprimis necessarium, et ad rectè instituendam adolescentium Clericorum ætatem, qui sæpè alioqui in ecclesiastica disciplina non perseverarent, maximè accommodatum.

Moyen d'y remédier.

Ut autem tam extremæ Pastorum inopiæ quàm citissimè

(1) Matth. cap. IX v. 37.
(2) Loc. cit.

remedium adhiberi possit, consulendum et commendandum videtur Episcopis, ut in Seminariis suis non pueros, sed provectiores tantùm adolescentes adsumant (1), qui nimirùm rhetorices studium ad minus superârint, eamque attingant ætatem, ut quarto vel ad summum quinto habitationis suæ anno Sacerdotio insigniri et ad curam animarum administrandam ablegari possint. Quo interim temporis spatio Catechismum Concilii Tridentini ad Parochos, nec non Sacram Scripturam et Casus conscientiæ edoceantur: Officii etiam divini et præsertim Sacramentorum tradendorum ritus et cæremonias ediscant; et denique in formandis concionibus continuò exercitentur.

B

Acta Concilii tam in Congregationibus generalibus, quàm in Conclavi. — Collecta ex Notitiis seu Schedulis, et Protocollis originalibus Archiv. Archiep. Mechl. 12 Juillet 1607.

. . . .

Ad Titulum *de Scholis*. Principum operam implorandam, quò stipendium constituatur ludimagistris scholarum quotidianarum et dominicalium. Assignatus est ad alenda Seminaria sexagesimus nummus, pendendus ab iis, qui habent aliqua beneficia ecclesiastica, juxta statuta in Synodo Namurcensi (2). Et agendum interim per R.mum D. Antverpiensem, cum Decano Metropolitanæ Ecclesiæ, qui putatur habere Synodum Namurcensem de hac ipsa re; et per R.mum D. Iprensem scribendum ad R.mum D. Namurcensem, quò R.mos Dominos in Synodo hac congregatos de praxi, quam hac in re habuit, per litteras (3) doceat. Appel aux princes.

---

(1) Confer Lindani *Memoriale*, suprà pag. 131.
(2) Anni 1604 sub R.mo D. Francisco Buisseret, Titulo III Cap I.
(3) Has vide infra ad diem 18 Julii.

Propositum est per R.mum D. Antverpiensem, requirendum esse à Principibus, ut reductiones redituum pro denario currente, quoad hospitalia et alias pias fundationes, deinceps suspendantur: et conclusum est fieri debere. Item petendas litteras à Principibus, quibus cogerentur, si qui litteras originales aut alioqui monumenta de bonis ecclesiasticis habent, ut patroni et alii, illa exhibere.

. . . .

18 Juillet 1607. Eâdem die ante meridiem Conclave habitum fuit in palatio D. Archiepiscopi, et lectæ fuerunt litteræ R.mi D. Namurcensis (*Francisci Buisseret*) continentes rationem taxae in Synodo Namurcensi (*anni* 1604) initæ pro Seminario erigendo. *Tenor dictarum literarum sequitur ex originali.*

Lettre de l'évêque de Namur.

« Ill.me et R.me Domine, R.mi Domini, et admodùm R.di Patres.

« Per litteras R.mi D. Episcopi Iprensis de mandato » vestro ad me scriptas, hâc ipsâ horâ libenter intellexi » vos inter cætera ardua et Ecclesiis vestris utilia negotia, » in pia illa occupatione versari, ut universo Clero vestro » pro contributione Seminarii taxa imponatur, cupereque » à me certiores reddi, quid circa illud in mea Synodo » ordinatum fuerit; quam viam inierim, quam taxam im- » posuerim, quos sub ea de Clero comprehenderim; de- » nique an sine oppositione executioni mandetur, prætereà » num sciam, quid circa illud in Ecclesia Cameracensi » observetur. Ego ut vestro desiderio absque ulla mora » satisfaciam, ad singula supradicta paucis respondeo: Pri- » mùm, ordinatum fuisse à Synodo mea illa omnia quæ » Titulo ejusdem Tertio continentur, cujus exemplar mitto » si fortè non esset ad manum; via autem, quam sequen- » dam duximus, ea fuit quam Concilium Tridentinum præ- » scribit, dum Episcopis mandat, ut partem aliquam vel » portionem detrahant ex fructibus integris Mensæ epis-

Ce que le synode diocésain de Namur a décrété touchant la contribution pour le séminaire.

» copalis et Capituli, et quarumcumque dignitatum etc. [1].
» Hoc enim Decreto in plena congregatione synodali lecto,
» et Seminarii erigendi necessitate propositâ, unanimi
» omnium Patrum consensu impetravi, quòd sexagesima
» pars veri valoris cujuscumque beneficii ecclesiastici meæ
» Diœcesis detraheretur, et Seminario applicaretur: hâc
» tamen conditione, quòd ejus tertia pars dumtaxat exi-
» geretur et solveretur, quandiù extraordinaria subsidia
» Serenissimis Archiducibus nostris anno 1600 concessa,
» quæ hujus Diœcesis Clero gravia sunt, continuarentur;
» his autem quâcumque ratione cessantibus, duæ tertiæ
» partes dictæ sexagesimæ ad opus Seminarii penderentur;
» pace verò huic afflictissimo Belgio redditâ, tota sexa-
» gesima persolveretur. Taxam verò de consensu ejusdem
» Synodi fecerunt unà mecum duo de Capitulo Ecclesiæ
» meæ Cathedralis, et duo de Clero, examinatis ad eum
» finem variis registris, quæ continent declarationes bono-
» rum cujuscumque dignitatis et aliorum beneficiorum.
» Sub ea comprehendimus omnes de Clero meæ Diœcesis,
» mendicantibus et Fratribus S. Joannis Hierosolymitani
» dumtaxat exceptis; non tamen bona illa, quæ in Diœcesi
» quidem mea sita sunt, sed ad Abbatias, Collegia, seu
» alias Ecclesias extra Diœcesim constitutas pertinent, ab
» illis enim (quamvis nonnullis refragantibus) taxandis
» abstinendum duxi, ad evitandum inconveniens, quod
» alioqui proculdubio secutum fuisset. Si enim externi
» ratione bonorum suorum à nobis taxati fuissent, nostris
» bonis in suis Diœcesibus sitis similem taxam imposuis-
» sent, sicque contigisset, eamdem Ecclesiam contributioni
» plurium Seminariorum esse adstrictam; quod non videtur
» esse ex mente Concilii Tridentini. Fuerunt quidem ab
» initio aliquæ oppositiones ex parte aliquorum exempto-
» rum, qui se ab ejusmodi contributione liberos esse

(1) Conf. Conc. Trid. Sess. XXIII Cap. XVIII de Ref.

» contendebant; sed per Dei gratiam jam cessant, et vel » solvunt omnes, vel ob paupertatem remissionem, aut » dilationem solutionis impetrant, iis tamen exceptis, qui » se à solutione liberant per unionem, aut incorporationem » aliquorum simplicium beneficiorum ad suam olim præ- » sentationem, aut collationem pertinentium. Quoad Ec- » clesiam Cameracensem, scio illam ad notabilem summam » me præsente et cum aliis consentiente [1] post Synodum » Provincialem (*anni* 1586) in oppido Montis Hannoniæ » celebratam, ab Archiepiscopo cum simili consilio duorum » de Capitulo et duorum de Clero fuisse taxatam; eamque » sine ulla contradictione persolvi, prout et taxæ aliorum » Diœcesis Cameracensis beneficiorum, quæ Seminario » Provinciali in Universitate Duacena erecto [2] in singulos » annos applicantur: ita quod ab illius erectione nullum » aliud sit, quod sciam, in ipsa Diœcesi Cameracensi Se- » minarium. His quæ mihi ex tempore occurrerunt vestris » quæstionibus satisfactum fore confido. Si quâ aliâ in re » opera mea vobis utilis esse possit, eodem affectu eam » semper vestris obsequiis impendam, quo Deum precor, » ut consilia vestra feliciter cœpta, feliciùs dirigat, et » felicissimè absolvat ad majorem sui nominis gloriam, » Ecclesiæ utilitatem, et subditorum vestrorum salutem, » vosque omnes ad eum finem diutissimè servet incolumes.

Décrets du synode de Cambrai sur la même matière.

---

(1) Etenim, jam tunc in ecclesiastica dignitate constitutus, Officialis et Cameracesii Archidiaconus erat ab anno 1583, deindè anno 1586 die 29 Aprilis creatur Decanus et Vicarius Generalis Archiep. Cameracensis.

(2) Erectio hujusce Seminarii, pro Clericis totius Provinciæ Cameracensis, resoluta et ordinata fuit in Provinciali Synodo anni 1586, Tit. XXI *De Scholis et Seminariis*, Cap. 7. In hoc opus Cameracensis Archiepiscopus *Ludovicus de Berlaimont*, Episcopus Tornacensis *Venderillius*, et Episcopus Atrebatensis *Moulartius* largiter adeò contribuerant, ut exindè *trium Episcoporum Seminarium* appellaretur. Primi Bursarii introducti fuêre 12 Nov. 1590, præsentibus Atrebatensi et Tornacensi Episcopis.

» E domo nostra Namurcensi 15 Julii anno 1607. — Ill.^{mae}
» et R.^{mae} D. V., R.^{marum} et admodum R.^{darum} Paternita-
» tum vestrarum obsequiis addictissimus FRANCISCUS Epis-
» copus Namurcensis. — *Superscriptio:* Illmo et R.^{mo} D.
» D. Archiepiscopo Mechliniensi, R.^{mis} DD. Episcopis,
» cæterisque admodùm R.^{dis} Dominis et Patribus in Civi-
» tate Mechliniensi congregatis. »

. . . .

Sequitur summa Protestationum Membrorum nonnullorum Concilii Provincialis Mechliniensis contra aliqua decreta ejusdem Concilii.

R.^{di} Domini Abbates et Praelati in consultationibus suis ad Cap. I TIT. *de Seminariis* (in quo disponitur de taxa, quae pro eisdem Seminariis erit contribuenda) protestati fuerunt sub hac forma. — « Censent Praelati taxam hanc et omnimodam dispositionem circa hunc Articulum relinquendam esse Synodis Dioecesanis; cùm singulorum Seminariorum dispar valdè sit ratio, et aliqua satis bène dotata, alia minùs; in una Dioecesi plus beneficiorum simplicium ad liberam Episcoporum collationem spectantium existat, quàm in aliis: quae ante omnia dictis Seminariis debuissent incorporari, antequam potuissent tentari alia media per Concilium (*Tridentinum*) tacta: et quòd ibi agitur de contributione, hoc temporarium fuit, donec scilicet praedictae uniones fuissent sortitae effectum. Et quatenùs praedicta taxa sic statuatur, protestantur singuli Praelati de gravamine, in quantum ipsos concernit. »

Protestations des abbés et des prélats.



C

Avisamenta seu Responsa Evocatorum ad Concilium Provinciale Mechl., ad Capita rerum in dicto Concilio propositarum, exhibita Illmo et R.^mo D. Præsidi, cæterisque R.^mis Episcopis Provinciæ Mechliniensis; omnia salvâ correctione. — Summatim descripta ex Protocollis Orig. Archiv. Arch. Mechl.

. . . .

Tit. XX. *De Scholis.*

Inter alia, ad *Cap.* V optant Archipresbyteri, ut in omnibus scholis latinis doceatur cantus Gregorianus, et una eademque Grammatica; item ut ludimagistri et ludimagistrae] scholarum linguae vernaculae teneantur suos deducere, diebus constitutis aut constituendis, ad lectionem catechisticam, eosque in officio ibidem continere.

Tit. XXI. *De Seminariis* (1).

Proposition d'ériger un séminaire provincial à Louvain ou à Douai.

Ad *Cap.* VI (*in editis* IV) suggeritur à quibusdam Decanis et Pastoribus, an non sit ab hac Provincia erigendum Seminarium Pastorum, in aliqua Universitate Lovanii aut Duaci, si medium inveniri possit. Item an grandiores in Seminariis Episcoporum, non expedientiùs mitterentur ad studia in aliqua Universitate?

---

(1) Post Cap. I in editis exemplaribus, hæc sunt in MSS. « Cap. » II. Singuli eorum in sua ad Seminarium assumptione declarabunt, » se habere animum ad statum ecclesiasticum; et illi insuper qui » decimum octavum ætatis annum impleverint, promittent se, cùm » idonei invenientur, id muneris in Ecclesia Dei subituros, quod Epi- » scopus ipsis injunget; aut refusuros expensas quibus Seminarium » affecerunt. » Et « Cap. IV. Simul atque per ætatem ac scientiam » idonei fuerint, ut fiant Subdiaconi, Diaconi et Sacerdotes, mox » eosdem ordines suscipiant, et in susceptis ordinibus diligenter mi- » nistrent. »

D

DECRETA ET STATUTA

SYNODI

PROVINCIALIS MECHLINIENSIS,

Die vigesimâ sextâ mensis Junii anni millesimi sexcentesimi septimi, Pontificatûs Sanctissimi in CHRISTO Patris ac D. N. D. PAULI Divinâ providentiâ Papæ V anno tertio inchoatæ, et vigesimâ die mensis Julii ejusdem anni conclusæ; 20 Juillet 1607.

Præsidente in ea R.mo et Ill.mo in CHRISTO Patre ac Domino D. MATTHIA HOVIO Archiepiscopi Mechliniensi, præsentibusque omnibus Episcopis Comprovincialibus.

TITULUS XXI (1).

Décrets du concile.

De Seminariis.

CAPUT I.

UBICUMQUE saluberrimum Decretum Concilii Tridentini (2) de instituendis Seminariis necdum executioni mandatum est, curent Episcopi illi plenè ac debitè satisfieri in proxima Synodo Diœcesana, in singulis Diœcesibus, quàm citissimè fieri poterit, celebranda. Ut autem hoc pro præsentis temporis statu commodè fiat, sexagesimus denarius, aut plus minusve, prout videbitur Episcopo, cum consilio

Erection d'un séminaire là où il n'en existe pas encore.

Contribution

(1) Capita in hoc Tit. ex Rom. correctione omissa, vid. suprà pag. 11 in Not. 1.

(2) Sess. XXIII cap. 18 de Ref.

eorum qui ex Decreto dicti Concilii Tridentini eidem sunt adjungendi, è bonis Ecclesiasticis in qualibet Diœcesi in hunc usum applicetur.

CAPUT II.

On enseignera le chant et les cérémonies de l'église.

INTER alia doceantur cantum Gregorianum, et cærimonias Ecclesiæ; et in illis ipsis, in Cathedralibus et aliis Ecclesiis exerceantur.

CAPUT III.

Reddition des comptes.

RECTOR vel Præsidens Seminarii ad minimum singulis annis administrationis suæ computum fideliter reddat.

CAPUT IV.

QUÆ prætereà pro pia institutione hujusmodi juventutis, et Seminariorum erectione, à Sacrosancta Tridentina Synodo decreta sunt sess. XXIII cap. 18 de Ref. hîc habeantur pro insertis.

XXX.

Fondation de bourses par Guillaume Taelboom.

14 Mai 1608.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

In honorem sanctissimae et individuae Trinitatis, B. Mariae Virginis et omnium sanctorum.

Ego infrascriptus, Guilielmus Taelboom, canonicus et archidiaconus Arthesiae in ecclesia Audomarensi, dono pro instituta sequenti fundatione, sicut etiam donavi per

meum testamentum [1], diversos redditus simul conficientes quadraginta quatuor libras Flandricas annuas, singulis libris Flandricis computatis ad sex florenos, emptos nummo decimo octavo, videlicet redditus viginti sex librarum, quos nunc Brugis habeo, et redditus octodecim librarum, qui ementur ex bis mille florenis, quos per testamentum meum relinquo ad supplendam hanc fundationem, quia haec fundatio erit obligata ad solvenda duo anniversaria quatuor librarum Flandricarum, quorum unum fundatum in ecclesia cathedrali, alterum in monasterio Guilielmitarum Brugis; ita tamen, ut quod supererit ex his bis mille florenis applicetur ad faciendas litteras hujus fundationis, et ut sculpatur haec fundatio in pariete navis ecclesiae, in ecclesia cathedrali, prout declaravi per meum testamentum.

Fundatio autem haec instituetur ad promovendas nuptias vel statum monasticum singulis annis unius honestae vir- Dot de mariage ou de religion.

---

(1) Ex testamento Rdi Dno ac magistri Guillielmi Taelboom canonici ac archidiaconi Audomaropolitani.

« Praeterea lego donoque bis mille florenos ad perficiendas fundationes quas Brugis feci, idque ultra illos redditus, quos Brugis habeo, et ad dictas fundationes applicui et hoc testamento denuo applico ac dono; nimirum ut pro majori fundatione quam feci ad promovenda studia, atque artificia, seu status juvenum ac nuptias virginum, ultra redditus viginti sex librarum nummo decimo octavo, emantur adhuc redditus octodecim librarum nummo decimo octavo, idque sub prima ac secura certaque hypoteca super domibus bene sitis ac fundis in ipsa civitate, vel super agris omnino vicinis civitati Brugensi. Ita ut major fundatio jam dicta sit habitura redditus annuos quadraginta quatuor librarum Flandricarum seu grossorum, quae sunt singulae sex florenorum, sub onere solvendi duo anniversaria, quorum alterum fundavi in ecclesia cathedrali Brugensi, alterum in monasterio Guillielmitarum ibidem. Id autem quod supererit ex dictis bis mille florenis applicabitur ad alias impensas faciendas, necessarias, vel ad conficiendas litteras, ad praeparandam cistam in qua litterae reponantur, ad sculpendas fundationes, et alia hujusmodi. Porro quoad empti fuerunt praedicti redditus, bis illi mille floreni manebunt in manibus Rdi Dni Decani primarii executoris hujus testamenti. »

ginis, cui addicentur duodecim librae Flandricae, quas tunc accipiet, quando nubet, vel fiet monialis, quod facere tenebitur infra annum vel sesquiannum a praesentatione ei facta, alioquin praefatum subsidium dabitur alteri virgini ad eumdem finem.

Secours accordé à un jeune homme.

Praeterea ex hac fundatione applicabuntur singulis annis decem librae Flandricae juveni honesto ut addiscat opificium vel stylum aliquem, vel promoveatur ad institutum monasticum.

Bourse d'études en faveur d'un aspirant à l'état ecclésiastique.

Denique ex eadem fundatione adolescens probus, qui novit legere et scribere, idoneus ad litteras, bonae spei et exspectationis, proponens fieri ecclesiasticus, fovebitur ex hac fundatione in studiis octo annos, si velit, et quatuor annos studebit in scholis trivialibus, et tunc accipiet singulis annis quinque libras Flandricas, et quatuor annis studebit in universitate Duacensi vel Lovaniensi dans philosophiae, theologiae vel juri canonico, et tunc singulis annis accipiet quatuordecim libras Flandricas; si vero per subsidium hujus fundationis tantum studuerit in scholis particularibus annos duos, tunc in universitate studens tantum accipiet in singulos quatuor annos libras Flandricas duodecim, sin autem perfecerit curriculum studiorum, et cupiat tantum juvari in universitate, tunc singulis quatuor annis, quibus in ea studebit, dabuntur ei decem librae Flandricae.

Le receveur de cette fondation sera nommé par les proviseurs.

Receptor autem hujus fundationis debebit esse vir honestus ac sufficiens, dabitque cautionem, si opus fuerit, et constituetur per provisores: accipiet pro salario suo vigesimum nummum suae receptionis, vel quantum provisores judicabunt fore aequum; et reddet computum singulis annis. Post computum autem redditum, deputatus capituli significabit capitulo statum hujus fundationis et similiter praefectus orphanorum eumdem indicabit senatui Brugensi; dataque opportunitate eumdem declarabit aliis propinquis, is qui ex cognatione nostra assumptus fuerit provisor. Ideoque provisores debebunt singulis annis con-

Devoirs des proviseurs.

venire ad audiendum dictum computum, et ad danda subsidia hujus fundationis, et tunc simul expendent difficultates, si quae subortae fuerint, et inquirent an juvenis studiosus fruens bursa faciat progressus in studiis, an virgo nubilis et adolescens opificio destinatus, quos anno praeterito promoverunt, satisfecerint conditionibus antedictis. Provisores autem in hoc annuo conventu accipient singuli duos florenos cum medio, sed is, apud quem congregatio fiet, qui erit deputatus capituli, tanquam dignior accipiet tres florenos.

Quod autem ultra praedicta ex praedictis redditibus reliquum fuerit, id totum in cista monumentorum ad ferendas impensas, quae possent supervenire, reponetur. Nemo autem promovebitur ad praedicta subsidia, nisi fuerit catholicus et nisi suos velit in catholica et Romanae Ecclesiae religione instituere. Qualités des boursiers.

Omnibus autem aliis praeferentur consanguinei et propinqui mei, qui recta linea descendunt sive originem trahunt ex sororibus meis Barbara Taelboom uxore Christiani van Heede et Maria Taelboom uxore Jacobi Elle, et ex fratre meo Leonardo Taelboom, habita tamen ratione ut vicissim promoveantur nunc ex hac nunc ex illa linea, si plures concurrant; nec refert ubicumque habitent modo sint catholici. Préférence donnée aux parents du fondateur,

Post sequentur consanguinei illi qui recta linea procedunt ex cognata mea germana uxore magistri Caroli de Schildere; dehinc alii tam ex parte patris quam matris. His succedent cives Brugenses, inter quos caeteris paribus commendo parochianos sanctae Crucis et Annae, quorum aliquando fui pastor, et quia consanguinei mei, etiam alibi habitantes sunt hujus fundationis capaces, omnino necessarium videtur, ut provisores statuant certum diem quo conveniant annue ad praedicta subsidia conferenda, et simul computum reddendum, quem velint semper observare, nempe circa festum Mariae Magdalenae aut medium aestatis vel circiter, qui dies consanguineis meis sit notus, et aux Brugeois paroissiens de Ste Anne et Ste Croix.

ut tunc possint comparere vel saltem per litteras se praesentare. Publicatio autem fiet in ipsa civitate Brugensi, quando nulli ex consanguineis meis videntur se praesentaturi, qui debeant omnibus aliis praeferri.

Désignation des proviseurs.

Provisores vero seu gubernatores hujus fundationis perpetuos constituo tres, videlicet, R^m^ dominum Michaelem Inghelmont, testamenti mei executorem, canonicum ecclesiae Brugensis, et post ejus mortem, R^dus^ dominus decanus et capitulum deputabunt unum ex suo collegio in singula triennia, deinde superintendentem, quem vocant *den oversiendere*, denique unum ex cognatione mea mihi maxime propinquum Brugis habitantem, et pro hac vice eligo Joannem de Tollenaere maritum neptis meae, cui a morte succedet magister Christianus Taelboom J. U. licentiatus, si uxorem duxerit.

Cistam autem ligneam, quam habeo, cui apponentur adhuc duae serae, et circumquaque certis ferramentis confirmabitur, dono huic fundationi, ut in ea reponantur litterae ac munimenta hujus fundationis, necnon genealogiae cognationis nostrae tam maternae quam paternae, et registrum in quo scribentur acta omnia quae fient per dictos provisores, et singuli provisores habebunt singulas claves dictae cistae. Si quando contingat redditum aliquem redimi, nummi capitales reponentur in hac cista, nec relinquentur in alicujus manibus, sed a provisoribus communiter recipientur, et ab eisdem communiter recludentur in dicta cista, ac statim novus redditus emetur sub particulari et certa hypotheca. Cista autem praedicta subjicietur authoritati R^di^ domini decani et capituli, quam collocabunt tuto loco prout eis videbitur.

Quocirca supplicabitur R^dis^ dominis decano et capitulo, ut dignentur hanc fundationem suscipere in suam protectionem, et permittere ut dicta fundatio brevibus sculpatur in pariete navis ecclesiae. Similiter exhibebitur libellus supplex magistratui Brugensi ut eamdem funda-

tionem protegere dignetur et munus provisoris committere praefecto pupillorum, quem vocant *den oversiendere*.

Ubi vero non fuerint consanguinei, et propinqui cognationis nostrae, nisi admodum remoti et incogniti, tunc provisores poterunt deinceps aliter distribuere dictos redditus, et loco unius virginis plures juvare ac promovere, et similiter suppeditare diversis medium ad prosequenda sua studia in universitate, dando aliis plus, aliis minus; atque ita etiam facient quoad eos, qui volent artem aut stylum aliquem addiscere, semper ratione habita paupertatis et honestatis personarum et utilitatis ecclesiae, ad eum modum, quo aliquando in praxim deductum fuit per executores testamenti Domini de Praet, inter quos unus erat dominus Franciscus Vander Burgh, senator Franconatus.

Caeterum hac fundatio non poterit mandari executioni statim post obitum meum, quia primo anno ex hac fundatione cupio numerari quinque pronepotibus meis singulis quadraginta florenos; scilicet Michaeli van Hee, filio Maximiliani Bruxellensis, et Petro, filio Cornelii van Hee Gandensis; item Guilielmo, filio Ludovici Verplancke, et Guilielmo, filio Joannis de Tollenaere et Guilielmo filio Michaelis de Clercq Brugensibus, et si contingeret aliquem eorum velle promoveri ad opificium vel stylum addiscendum, vel ad studia prosequenda, promovebuntur ante omnes ad subsidium praedictae fundationis, secundum conditiones praescriptas; atque ita post primum annum hac fundatio erit in vigore, cupioque reliquis omnibus praeferri pronepotes et proneptes jam superstites, modo petierint ex hac fundatione subsidium. **Réserve.**

Hanc fundationem feci, corroboravi ac renovavi hac 14 Maii anni millesimi sexcentesimi octavi, eique subscripsi quantum potui per cœcitatem, et subscribi curavi per notarium et duos testes. Et erat signatum: G. Taelboom, J. Cattin, pbr., Antonius Legro, V. Legrand, Notar. apos. et secretarius.

Arch. de l'Évêché de Bruges. — Série *Testaments*.

XXXI.

Fondation du chanoine Nicolas de Heere, en faveur des réfectionaux et choraux licenciés.

30 Avril 1610.

Copia testamenti reverendi quondam domini Nicolai de Heere, decani ecclesiae cathedralis divi Donatiani Brugensis.

Legs en faveur des choraux

Art. 90. Praedictus testator legat officio destitutorum choralium, ad opus honeste dimissorum ad studia vel artificia redditum 9 ℔. gross., cum augmento, si quod erit, omnibus adimpletis, petens et ordinans casu quo aliqui de familia testatoris sint tam masculini quam feminei sexus, qui petant ali in studiis aut aliquo opificio, preferantur, pro triennio, aliis omnibus, illis assignando 9 ℔. pro singulis annis, et augmentum si quod erit faciendum.

et réfectionaux licenciés.

Art. 91. Alium redditum ad opus refectionalium honeste etiam dimissorum ad studia vel ad artificia, etiam 9 ℔. gross., cum simili restrictione et clausula.

Augmentation de la fondation.

Art. 97. Testator declarat, quod reddito computu sui testamenti, omnia alia bona restantia, sive argentea sint, aurea, pecunia, lintea, tapetia vel alia quaecumque mobilia, sine aliqua specificatione facienda, manebunt in manibus suorum executorum, de quorum fide non dubitat, impendenda in tres usus, videlicet, augmentum fundationis pro destitutis choralibus et refectionalibus, et fundationibus in ecclesia faciendis, et pro ornamentis ecclesiae aut in alium usum per testatorem exprimendum.

Arch. de l'Évêché de Bruges. — Série *Testaments.*

CCXXI

Exécution du testament (1).

« Ter eeren vande Hoogweerdighe Heylighe Dryvuldigheyt, van de Ghebenedeyde Moeder ende Maghet Maria, ende van alle Godts Heylighen, den Eerweerdighen Heer, ende Meester Nicolaus de Heere t'synen overlyden Deken ende Canonynck binnen dese Kercke heeft by syn Testament gheordoneert, dat naer t'volkomen van selve, alle syne resterende goedinghen souden aengheleyt worden, tot een derde, tot fundatie ende ornamenten binnen dese Kercke, ende Capelle, ende voor de twee andere derden in fundatie van beursen voor de afgaende Choralen ende Refectionalen der selver Kercke met preferentie van die den testateur vanden bloede bestaen. Tot voldoen van welcke ordonnancie hebben d'executeurs vanden selven Testamente opgedreghen voor het beset van 't Officie ofte Fundatie vanden selven Heere Testateur diversche Renten met haerlieder achterstellen belopende tot 150 Ponden Grooten s'jaers ofte beth, van't jaerlycx inkommen, van welcke renten een derde sal comen tot profite vande Fabrycque deser Kercke......

Exécution de l'art. 97 du précédent testament.

...... Ende de twee resterende derde deelen sullen dienen tot onderhout vande Bursiers tot sulcken getalle als t'incommen sal bedraeghen, elcke burse begroot tot 9 Ponden grooten t'jaers, welcke bursen sullen gegeven worden by drye Proviseurs te weten syn Eerweerdigheyt deser Stede nu ende toecommende, een vande Heeren vanden Capitle by henlieden daer toe te denomineren, ende een derde van't gheslachte vanden Fondateur by syne erfgenaemen daer toe te kiesen, eerst ingevolghe van het

Proviseurs.

---

(1) Cette inscription reproduite par Foppens, (*Compendium chronologicum* etc. p. 262) était adossée à une colonne joignant la chapelle de la Sainte Trinité dans l'ancienne cathédrale de Saint Donatien.

90 ende 91 Article vanden Testamente aen die van den bestausele t'sy knechkens ofte Meyskens om eenich handtwerck te leren, schoole te gaen ofte te studeren in humanioribus litteris; ende sullen de knechkens studeren inde Universiteyt ofte Seminarie deser stede inde Philosophie vel Majoribus Facultatibus daer toe genieten 18 Ponden Grooten s'jaers. Ten tweeden, by ghebreke van t'voors. maeschap, den helft aen de afgaende Coraelen, ende d'ander helft aen d'afgaende Refectionalen. Ten derden, de selve oock gebrekende, aen 2 Choralen ofte Refectionalen alhier te studeren elck tot 9 Ponden Grooten s'jaers, ende by gebreke van jonckheyt als vooren sullen met het incomen van het goet gecoght worden renten tot vermeerderingh van dese fundatie [1]: van alle t'welcke sal s'jaerlyckx reke-

---

(1) Op het gone sijn hooghweerdigheyt den heer Bisschop van Brugge, als mede den heer Baron d'Oingnies, Deken deser cathedrale kercke van Brugge verthoont hebben aen d'heeren bloetvrienden van Mijnheer Nicolaus d'Heere, overleden Deken der selver cathedrale, dat het convenieert de kinderen der gemelde kercke deelachtigh te maecken van sijne fondaetie gelijck als in voorgaende tijden geschiet is: om alsoo intevolgen d'intentie van den geseyde fondateur.

Hebben de onderschreven vrienden geconsenteert soo sij consenteeren bij desen, dat in 't toecomende. te beginnen van Paesschen 1717, twee bursen vande geseyde fondatie elck van negen ponden gr. sullen jaerlijckx geaffecteert blijven voor de coraelen ofte refectionaelen der voornoemde kercke sijnde in bedieninge ofte uyt hunne bedieninge sijnde, de welcke om hunne goede studie ende manieren sullen gesonden worden *ad altiora studia* inde respective universiteyten ofte seminarien, te weten eerst inde philosophie ende daernaer inde Godtheyt om aldaer bequaem te werden om het Bisdom te dienen.

Sullende sulckdanige studenten de geseyde bursen genieten tot dat sij de voorseide studien volbraght hebben, soo nochtans dat hunne bursen noyt en sullen mogen verdobbelt werden, gelijk die vande vrienden, maer altijt blijven tot negen ponden gr.

Ende naer dat de voorseide hunne studien sij volbraght hebben, ofte naer dat men hun om hunne onbequaemheyt ofte quaet comportement soude vande selve priveren sal men de voorseide bursen geven aen andere gequalificeerde, ende voor de studien ende tijt als boven.

ninghe gedaen worden by den ontfangher daer toe by de Proviseurs te stellen naer uytwysen vande Acte Capitulaire in daete 12 Lauwe 1615. Den Heere Fundateur overleet den 30 April 1610. »

XXXII.

Le chapitre de St. Donatien refuse de payer aux Jésuites la rente de 24 ℔. que leur avait accordée l'évêque Remi Drieux.

Actum in capitulo ordinario ecclesie cathedralis divi Donatiani Brugensis, feria octava Augusti 1611, domino Reverendissimo presente et presidente. 8 Août 1611.

Omnibus dominis occasione contributionis per Reverendissimum a capitulo petite pro seminario specialiter convocatis, et lectis primo literis annui redditus 24 ℔. gr.,

---

Vanden anderen cant sullen de vrienden soo wel vande vaederlijcke als moederlijcke sijde soo langh als dees conventie contract ofte accordt in vigeur sal blijven, ende van het welcke aende descendenten vande contractanten bloedtvrienden liber sal wesen te scheyden, want het hun sal goedt duncken, achtervolgen de maniere die men voorgaendelijck gepleeght heeft, te weten, dat de gone vande vrienden eens dusdanige bursen becomen hebbende, de selve sullen blijven behouden tot dat sij volhert ofte gestudeert sullen wesen in de wetenschappen waertoe sij sijn aspireerende. In teecken der waerheyt hebben de onderschreven desen onderteeckent den x Februarij 1718. — Signatum — Henricus Josephus, Bisschop van Brugge. — L. Baron d'Oingnies, Decanus. — N. F. de Meulenaere dict van Belle. — P. F. Simon. — C. P. vander Beke de Cringen. — Charles Frans Le Gillon. — L. vanden Sompele.

Arch. de l'Évêché de Bruges. — Série *Testaments*.

per quondam Reverendissimum episcopum Driutium, de consilio deputatorum seminarii anno 1574 patribus S.J. in subsidium dotis, sub certis conditionibus addicti et assignati super bonis seminarii, ad effectum collegii dicte Societatis tunc in hac civitate erigendi et instituendi, Reverendissimus dominus modernus episcopus ac venerabiles domini decanus et capitulum considerantes dictum collegium Societatis iam sufficienter esse dotatum et iuventutem huius ecclesie a peculiari ludimagistro, lapsis aliquot annis, seminarii sumptibus assumpto, et non ab ipsis patribus in literis doceri et institui, et ob alias rationabiles causas in medium adductas, animos ipsorum moventes, prehabita matura deliberatione, predictum redditum 24 ℔. gr. revocandum duxerunt et amplius non solvendum capitulariter ordinarunt, prout ex nunc revocant et deinceps non solvendum expresse ordinant per presentes, deputatis eorum confratribus, domino archipresbytero et scholastico ad huiusmodi capituli resolutionem et revocationem rectori et patribus dicte Societatis insinuandum.

Divers motifs du refus.

Quoad contributionem ad opus seminarii petitam, dilata fuit deliberatio et resolutio, ac continuata dominorum convocatio usque ad diem Jovis proximum.

11 Août 1611.

Actum in capitulo ordinario Jovis postridie S^ti^ Laurentii, D. decano presidente. Omnibus dominis per continuationem specialiter convocatis, super contributione per R^mum^ a capitulo petita, ad opus seminarii Brugensis, et audito transportu bonorum tredecim refectionalium, ad utilitatem dicti seminarii dudum facto, continente, dominos de capitulo non teneri, nec cogi posse, ad ulteriorem contributionem, nihilominus tamen habita deliberatione, conclusum fuit a maiori parte suffragiorum, consentendum esse in contributionem centum florenorum annue, sub hac tamen conditione, quod annuus redditus xxiiii ℔. gr. patribus Societatis Jesu solvi solitus ex bonis seminarii, his diebus per capitulum revocatus amplius non solvetur,

Le chapitre consent à donner au séminaire cent florins par an.

et quod huiusmodi contributio non fiet aut cursum habebit, nisi dum et quando in dicto seminario debite formato, bursarii seu juvenes competenti numero assumpti cum effectu alentur et instituentur.

Arch. de l'Évêché de Bruges. — *Acta cap. S. Donatiani.*

XXXIII.

Réponse du R. P. Jacques Stratius [1] recteur du collége des Jésuites, au précédent refus du chapitre.

Admodum reverendi domini canonici dignentur considerare et ponderare sequentia puncta: 12 Septemb. 1611.

1° Quod, quemadmodnm ipsa pastorum seminaria non iubentur contribuere in ipsa seminaria, ita non videtur aequum, ut propter pastorum seminarium in ulla re gravetur collegium societatis; utpote quod ipsum instar seminarii cuiusdam sit, ex quo civitati Brugensi, Dammensi et pagis adiacentibus suppeditantur, qui cathechizando et alia obeundo pastorum vice funguntur, quin et pastores quodammodo aliqui agunt in Sysseele et fortalitio sancti Donatiani. Le collége des Jésuites, établi à l'instar d'un séminaire,

---

(1) Jacques van der Straeten, nommé recteur du collége de Bruges le 13 Septembre 1604.

sert d'école préparatoire au séminaire de Bruges.

2° Quod societas materiam seminario preparet, dum tota in iuventutis institutionem per scholas incumbat.

3° Quod donatio redditus de quo agitur, sine nota Reverendissimi domini Driutii, sanctissimi viri, in dubium revocari non possit: ei enim aut ignorantiae aut malae fidei nota impingi videbitur.

La donation de Remi Drieux est un fait posé avec le concours du chapitre.

4° Donationem esse factam non ab ipso solo, sed etiam a capitulo, nam dicitur in literis donationis, quod facta sit de consilio deputatorum seminarii: ubi notandum quod non tantum dicatur facta cum consilio, sed, *de consilio*, quo significatur dominos deputatos non tantum consensisse, sed authores primos R^{mo} domino fuisse.

La donation est onéreuse.

5° Donationem hanc non esse gratuitam, sed valde onerosam, ut collegium societatis Jesu Brugis instituatur et erigatur, ad totam iuventutem Brugensis diocesis latinis et graecis literis imbuendam; societas suppeditet tres praeceptores, et peculiaris ratio habeatur bursariornm et aliorum quorumcumque in seminario habitantium.

Les Jésuites en ont porté les charges,

6° Societatem onus illud perpetuo sustinuisse et etiam nunc sustinere, quantum est ex parte sua. Quod si reverendi domini capituli propter suam aliquam commoditatem, alumnos suos disciplinae societatis Jesu subtraxere, nulla id societatis culpa factum, quae semper parata fuit, est, et erit ad praestandum hoc et omne officium reverendis dominis canonicis tamquam optimis patronis. Sed neque onus societatis propter subtractionem hanc imminutum.

au delà du contrat.

7° Societatem non tantum praestitisse id, ad quod obligatur ex contractu, sed duplum eius, nam pro tribus praeceptoribus sex dedit.

Il y a prescription.

8° Societatem esse in pacifica possessione triginta septem annorum, ac proinde praescriptum iam esse.

Situation précaire du collège.

9° Collegium hoc societatis modo esse in magna necessitate utpote quod vix medium proventuum quotannis, iam a triennio percipiat, cum tamen totus proventus non sufficiat sustentationi personarum. Quare magnum contraxit aes alienum: meminerint, quaeso, venerabiles domini, non

esse alligandum os bovi trituranti, ne quidem ut alii boves trituraturi emantur.

10° Quid haec inter tantos, ut venerandi domini patroni nostri pro re tantilla respectu communitatis, et tam magna respectu nostri, agere velint de irritando contractu tam mature inter tantos viros facto, et quidem ipsis authoribus, seu *de consilio ipsorum*; qui etiam tanti temporis praescriptione iam est confirmatus. Praesertim cum nesciamus nos ipsos ulla in re offendisse; sed semper omnes colere, et observare simus conati, immo et eos Mecoenatum in numero habeamus quin et benefactorum catalogo propter huiusmodi donationem, licet onerosam, eos adscripserimus: cur ergo modo, post tot annos, beneficium hoc suum retractare velint? Si qua in re minorem satisfactionem dedimus, moneamur: dabimus operam cum Dei gratia ne quid a nobis praeterea desiderare possint. Pergant, quaeso, nos sua beneficentia sustinere et ad collaborandum in vinea communis Domini animare.

Appel à la générosité du chapitre.

Adiiciant potius aliquid fundationi nostrae, ut possimus alere adhuc duos professores, unum casuum et alterum controversiarum .... (quos speramus impetrare a R. P. nostro Generali), uti fecit Reverendissimus dominus Iprensis, et ita unum omnes funem trahentes, toto pectore incumbamus ut seminarium Brugense floreat personis et studiis necnon publicis subinde disputationibus: quemadmodum florere incipit Iprense seminarium superiori hieme inchoatum.

Die .... Septembris 1611, dominus archipresbyter et scholasticus renuntiarunt nomine Reverendissimi et capituli, se decrevisse non amplius solvere reditum 24 ℔. Flandr. seminarii. Die 12ª ego Reverendissimo domino tradidi hoc responsum.

Arch. de l'Évêché de Bruges. — Liasse: *Séminaire*.

XXXIV.

Contributions imposées par l'évêque Charles de Rodoan au profit du séminaire.

*Taxa pro seminario per Rev*mum *Carolum Philippum Rodoan, ex omnibus beneficiis et ecclesiarum fabricis totius diocesis.* 1611.

31 Octobre 1611.

Pénurie de prêtres.

Carolus Philippus de Rodoan, Dei et Apostolicæ Sedis gratia episcopus Brugensis, perpetuus ac hæreditarius Flandriæ cancellarius, omnibus ad quos hæ litteræ nostræ spectabunt, salutem in Domino.

Inter alia quæ pro cura nostra pastorali frequenti sollicitudine animum nostrum pulsant præcipuum est illud, quod in hac nostra diocesi tam extrema inopia pastorum laboremus, ut in ea impletum videatur illud Prophetæ: *Parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis;* et illud Evangelii: *Messis multa, operarii pauci.* Cui tam gravi incommodo ut salutari et præsenti remedio aliquando occurrere possemus, nihil intentatum reliquimus: cumque insuper multorum sæpe consilia et sententias exquisierimus, nihil tandem salutarius et quo finem nostrum quam citissime assequeremur expeditius suggestum fuit, quam si semina-

rium hujus nostri episcopatus a Reverendissimo domino Remigio Driutio (piæ memoriæ), prædecessore nostro, pridem institutum, et per iniquitates horum temporum jam plane dissolutum et desolatum restauraremus; ac in eodem juxta mentem Patrum concilii provincialis Mechliniensis adolescentes provectioris ætatis admitteremus, qui ibidem sacratioribus studiis necnon et bonis moribus ac pietate imbuti et in pastoralibus functionibus exercitati idonei esse possent, ut intra paucos annos ad hunc agrum dominicum excolendum mitterentur. Ad quam sane restaurationem eo propensius inclinati fuimus, quod ad eandem nihilominus faciendam sentiebamus Nos per decreta sacrorum conciliorum generalis Tridentini et prædicti provincialis Mechliniensis stricte obligari. Conscientiæ igitur nostræ consulere et muneri nobis injuncto satisfacere volentes, statim ad hoc tam sanctum opus Nos accinximus: cumque videremus graves sumptus ad id exequendum necessarios esse, neque tamen facultate taxandi beneficia ecclesiastica Nobis in præmissis conciliis concessa libenter adhuc pro tempore uteremur, omnem prius aliam rationem prædictos sumptus inveniendi tentandam esse existimavimus. Verum dum omni conatu nostro parum proficimus et tempus interea sine fructu labitur, partim necessitate compulsi, partim etiam propensa quorundam virorum ecclesiasticorum, qui sua beneficia exemplo nostro sponte taxabant voluntate animati, omnimodam viam et methodum per præmissa concilia in hunc finem Nobis traditam et præscriptam, sequi decrevimus. Quare, habita desuper cum venerabilibus dominis deputatis prædicti seminarii matura deliberatione, de eorundem consilio et assensu, spontaneam imprimis oblationem eorum qui dignitates et beneficia sua ultro taxarunt acceptantes et pro taxa habentes, vigore decretorum concilii Tridentini, Sess. 23 de Reform. cap. 18, et concilii provincialis Mechliniensis titulo: de Seminariis, cap. 1°, mensam nostram episcopalem, item mensam capituli nostri cathedralis et aliarum ecclesiarum colle-

Restauration du séminaire avec cours de théologie.

Taxe établie sur la mense épiscopale etc.

gillare dignentur. Sed cum super clausula finali ejusdem actae (qua in manibus praedicti Ampl^{mi} domini remittebantur et submittebantur omnes aliae difficultates intercedentes inter praedictum R^{mum} D. et dominos de capitulo) moverentur plures difficultates, domini eam signare et sigillare distulerunt, donec videatur an R^{mus} D. sincere intendat hanc concordiam: ad quem effectum deputarunt R^{dos} D. decanum, cantorem, Piroulle et secretarium, ut R^{mum} D. hodierna die in praesentia praedicti Ampl^{mi} domini conveniant, et super praedicta concordia communicent, ex qua communicatione si affulgeat spes sincerae concordiae toties [1] per dominos tentatae, domini omni conamine eam cum effectu promovebunt.

10 Sept. Exhibuit R^{dus} D. decanus latius intentionem Ampl^{mi} D. Humyn circa actam concordiae cum R^{mo} D. ineundae quam domini signare et sigillare distulerunt, declarando spe-

---

(1) Le 8 Février 1633, le chapitre ouvrit les négociations de la paix en proposant à l'évêque: « quod pro faciliori hujusmodi concordiae progressu accipi possit via amnistiae, qua oblivioni in perpetuum tradatur et pro non facto habeatur, quidquid hinc inde hactenus actum fuit in quo alterutra pars alteri parti praejudicasse putetur. » — L'évêque répondit: « ut ante omnia capitulum ipsi exhibeat omnia sua gravamina in scriptis, ut desuper in scriptis respondeat. » — Sur quoi le chapitre résolut de donner suite aux procès.

Le 20 Mars 1633, l'évêque consentit « ut ad tres menses deductio et prosecutio processuum sistatur et suspensa maneat. »

Le chapitre députa donc des chanoines auprès de l'évêque pour s'informer des conditions de l'entente, mais n'obtint pas un rapport satisfaisant. Le 4 Avril tout espoir de réconciliation avait disparu.

En Mai 1634, l'intervention de l'évêque de Tournai ne fut pas plus heureuse, et le 3 Juillet, sur l'avis de l'archevêque de Malines, le chapitre fit parvenir ses plaintes au conseil privé de Sa Majesté.

Les démarches que fit le chapitre, en Mars 1635, par l'intermédiaire du comte de Fontaines, restèrent également infructueuses.

Acta capituli S. Donatiani, 8, 10 *Febr*. 20, 21, 23 *Martii*, 4 *Aprilis* 1633, 8, 10, 13, 31 *Maii*, 3 *Julii* 1634, 7 *Martii* 1635.

cialiter quod idem Ampl[mus] D. non acceptet onus componendi omnes difficultates capituli cum R[mo] D. via juris, sed amicabili, adeo quod nullae causae dominorum per hunc modum concordiae jam propositum alterentur in minimo, et maneant in eodem statu, ut casu quo post amicabilem ejus decisionem, domini non habeant satisfactionem, possint easdem causas eodem modo prosequi ac si haec compositio non intercessisset; promittendo idem D. Humyn quod eandem amicalem decisionem determinabit intra talem terminum quem domini designabunt, promittendo etiam quod hujusmodi suae declarationis notam adscribet et signabit. Quibus auditis et examinatis, dominí iis mediantes, praedictam actam pro sua parte sigillari et signari mandarunt, ut tandem possit ad finem optatum deduci concordia toties desiderata. Et cum ex relatione praedicti Ampl[mi] domini diceret R[dus] D. decanus R[mum] D. heri expectasse deputatos capituli ut cum eis pro initio futurae concordiae et bonae correspondentiae inciperet agere familiarius, domini deputarunt R[mum] D. decanum, poenitentiarium et Piroulle can[cos], ut praedictum Ampl[mum] D. Humyn hodie decedentem accedant et gratias agant pro diligentiis per eum in causis capituli praestitis, cum ulteriori commendatione negotiorum ecclesiae, et felicem reditum apprecentur: ac deinde accedant praedictum R[mum] D. ut supra, et signanter cum eo communicent causam novi oneris per capitulum motam contra magistratum Brugensem, quae totum clerum Brugensem etiam concernit; ad effectum ut communi manu efficax remedium exhibeatur, ad referendum.

et signé par le chapitre.

Députation chez l'évêque.

Retulit R[dus] D. decanus sese una cum dominis hodierna die deputatis adfuisse Ampl[mo] domino Humyn eique tradidisse actam ineundae concordiae cum R[mo] domino pro parte dominorum etiam signatam et sigillatam sub conditionibus in hodierna resolutione propositis. Qui Ampl[mus] dominus promisit sese quantocius missurum actam in 10 Sept.

scriptis quae easdem conditiones partibus praescribet et terminum competentem assignabit sex septimanarum intra quem omnia munimenta ad manus ejus consignari debebunt, cum promissione quod intra alias sex septimanas exinde sequentes tanquam mediator amicabilis definiet id quod ex aequo et bono sibi visum fuerit.

21 Sept. Lecta fuit acta Ampl^mi domini Humyn qua ad promovendam inchoatam concordiam cum R^mo domino praescribit partibus terminum sex septimanarum intra quem omnia munimenta ad manus ejus debeant consignari, cum promissione terminandi omnes difficultates intra alias sex septimanas exinde sequentes sub conditionibus de quibus in actis 10^ae hujus. Quam domini habuerunt pro audita, committentes dominis deputatis ut circa promotionem hujusmodi concordiae agant rem officii, ad referendum.

Acta autem inchoatae concordiae de qua supra 10^a hujus sequitur et est talis :

Teneur du projet d'entente.

« Pour assopir les différens entre monsieur le R^me évesque de Bruges d'une part, et les doyen et chapitre de St Donas d'aultre, meuz à cause de la célébration de la messe et distribution de la S^te communion le jour du jeudi saint en l'église cathédrale dudit St Donas, lesdites parties se sont, par entremise et intervention de messire Claude de Humyn, chev^r, s^r de Wardain, Schuttbourch, conseiller et maistre aux requestes du conseil privé de sa Majesté, député de la part d'icelle pour faire cesser semblables différens, accordé et appoincté comme s'ensuyt, scavoir que de main commune à l'intervention susd^te se dressera un *factum* signé par icelles parties qui sera envoyé à Rome afin d'avoir sur icelluy la résolution des cardinaux de la congrégation des cérémonies, selon laquelle lesd^tes parties se règleront et conformeront en tout. cependant et jusques à la publication d'icelle résolution, ledict R^me suivant les cérémonies Romaines a promis et promect si longtemps que Dieu sera servi luy conserver

Le différend du Jeudi-Saint sera deferé à la congrégation des rites.

en la santé et disposition telle que de pouvoir célébrer la sainte messe aud^{t} jour, il y distribuera quant et quant la communion aux prestres habituéz qui ne célèbreront led^{t} jour, et se présenteront pour la recepvoir, moyenant quoy les différens sur ce meuz et tout ce qui en dépend tant aux privé et grand conseils qu'au siège de la nonciature de pardeçà et ailleurs cessent et demeurent estaintz. Et quant aux aultres difficultéz et différens d'entre lesd^{tes} parties, icelles s'en sont remises et soubmises aud^{t} s^{r} de Humyn, afin qu'à sa commodité il plaise en vuider, ce que pour le bien de paix et du publicq il a accepté et promis de faire. Fait à Bruges soubz les signatures et seelz accoustuméz dud^{t} s^{r} R^{me} et dud^{t} chapitre le 7 de Septembre 1636. Signé SERVATIUS EPISCOPUS BRUGENSIS et *Par ordre de messieurs les doyen et chapitre susdits* H. WAGHENAERS SECRET., et scelé avecq les seelz susd^{ts}. »

Pour les autres différends les deux parties s'en remetent à la sagesse de C. de Humyn.

Acta autem praedicti Ampl^{mi} D. Humyn hic hodie lecta erat talis:

Teneur de l'acte de C. de Humyn.

« Le conseiller surintendent soubsigné estant requis de vacquer à l'accomodement des difficultéz restantes entre monsieur le R^{me} évesque de Bruges d'une part, et messieurs les doyen et chapitre de St Donas d'aultre, ensuitte de l'acte de soubmission desd^{tes} parties du 7 de ce mois a déclaré et déclaire qu'en acceptant icelle soubmission, son intention a esté de composer lesd^{tes} difficultéz amiablement et de gré à gré, comme il a fait au regard de celles ja vuidées, auquel effect lesd^{tes} parties pouront commectre et envoyer en ceste ville telz deputéz vers luy qu'elles trouveront à propos. Et comme il luy a semblé estre requis au mesme effect de rédiger par escript les faitz et poinctz esquelz lesd^{tes} difficultéz consistent, et de s'en concorder sommairement et distinctement par ordre, nous préfigeons à ceste fin aud^{ts} parties terme de six sepmaines doibz la datte de ceste; assignons aultres six sepmaines pour passer aud^{t} accommodement et le parfaire, à faulte de quoy chacune desd^{tes} parties sera en

son entier, et poura poursuivre ses droictz comme au paravant lad[te] soubmission par telles voyes qu'elle trouvera convenir, ne soit que les termes susd[ts] soyent proroguéz de commun consentement. Fait à Bruxelles le 12 de Septembre 1636. Signé CLAUDE DE HUMYN. »

9 Octobre 1636.

L'évêque afin de rendre l'entente plus facile invite tout le chapitre à dîner au palais épiscopal.

Comparentes Cons[mus] D. Philippus Oliviers J. U. L. consiliarius R[m] episcopi Brugensis et D[lus] Bernardus de Craes baillivus jurisdictionis canonicalis et praepositalis hujus ecclesiae, declararunt sese ab eodem R[mo] D. deputatos ad R[dos] dominos decanum et capitulum hujus ecclesiae in corpore invitandum ad prandium in palatio episcopali, die Mercurii sequentis septimanae altera S[ti] Donatiani patroni hujus ecclesiae, ad effectum ut concordia quae prae manibus est majori cum effectu promoveatur, rogantes pro parte ejusdem R[mi] domini ne ullus dominorum sese ab eodem prandio excusare velit. Domini egerunt R[mo] D. gratias pro honore exhibito, addicentes sese venturos, atque interea sese omnes et singuli commendantes bonae gratiae ejusdem R[mi] domini.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Acta capituli Sti Donatiani*, aux dates indiquées.

LIX.

L'évêque et le chapitre songent à transférer le séminaire de Bruges à Louvain ou à Douai.

Actum in capitulo ordinario Mercurii 10 *Novembris* 1638.

Deinde superveniens R. D. decanus ac praesidens, proposuit dominis ab aliquo tempore cœptum agi cum R^mo^ D^no^ episcopo Brugensi de translatione seminarii Brugensis ad academiam Lovaniensem vel Duacensem, dictumque R^mum^ D^num^ paratum esse pecuniam otiosam existentem ac sequestratam in manibus Joannis van Marcke ad hoc deputati a concilio Flandriae, applicare in emptionem redditụum ad utilitatem dicti seminarii, et in illum finem redimere cum dictis nummis redditus quibus episcopatus Brugensis ex indulto summi Pontificis gravatur, atque ipsum seminarium in locum percipientium hactenus dictos redditus surrogare, dictumque Joannem van Marcke paratum esse ab iisdem pecuniis otiosis ac sequestratis sese exonerare, modo partes, scilicet R^mus^ D^nus^ et capitulum, actam consensus ac indemnitatis hinc inde ipsi concedant. Domini maturius super propositis deliberantes, consenserunt dicto Joanni van Marcke hujusmodi actam in forma dari; circa applicationem autem hujusmodi pecuniarum judicarunt magis tutiorem viam esse magisque cautum fore seminario, si induci possint illi qui redditus super praedicto episcopatu habent, ut eosdem ad utilitatem seminarii transportare velint, sin minus, applicentur dictae pecuniae otiosae meliori modo quo possunt.

10 Nov. 1638.

Destination des revenus du séminaire séquestrés.

Actum in capitulo ordinario Mercurii 24 Novembris 1638.

Retulit R[dus] D. decanus in ultima congregatione cleri per R[mum] D. episcopum varia fuisse puncta proposita, super quibus domini debebunt deliberare.

. . . .

24 Nov. 1638. 4° Ipsum R[mum] dominum cum consilio cleri Brugensis intendere transferre seminarium Brugense ad academiam Lovaniensem, in illumque finem petere ut domini deputati capitulorum et abbates in proxima congregatione cleri compareant authorisati a suis respective capitulis et cum illorum assensu, ut modernos provisores ejusdem seminarii vel continuent vel renovent, eosque juramento obligent, juxta formam concilii Tridentini.

Deputantes ad clerum Brugensem R. D decanum et D. cantorem, eosdemque authorisantes ad provisores seminarii ex parte cleri vel continuandos vel innovandos, prout R[mo] domino totique clero visum fuerit.

Dein etiam procedentes ad electionem provisoris dicti seminarii ex parte capituli cathedralis, elegerunt R. D. Christianum van den Berghe, canonicum hujus ecclesiae, ejusdemque seminarii praesidem, qui eandem electionem acceptavit.

Acta capituli Sti Donatiani, dates indiquées.

Actum in congregatione cleri Brugensis, praesidente R[mo] domino, die 26 Novembris 1638.

26 Nov. 1638. Reverendi admodum domini, viso et audito conceptu articulorum (1) pertinentium ad restaurationem seminarii Brugensis et ejusdem ad universitatem Lovaniensem in

(1) Voir document LX, p. CCCXLIX.

collegio minori translationem, praefatum conceptum ut rem idoneam et multum utilem approbarunt, mediante consensu sedis Apostolicae. In quem finem pro provisoribus R[mus] dominus pro sua parte elegit reverendos admodum dominos Carolum van den Bosch, cathedralis S. Donatiani decanum, et Petrum Tristram, praepositum B. Virginis Brugensis. Ex parte autem cleri electus fuit reverendus dominus de Blende, cantor ecclesiae cathedralis, et ex parte capituli cathedralis reverendus dominus Christianus van den Berghe, ejusdem ecclesiae canonicus.

Election des proviseurs du séminaire.

Acta cleri Brugensis, date indiquée.

LX.

Projet de translation du séminaire de Bruges à Louvain.

26 Novembre 1638.

Conceptus articulorum exhibendorum Reverendissimo domino pro restauratione seminarii Brugensis.

Primo, videtur omnino expedire rursus restitui seminarium Brugense, cum propter defectum pastorum et aliorum operariorum in hac dioecesi, tum ad instituendos in posterum bonae indolis juvenes ad munera pastorâlia et alia exercitia iis annexa per eos obeunda.

Utilité de la restauration du séminaire de Bruges,

Videtur autem istud seminarium utilius Lovanium transferendum quam si in hac civitate restituatur propter multiplices rationes inferius adducendas.

et de sa translation à Louvain.

Item videtur magis conducere non collocandos in seminario pueros qui minora studia tractent, sed potius philosophiae et theologiae studiosos, quia cessat modo ratio concilii Tridentini propter quam intendit pueros in seminariis collocandos, cum experientia videamus in scholis Patrum Augustinianorum et societatis Jesu juventutem in magno

Il est plus avantageux d'admettre des élèves en philosophie et théologie; car il existe à Bruges des écoles latines,

numero optime in studiis minoribus institui, ita ut videatur superfluum bona seminarii expendere in eorum instructione, quam nullis expensis aliunde aeque commode possunt obtinere.

le service de la cathédrale n'en souffrira pas,

Secundo, quia nulla etiam existit necessitas pro servitio ecclesiae cathedralis. Illi enim abunde satisfiet per 13 refectionales qui sub salario et emolumentis consuetis poterunt assumi sine magno onere seminarii, idque eo magis quod honesti cives Brugenses filios suos ecclesiae offerant, contenti parvo isto salario, quod hactenus ipsis fuit persolutum, quin etiam sine dubio futurus erit electioni locus, si beneficio R^mi D^ni, ad obtinendas bursas aliis praeferantur idonei reperti.

Qui quidem refectionales poterunt censeri loco seminaristarum et per exercitia in ecclesia ab ipsis obiri solita, et per diligentem magistrorum curam affatim praeparabuntur ad ea ad quae in seminariis ordinarie instituuntur.

et les dépenses seront moindres.

Et quod maxime hic venit existimandnm, si collocentur in seminario minores pueri, procul dubio maximae futurae erunt expensae, eaeque parum utiles in intertentionem ejusmodi puerorum, videlicet domus supellectilis, professorum, praesidis ancillae etc., adeo quod iis exhauriretur non parva pars proventuum seminarii, quibus utilius ali in universitate possent doctiores et provectioris aetatis juvenes, a quibus brevi tempore possent exspectari uberrimi et certi fructus per totum episcopatum. Ubi e contra fructus a pueris expectandi valde sunt incerti dum per aetatem non posset adhuc discerni an statui ecclesiastico sint sese addicturi aut utiles futuri, praesertim cum modo talis sit hic status episcopatus ut requirat promoveri theologos quos brevi possit habere idoneos ministros in diversis locis.

Raisons militant en faveur de la translation du séminaire à Louvain

Supposito igitur, quod utilius futurum sit ecclesiae Brugensi majorum studiorum discipulos in seminario ali, propter easdem fere rationes videtur etiam consultum transferri seminarium Lovanium: excusabuntur etenim

sumptus ordinarii et necessarii ad aedificia seminarii conservanda, salarium praesidis, professorum, ancillarum etc. et supellex domestica, quae omnia procul dubio ad magnam summam debent ascendere, tum, quod maxime hic venit considerandum, in universitate habebunt exercitia ordinaria in scholis et celebriora et crebriora et in collegio exercitia domestica concionum, differentiae casuum et similium ibidem magis vigentium quam extra universitatem.

Videtur autem pro hujusmodi translatione posse eligi Lovanii collegium minus theologorum [1], tum quod ibi vigeant communia exercitia aeque ac in aliis collegiis, tum praecipue quod ibidem fundatae sint septem bursae per eximium dominum Wallium [2], ad quas post consanguineos primo vocantur Brugenses adepti in promotione in artibus locum quadragesimo potiorem; quae bursae propter immutatam annonae caritatem modo reputantur exiguae, eo quod fundatae in redditibus, non accreverint cum rerum [valore]. Quae hac occasione possent ex seminario augeri usque ad plenam taxam judicio R^mi^ D^ni^ et praesidis dicti collegii statuendam, et sic seminario Brugensi perpetuo incorporari cum iisdem obligationibus. Sunt autem illae bursae domini Wallii fundatae singulae ad 50 florenos annue, ultra portionem quam habent ex bonis communibus communiter cum aliis bursis praefati collegii.

au petit collége des theologiens.

Bourses de Wallius.

Et forte non esset inconsultum, si sint adhuc aliae bursae liberae nulli episcopatui adstrictae, sub iisdem conditionibus eas augere et huic seminario incorporare.

Videntur autem pro singulis bursis sufficere centum floreni aut octodecim librae grossorum annue ultra praedicta bona communia, ad hoc ut bursarii habeant plenas expensas,

---

(1) Sur le petit collége des théologiens, voir Reusens: *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, t. XVII, p. ccxxxvii.

(2) Voir document XXVIII, p. cciii. — Gilles Wallius, natif de Bruges, avait été président du petit collége des théologiens.

aut si R^mo D^no hoc magis arrideat, possent ipsis addici plenae expensae ad taxam quae in fine anni patebit ex computu. Ante omnia igitur agendum foret cum facultate theologica quae habet provisionem minoris collegii theologorum, an hujusmodi translationem vellet admittere, de quo vix est dubitandum, quia per eam dictum collegium authoritate et numero studiosorum multum excresceret et habito numero bursarum quae possent creari, posset conveniri cum dicta facultate theologica vel super certo numero bursariorum collocandorum vel indefinite super tot quot videbitur R^mo D^no et provisoribus seminarii expedire, non tamen infra certum numerum designandum.

Qualités et obligations des boursiers.

Harum autem bursarum possent declarari capaces omnes in artibus promoti inter quadraginta primos, callentes linguam Flandricam cujuscumque sint nationis, vi cujus legis doctiores et praecipue universitatis obligabuntur ad serviendum huic dioecesi si privilegio bursarum frui volunt.

Refectionales autem intuitu bonorum quae ex sua fundatione contribuerunt ad seminarium, possent declarari capaces bursae in philosophia (alias idonei inventi), in qua tamen bursa non erunt continuandi ad studium theologicum, nisi in promotione adepti sint locum sexagesimo potiorem, et adimpleant conditiones bursariis omnibus indicendas.

Tenebuntur autem omnes bursarii sese conformare statutis ejusdem collegii, ad quem effectum posset peti exnunc illorum statutorum copia, ut juxta ea haec translatio commodius dirigi possit, et ad animandos illos, quilibet illorum posset in sublevamen expensarum recipere e seminario eam summam ad quam ascendunt jura per facultatem taxata pro actibus disputationum utriusque baccalaureatus et quatuor disputationum pro licentia, remanentibus expensis impressionis thesium, chirotecarum et aliis ad onus eorumdem bursariorum. Tenebuntur insuper bursarii deservire in cura animarum in hoc episcopatu Brugensi ad quam ab episcopo evocabuntur tot annis quot in studio theologico bursa praedicta gavisi fuerint, nisi R^mo D^no episcopo

et provisoribus videatur quod in hoc possint dispensare cum ingredientibus et profitentibus religionem, sic tamen quod si non permaneant ad professionem, teneantur redire ad collegium et perficere sua studia sub iisdem obligationibus quibus ante religionis ingressum.

Tenebuntur item praestare sufficientem cautionem in manibus R^mi^ D^ni^ episcopi Brugensis et provisorum seminarii de reddendis viginti libris grossorum annue, aut tali summa quam perciperent, pro rata temporis quo ejusmodi bursa gavisi fuerint, applicandis ad utilitatem seminarii, si in episcopatu Brugensi in cura animarum tot annis non deservierint vel ob malos mores juste fuerint dimissi.

Nemo autem vocabitur stabiliter ad curam animarum nisi post adeptum baccalaureatum formatum.

Et si contingat aliquem pastorem aut capellanum in dioecesi aegrotare aut propter impedimenta diutius abesse a sua residentia ad duos tres menses plus minus, poterit episcopus Brugensis toties quoties evocare aliquem bursarium presbyterum, ut isti curae seu capellaniae ad tempus deserviat, postea rediturus ad collegium et sua studia continuaturus.

Rappel provisoire ou définitif des boursiers dans le diocèse.

Et vero expediret omnes bursarios semel aut pluries sic evocari ad ejusmodi pastoratus aut capellanias etiam in diversis locis, ut sicut de illorum doctrina vita et moribus constabit per testimoniales et examen, sic de illorum activitate et idoneitate ad praxim pastoralem et hominum conversationem constet per experientiam, quam praxim et modum conversandi tutius addiscent in hujusmodi deservitura provisionali sub directione alicujus pastoris, quam in scholis seu collegio, et hoc modo idoneos sese reddent ut finaliter evocari possint ad officia pastoratuum nomine proprio obeunda. Tempus autem quod in hujusmodi deservituris consument possent eis computari in exonerationem annorum quos tenentur insumere in servitio episcopatus.

Similiter posset evocari bursarius ad deservituram, si

contingat aliquem pastorem aut capellanum ob inidoneitatem vel aliqua demerita remitti ad studia, vel alio quocumque casu occurrente.

Ut autem ad hujusmodi deservituras bursarii citius se praeparent ubi ad aetatem requisitam pervenerint, aliasque idonei reperti, curabunt se promoveri ad sacros ordines sub titulo eis a R^mo^ D^no^ providendo, et hac occasione poterit episcopus plurimis pagis et locis providere de capellanis, nunc his nunc illis, saltem ad missam matutinalem celebrandam et ad catechismum aliaque exercitia quae iis poterunt injungi.

Si vero contingeret aliquem ex pastoribus aut cappellanis episcopatus velle perficere sua studia ut adipiscatur gradum licentiae, eaque de causa contingat eum debere abesse ad plures menses, annum et amplius, poterit tunc de licentia episcopi evocari aliquis bursarius ad deservituram hujusmodi curae aut capellaniae eo tempore obeundam, sub emolumentis curae seu capellaniae aut aliis per episcopum assignandis, et ille pastor seu capellanus collocari in collegio sub emolumento bursae, si petat, sub obligatione serviendi in episcopatu ad ratam temporis quo denuo bursa gavisus fuerit, nisi autem abunde deservierit, alias ut commensalis, et sine nova obligatione serviendi in episcopatu.

Qui quidem conceptus ut facile potest in usum deduci, sic ideo maxime venit non improbandus, quod cum tempore providebitur dioecesi de viris doctis et plerisque licentiatis beneque exercitatis in praxi pastorali ac modo conversandi.

Archives de l'evêché de Bruges. Fonds : *Séminaire.*

LXI.

Résultat des négociations entre le vicariat de Bruges et la faculté de théologie de Louvain au sujet de la translation du séminaire.

15 *Martii. Praesentibus in ordinaria congregatione dominis cantore, poenitentiario et van den Berghe.*

Idem dominus van den Berghe (1) Lovanio reversus, retulit varia per eum acta in negotio translationis seminarii Brugensis ad eandem universitatem, et signanter quod bursae theologiae Rmi domini Curtii, primi episcopi Brugensis, sint adeo tenues ut plane deserantur, imo quod provisores istarum bursarum parati sint permittere bursariis earumdem bursarum ut habitent in aliis collegiis dictae universitatis, eo quod idem collegium Houterle (2) sit

15 Mars 1639.

Etat des bourses de Curtius.

(1) Chrétien van den Berghe venait d'être nommé receveur du séminaire. « 13 Februarii 1639. Rmus D. et reliqui provisores seminarii Brugensis commiserunt receptionem bonorum seminarii R. D. Christiano van den Berghe S. T. licenciato et canonico ecclesiae cathedralis Brugensis et ejusdem seminarii praesidi, donec aliter per praedictos RR. DD. provisores resolutum fuerit. » (*Acta episcopatus*, date indiquée.)

Ce fut un des derniers actes de Servais de Quinckere. En effet il mourut le 3 Mars 1639. Le chapitre confia l'administration du diocèse, *sede vacante*, à trois vicaires généraux, Charles van den Bosch, doyen de St Donatien, Pierre de Blende, chantre, et Jean Beltram, pénitencier, auxquels il adjoignit Chrétien van den Berghe, pour suppléer la place de l'un des trois précédents en cas d'absence ou de maladie. (*Acta capituli Sti Donatiani* 3a *Martii* 1639.)

(2) Voir document X, page cxx, note 1.

plane dissolutum propter tenuitatem; et si domini Vicarii velint aliquem idoneum ad bursam praesentare, quod sit spes obtinendi ab iisdem dominis provisoribus quod bursario ultra bursam, quae est quinquaginta florenorum annue, ex arrieragiis cessis tempore desertionis, suppleatur usque ad plenas expensas mensae.

Collations diverses.

Quibus auditis, domini praesentarunt ad unam bursarum per praedictam desertionem vacantem, magistrum Franciscum Boulaert destitutum choralem ecclesiae cathedralis, decernentes per litteras hoc indicandum eximio domino Mercerio [1], eique commendandum ut juxta praedicta suppleatur ei integra mensa ex praedictis arrieragiis, differentes dispositionem alterius bursae eodem modo vacantis, donec viderint successum negotii.

Eodem. Ad bursam philosophicam R^mi^ domini Curtii fundatam in Lilio Lovanii, vacantem per promotionem magistri Francisci Boulaert, domini praesentarunt Paulum Baudens filium Pauli, logicum in eodem pedagogio, cum decreto litterarum.

Martis 17 *Maii. Praesentibus in ordinaria congregatione dominis decano, cantore et poenitentiario.*

17 Mai 1639.

Attento quod parva sit spes quod bursarii R^mi^ Curtii, de quibus supra 15 Martii, poterunt gaudere emolumentis earumdem bursarum cessis tempore vacationis, adeoque M. Franc. Boulaert, eadem die ad alteram earumdem bursarum praesentatus, non habeat sufficienter unde vivat, D^ni^ eumdem ad secundam bursam eodem modo vacantem etiam praesentarunt.

Comparens D. A. Boucherie, secretarius R^mi^ D^ni^ episcopi defuncti; exhibuit sua registra episcopatus et diversa

(1) Guillaume Merchier était président du collége du pape Adrien VI, depuis le 19 Août 1625.

munimenta quae habebat, commendans se bonae gratiae dominorum sive pro subsidio ad prosequenda sua studia theologica, sive alias, prout dominis videbitur expedire. Domini attendentes quod defectu tituli et aetatis non possit promoveri ad presbyteratum, judicarunt expedire ut prosequatur sua studia, dantes spem bursae ex seminario Brugensi, si dominis provisoribus seminarii placeat per modum probae aliquas bursas distribui, donec super translatione seminarii per futurum episcopum resolvatur. Ad quod decreta fuit convocatio eorumdem DD. provisorum ad palatium in horam 11[am] diei sabbathi proxime futuri.

21 *Maii Sabbathi. Praesentibus in ordinaria congregatione dominis decano, cantore et poenitentiario.*

Comparentes deinde R[dus] D. Petrus Tristram, praepositus B. Mariae Brugensis et R. D. Christianus van den Berghe, canonicus cathedralis una cum praedictis DD. decano et cantore, provisores seminarii Brugensis juxta actam 17 hujus convocati, attenta penuria sacerdotum qui dimitti possint ad curas animarum occasione diversarum difficultatum circa dissolutionem et suspensionem studiorum in seminario, judicarunt expedire per modum probae et donec aliud finaliter resolvatur per R[mum] D. episcopum futurum dictosque dominos provisores, quod aliquot theologi sese offerentes, et a probis moribus et ingenii idoneitate commendati, dimittantur ad collegium Pontificis (1) Lovanii ad perficiendum sua studia theologica, salva eorum obligatione de praestando servitio huic episcopatui in cura animarum, ante illorum decessum stipulanda in scriptis. Pro quibus studiosis sic dimittendis solventur integrae expensae mensae ex bonis seminarii, ad taxam com-

21 Mai 1639.

Envoi provisoire des théologiens au collège du Pape.

(1) Sur le collège d'Adrien VI, dit du Pape, voir Reusens, *Analectes* etc. t. XVIII, p. 87.

mensalium ibidem convictitantium, aut centum florenorum annue si ad idem collegium finaliter fiat translatio seminarii Brugensis, ad quam taxam centum florenorum pro quolibet praeses istius collegii declaravit sese acceptaturum eo casu bursarios seminarii Brugensis. Et admissi fuerunt ad hujusmodi bursas seminarii: D. Michael Wouters, D. A. Boucherie, secretarius R^mi D. episcopi defuncti, et D. Paulus Cisson, S. T. baccalaurei formati; et, salva simili obligatione et cautione, addictum fuit M. Francisco Boulaert supplementum ejus quod ipsi deerit ultra utramque bursam theologicam R^mi D. Curtii usque ad integras expensas mensae ut supra. Data commissione praedicto domino van den Berghe receptori seminarii ut praedictam resolutionem transcribat praedicto domino praesidi collegii Pontificis, ad effectum ut, si ipsi arrideat, praenominati studiosi quantocius dimittantur.

Martis 24 Maii. Praesentibus in ordinaria congregatione dominis cantore, poenitentiario et van den Berghe.

24 Mai 1639. Comparentes DD. Michael Wouters A. Boucherie et Paulus Cisson, in praeterita congregatione admissi ad provisionales bursas desumendas ex seminario Brugensi, egerunt desuper dominis gratias, declarantes se paratos obligari episcopatui Brugensi ad subeundum in ea curam animarum ad duplicem terminum annorum, pro rata annorum quibus hujusmodi bursa gaudebunt, attento quod paucis annis indigeant ut studia theologica absolvant. Domini eorum declarationem acceptarunt, redigendam in scriptis et per dominos approbandam priusquam dimittantur.

Comparens D. Jacobus Willems, presbyter capellanus S^ti Basilii et phonascus ecclesiae cathedralis, pro parte M. Francisci Boulaert ejusdem ecclesiae quondam choralis,

egit dominis gratias pro supplemento mensae ei addicto ex seminario.

Sabbathi 11 Junii. Praesentibus in ordinaria congregatione dominis decano, cantore et poenitentiario.

Commissum fuit domino van den Berghe, canonico provisori et receptori seminarii, quatenus bursarios ejusdem seminarii per modum probae assumptos 21 Maii praeterito quantocius dirigat Lovanium ad collegium Pontificis, donec super translatione seminarii finaliter fuerit resolutum. 11 Juin 1639.

20 *Septembris* 1639. *Praesentibus in ordinaria congregatione dominis cantore, poenitentiario et van den Berghe.*

Ad libellum Danielis de Meunynck, destituti choralis B. M. Brugensis, supplicantis pro adjutorio bursae ex seminario Brugensi ad prosequenda studia philosophica, domini responderunt quod circa bursas philosophicas dandas ex seminario nihil sit resolutum, quodque desuper nihil possint disponere sine aliis dominis provisoribus.

5 *Novembris. Praesentibus dominis decano, cantore et poenitentiario.*

Visis testimonialibus MM. Philippi Luda et Joannis B. des Gardyns, promotorum in artibus Duaci, domini eos admiserunt in bursarios seminarii Brugensis et in futuros theologos Lovanii, sub obligationibus et fidejussione consuetis. Collations diverses.

26 *Novembris* 1639. *Praesentibus DD. decano, cantore, poenitentiario et van den Berghe, provisore seminarii.*

Visis testimonialibus M. Antonii Vondele, destituti choralis ecclesiae cathedralis Brugensis, quibus inter alia asseritur eum esse Lovanii promotum in artibus loco 41°, domini eum assumpserunt in bursarium seminarii Brugensis eodem modo et forma quo alii fuerunt missi Lovanium, salva obligatione et fidejussione consueta.

29 *Decembris* 1639. *Praesentibus DD. cantore, poenitentiario et van den Berghe.*

Ad alteram bursam theologicam Lovanii fundatam per R^mum^ Curtium jam dudum vacantem praesentatus fuit M. Andreas Cranne, S. T. baccalaureus Lovanii, cum decreto litterarum.

Duae bursae fundatae in seminario Brugensi per R^um^ de Rodoan collatae fuerunt Joanni Coudenhove, Philippi de Rodoan ex ejus filia nepoti, philosophico studioso Lovanii, cum decreto litterarum.

Archives de l'évêché de Bruges : *Acta vicariatus post obitum S. Quinckeri*, dates indiquées.

LXII.

Dépositions des chanoines interrogés sur l'état du diocèse, après la mort de l'évêque Servais de Quinckere.

Informatio habita per nos, Henricum de Gaule, presbyterum, jurium licentiatum, canonicum, scholasticum ecclesiae cathedralis et officialem episcopatus Brugensis, sede vacante per obitum R^mi^ D^ni^ Servatii Quinckeri, septimi Brugarum episcopi, a capitulo ejusdem ecclesiae debite deputatum in vim requisitorialium et authorizationis ab Illustri et R^mo^ D^no^ D. Richardo Paulo Stravio J. U. D. protonotario apostolico, archidiacono et canonico ecclesiarum metropolitanae Cameracensis et cathedralis Atrebatensis, necnon sanctissimi in Christo Patris ac D^ni^ N^ri^ D^ni^ Urbani divina providentia Papae octavi, ejusque sanctae sedis in Belgicis ditionibus atque Burgundiae comitatu Internuntio, emanatarnm et datarum Bruxellis, hoc anno millesimo sexcentesimo trigesimo nono, die decima octava hujus mensis Junii, signatarum R. P. Stravius Internuntius Apostolicus. 18 Juin 1639.

Actum hac vigesima secunda Junii anni millesimi sexcentesimi trigesimi noni. 22 Juin 1639.

Reverendus admodum D^nus^ D. Carolus van den Bosch, presbyter, jurium licentiatus, decanus et canonicus ecclesiae cathedralis S^ti^ Donatiani Brugensis, Ser^mo^ Ferdinando S. R. E. cardinali, archiduci Austriae, provinciarum Belgii et comitatus Burgundiae gubernatori, a sacris, necnon vicarius in spiritualibus et temporalibus sedis episcopalis Brugensis vacantis, ac pro clero Brugensi in ordinibus Flandriae deputatus, oriundus Bruxella oppido ducatus Brabantiae, aetatis.... annorum, testis evocatus et requisitus,

praestito juramento et in verbo sacerdotis manu dextera pectori adhibita, et ad dicti juramenti praestationem prius a nobis debite interpellatus, dicit, deponit et testatur ad singulos articulos dictorum interrogatoriorum junctorum uti sequitur.

Séminaire.

Ad duodecimum articulum: *An in dioecesi erectum sit seminarium, quot in eo pueri alantur, et quae sit causa scientiae?* — Dicit in civitate Brugensi seminarium esse in quo hactenus diversi bursarii sacrae theologiae studuerunt, pastoratibus deserviendis in diocesi Brugensi destinati: indotatum tamen est, aluntarque studiosi partim ex fructibus aliquorum beneficiorum seminario incorporatorum, partim sumptibus ipsius episcopi, non praefixo numero studiosorum.

Verum, propter diversa et utilissima exercitia quibus in universitatibus Lovaniensi et Duacensi theologi ibidem studentes ad curam animarum instituuntur, R^mus^ Servatius piae memoriae, cum consilio dominorum provisorum seminarii transferendum dictum seminarium ad universitatem Lovaniensem censuit, eaque de re cum universitatis deputatis per commissarium eo missum egit, sed res intercepta morte ipsius, ad effectum perduci non potuit: perducenda autem speratur ob evidentem diocesis utilitatem inde proventuram. Habet autem idem seminarium domum satis dissitam ab ecclesia cathedrali ratione cujus, uti pro parte spectante ad quosdam juvenes clericos, qui in dicta ecclesia sacrificio et horis canonicis quotidie assistunt, sex refectionales nuncupatos, hi quaedam annue ex bonis ejusdem seminarii percipiunt ad sui alimentationem; percepta demum ab episcopo, capitulo suo, seu provisoribus idoneitate et spe capacitatis, quod in vinea Domini aliquando sint iidem futuri fideles ministri, ad dictas bursas etiam promoveri possunt, et ad majora studia transmitti ad dictas universitates, habito desuper prius judicio capituli, quod illos in schola propria suis impensis, assignatis praeceptoribus

tam in litteris quam cantu et Ecclesiae ritibus instrui curat, quorum etiam numerus defectu proventuum juxta fundationem et institutionem ad tredecim augeri modo non potest, prout sibi domino deponenti, qui tanquam provisor legitime constitutus cum aliis quibusdam, omnibus ejusdem seminarii negotiis, ratiociniis et dispositionibus intervenire solet, notum est.

Actum vigesima quinta mensis Junii anni millesimi sex- centesimi trigesimi noni. 25 Juin 1639.

Reverendus admodum dominus D. Jacobus de Damhoudere, presbyter, J. U. licentiatus, canonicus ecclesiae cathedralis sancti Donatiani Brugensis, ex dicta civitate oriundus, aetatis circiter septuaginta unius annorum, testis evocatus et requisitus medio juramento solemni pro solito manu dextera pectori sacerdotali apposita, post praelectionem petitam dictorum interrogatoriorum dicit, declarat et deponit uti sequitur.

Ad duodecimum articulum : dicit quod ab aliquot jam defunctis episcopis Brugensibus studium omne collocatum fuerit circa promotionem seminarii diocesani, pro qua domum compararunt commodam satis pro studiosis ibidem collocandis, qui theologiae studerent, quorum hucusque indeterminatus fuit numerus; qui ibidem ex liberalitate episcoporum vixerunt et ex unionibus beneficiorum aliquot legitime factis, sub onere tamen adimpletionis missarum incumbentium ex fundationibus, quae omnia in esse et in statu fuerunt, donec R^mo^ Servatio piae memoriae ob evidentem utilitatem ecclesiae suae cum consilio et assensu suorum conprovisorum praestare visum fuerit dictos studiosos ad universitatem Lovaniensem vel Duacensem destinare, sed sua morte res illa interrupta mansit, commissario quodam canonico in eum finem ad universitatem Lovaniensem frustra misso. Sunt et quidam pueri, partim clerici partim non, in ecclesia cathedrali, sex modo numero, refectionales nuncupati, qui tamen ex instituto tredecim

esse deberent, sed exiguitas fundationis hoc non permittit, qui ratione alicujus juris in dictam domum percipiunt annue quaedam ad sustentationem necessaria, uti etiam magistris a capitulo deputatis, qui in schola privata illos docent rudimenta fidei, literas humaniores, cantum gregorianum et musicam, necnon caeremonias, ritusque ecclesiasticos satisfit annue pro merito ex bonis seminarii; suntque iidem pueri, ubi ipsorum idoneitas et ingenuitas innotuerunt episcopo et provisoribus, promovendi ad studia majora, uti sibi deponenti ex computibus dicti seminarii et aliis desuper in capitulo ecclesiae cathedralis actis hactenus patuit et cognitum est practicatum fuisse.

27 Juin 1639. *Actum hac vigesima septima mensis Junii anni millesimi sexcentesimi trigesimi noni.*

Reverendus dominus Bernardus van Thienen, presbyter, jurium licentiatus, canonicus ecclesiae cathedralis sancti Donatiani Brugensis et sigillifer curiae episcopalis ibidem, patria et nativitate Brugensis aetatis annorum . . . . testis vocatus et requisitus, medio prius solemni juramento, dicit declarat et deponit uti sequitur.

Séminaire. Ad duodecimum: dicit quod domus aliqua honesta et commoda excipiendis studiosis exstat, in qua hactenus non designato numero, studiosi theologiae habitarunt, suaque quoad victum requisita habuerunt; donec R^mo Servatio uti et ea in parte sibi assistentibus provisoribus a clero constitutis studiosos majoris praestolati boni causa mittendos ad aliquam universitatem convenire visum fuit, in quem finem destinatus fuit quidam canonicus ecclesiae cathedralis qui desuper cum facultate theologica Lovaniensi ageret, et stipularetur conditiones, sed superveniente morte R^mi Servatii........ [1]

Archives de l'évêché de Bruges. — *Status episcopatus.*

---

(1) Le reste manque.

LXIII.

Règlement pour le *phonascus* et les choraux.

Regulæ pro phonasco et choralibus ecclesiae cathedralis sancti Donatiani Brugensis. 12 Nov. 1643.

Admodum RR. DD. decanus et capitulum ecclesiæ cathedralis S[ti] Donatiani Brugensis, examinato statu choralium prædictæ ecclesiæ, ad facilitandam eorum directionem in studiis ac moribus, ordinant et præscribunt circa eos observanda puncta, seu regulas infra scriptas, pro majori parte desumptas ex antiquis regulis choralium, et antiqua consuetudine circa eos observata.

1. Imprimis curabit phonascus, ut pueri sibi commissi non solum participent in cantu, sed multo magis in virtutibus et pietate, in quem finem accommodabit in dormitorio ipsorum aliquem locum ornatum aliqua imagine, coram qua quotidie, præsente ipso phonasco, preces communes præscribendas legant mane antequam veniant ad matutinum, et vespere priusquam decumbant. Piété.

2. Circa quem locum semper aderit aqua lustralis, qua se omnes ante et post preces aspergant. Prières du matin et du soir.

3. Eaedem preces alta voce legentur per alterutrum duorum seniorum choralium, alternis septimanis, et is cujus septimana ad legendum adveniet, semper curabit prædictam aquam lustralem renovari.

4. Singulis primis dominicis mensium et præcipuis festis, omnes peccata sua confitebuntur, et de mensa Domini communicabunt, qui ad id per ætatem reperiuntur idonei et sufficienter instructi, idque quantum fieri potest, simul cum refectionalibus in eadem missa. Confession mensuelle et communion.

5. Mane omnes surgent una media hora ante matutinum, et vestiti se component ad preces prædictas, Lever.

quibus absolutis, omnes descendent et debite se lavabunt, ut nitidi simul procedant ad ecclesiam.

Prières pour le fondateur.

6. Post matutinum phonascus cum choralibus quotidie accedet ad sepulturam domini Joannes van der Coutere in navi ecclesiæ, ibidemque leget psalmos *Miserere* et *De profundis* cum *Pater noster*, versiculis et collecta pro sacerdote defuncto, ac collecta *Fidelium Deus* etc[a]. — Et si contingat phonascum abesse a matutinis, curabit eosdem psalmos ibidem cum choralibus legi per aliquem vicarium ad hoc requirendum, et per seniorem choralium ad hoc monendum toties quoties.

Messe dite *Halfhonder*.

7. Deinde chorales accedent ad sacrum dictum *Halfhonder*, ibidemque cantabunt, sub quo sacro modeste se gerent, et pie absque ullis fabulis sub poena carendi jentaculo ipso facto incurrenda, ad quod phonascus specialiter invigilabit, pœnamque e contra diligenter executioni mandabit, non tamen tenebitur idem phonascus eidem sacro quotidie adesse.

Déjeuner.

8. Post missam *Halfhonder*, aut aliam forte cantandam, omnes simul sument jentaculum.

9. Post jentaculum applicabunt se ad studia, vel ibunt ad scholas si sit eundum.

Leçon de chant.

10. Diebus feriatis ab hora 11[a] usque ad 12[am] habebitur schola cantus in ambitu, præsente phonasco.

Dîner.

11. Hora 12a omnes simul prandium sument, et hoc in præsentia phonasci, quantum fieri potest; si alicubi fuerit invitatus, curabit saltem antequam discedat, ut, præmisso *Benedicite*, omnia circa mensam debite sint disposita..

Conservation de la voix.

12. Non permittantur chorales sæpius manducare cruda acetosa, aut alia corruptiva vocum.

Récréation.

13. Post sumptum prandium omnes poterunt vacare usque ad primam horam, qua diebus ferialibus omnes modeste procedent ad scholas, diebus dominicis et festis ad lectionem catechisticam in schola.

14. Post Vesperas diebus dominicis et festis, et veniæ,

poterunt modeste ludere in coemeterio usque ad Laudes.

15. Post Laudes nunquam ludant, sed vel studiis vel cantui diligenter incumbant usque ad coenam.

16. Diebus ferialibus statim post Laudes habebitur schola cantus ad unam horam, ad quam etiam refectionales comparebunt, et in qua chorales specialiter instruentur in iis, quæ sequenti die per eos erunt decantanda in choro. Leçon de chant commune aux réfectionaux et aux choraux.

17. Stricte etiam inhibetur ne chorales cursitent per plateas, aut in iis ludant.

18. In æstate hora 7ma et in hieme hora 6^{a} omnes simul coenabunt, et hoc in præsentia phonasci sicut in prandio. Souper.

19. Post coenam in æstate poterunt vacare usque ad 8^{vam} et in hieme usque ad 7^{mam} et non ultra.

20. Hora 8va aut 7^{a} procedent ad preces vespertinas legendas ut mane in præsentia phonasci et deinde decumbent. Coucher.

21. Nullus choralium alio ducatur aut dimittatur ad cantandam musicam quocumque tempore præsertim vespertino, vel sub divino ecclesiæ officio sine prævia licentia D. D. decani, cantoris vel coadjutoris. Les choraux ne chanteront pas ailleurs sans permission.

22. Advigilabit item phonascus, ut quando chorales in corpore comparuerunt in aliquo officio divino, aut ad alias functiones incumbentes, completo eodem officio omnes simul deducat domum, nisi forsan adsit rector scholarum, qui in hoc ejus vices suppleat. Retour des offices.

23. Item advigilabit ut in omni officio divino omnes juvenes deputati ad cantandum antiphonas, versiculos, responsoria, aut gradualia, tempestive se sistant in choro locis ad ea respective ordinatis, et ne per chorum cursitent aut dissolute transcurrant. Ponctualité.

24. Et ut pueri in pietate se melius exerceant, dabitur cuique Rosarium et libellus pius quibus uti poterunt tempore divini officii in choro, et phonascus curabit eumdem libellum et Rosarium debite per eos conservari, ejusque sive eorum exhibitionem sibi fieri singulis trimestribus, aut alias ubi videbitur opportunum. Dévotion.

Enfants étrangers. 25. Omnes pueri extranei, quos phonascus ad convictum forte admitteret, præscriptis regulis se omnino conformare tenebuntur, qui si extraneas scholas frequentaverint, aut suis exercitiis incumbere debent, nullatenus poterunt ludere in coemeterio, ambitu aut domo phonasci.

Fréquentation du chœur obligatoire pour le *phonascus*. 26. In frequentatione divini officii phonascus erit obligatus comparere sicut alii vicarii ad hoc ut lucretur distributiones et alia lucra chori.

Inventaire. 27. Denique fiet inventarium omnium librorum cantionum et instrumentorum musicalium spectantium ad ecclesiam, sub quo inventario phonascus eadem omnia recipiet et conservabit.

Omnes prædictæ regulæ fuerunt per præfatos R. R. admodum D. D. decanum et capitulum ecclesiæ cathedralis Brugensis ordinatæ et præscriptæ in eorum loco capitulari speciali omnium convocatione, anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, mensis Novembris die duodecima.

Arch. de l'évêché de Bruges. — Fonds : *Schola Sti Donatiani.*

LXIV.

Règlement pour le *rector scholarum* et les réfectionaux.

Regulæ pro rectore scholarum ejusque schola et refectionalibus.

12 Nov. 1643. Admodum RR. DD. decanus et capitulum ecclesiæ cathedralis sancti Donatiani Brugensis, habita matura relatione RR. DD. confratrum suorum ad hoc specialiter deputatorum de facta per eos visitatione scholarum prædictæ

suæ ecclesiæ, tam in doctrina quam moribus ac alias, et præmissa desuper matura deliberatione, pro utiliori earumdem scholarum directione ac desiderato juventutis profectu, duxerunt fore statuenda puncta infrascripta, prout eadem statuunt et decernunt per præsentes, saltem per provisionem, donec juxta rei exigentiam alia decernenda occurrent, mandantes rectori earumdem scholarum ut eadem omnia et singula observet et observari procuret.

1. Imprimis rector scholarum doceat et repetat pro omnibus juvenibus omnia humaniora a figuris inclusive, nullamque partem figuræ aut aliorum librorum intermittat; quotidie in iis lectiones præscribat. easdem sequenti die explicet, et in iisdem examinet etiam consequenter. Ordre intérieur des classes.

2. Neminem dimittat ad scholam ulteriorem, aut ab hujusmodi repetitione excuset, nisi ex judicio DD. ad examen juventutis deputatorum, eoque fine omnes et singulos quos volet ad ulteriorem classem dimittere, aut ab hujusmodi repetitione excusare, sistet examini eorumdem DD.

3. Ordinarie aut ad minimum tertio in septimana det themata, eaque composita et concinne dictata, et non in aëre proposita aut de quacumque materia indefinite, dictaque themata per juvenes relata, publice legat et corrigat in scholis, et omnino procuret hujusmodi themata sic correcta per juvenes retineri in suis chartaceis libris thematum, cum annotatione datæ cujusque thematis per Idus et Kalendas, ut hac ratione numeros Romanos addiscant et in futuro examine appareat quid quantumque quisque ab ultimo examine profecerit.

4. In docendo non servetur ordo classium, sed lectiones et ministeria juvenum per rectorem scholarum sic disponantur ut omnes in schola adsint quorum lectio seu thema examinabitur, et ad ministeria tam chori quam missarum non dimittantur nisi illi quorum lectio seu thema ea hora non tractabitur.

5. Si vero propter absentiam, et impedimentum aliquorum juvenum judicet aliquando examen et lectiones thematum

fore differendas, præscribat præsentibus componenda themata, sed tempore hujusmodi compositionis ac alias non ita se absentet a schola, quin continuo possit audire et scire qualiter juvenes sese gerant in schola.

Martyrologe. 6. Singulis diebus ante cantandam primam, curet rector sibi præcantari martyrologium diei per eum qui id debet cantare in choro, eumque debite instruat in quantitatibus syllabarum martyrologii.

Usage de la langue latine. 7. Introducatur cum effectu ut omnes juvenes in schola et communi frequentatione circa ecclesiam, non nisi loquantur latine, et ad hoc resumatur exercitium signi linguæ Flandricæ ac Gallicæ, citra excusationem cujusquam, et cum executione poenæ statuendæ contra eos qui tertio aut quarto in septimana fuerunt defectuosi; in qua executione cum discretione dissimulabitur cum minoribus qui nondum sunt dimissi ad grammaticam.

Bonne conduite. 8. Similiter introducatur signum malorum morum, et doceantur juvenes abstinere a pugnis, a verbis scurilibus, inhonestis et injuriosis, a fabulis in choro, ecclesia aut sacristia, aut similibus, etiam cum executione poenæ contra defectuosos statuendæ, ut supra. Item doceantur exhibere debitam reverentiam altari, R^mo^ D^no^ episcopo, et RR. DD. de choro tam intra quam extra chorum, idque non perfunctorie et quasi cum contemptu, et ad hæc quandoque animentur per bonas notas et parvula præmiola.

Heures des leçons. 9. Servetur præcise hora scholæ scilicet mane ab octava usque ad undecimam, et a prandio a prima usque ad quartam; dissimuletur tamen cum rectore quoad schólam, compareat a prandio dumtaxat ad medium secundæ, dummodo curet advigilari ut juvenes ante ejus adventum modeste se contineant, et ad quamlibet frequentationem scholæ per aliquem ad hoc deputandum audiantur omnium lectiones et ignorantes annotentur.

Ponctualité. 10. Et ut tollatur omnis excusatio, fient duæ claves scholæ, quarum una tradetur uni refectionalium, altera uni choralium juxta turnum per rectorem statuendum, qui

hora 8ª et hora 1ª curent scholam esse apertam sub poena etiam sine dissimulatione executioni mandanda.

11. Diebus sabbatinis recitentur lectiones catechisticæ et rector explicet catechismum et omnino curet unumquemque in eo esse sufficienter instructum, signanter in scitu necessariis ad salutem et pietatem, eoque fine omittat rector omnes exhortationes quas hactenus habuit super evangeliis dominicalibus. Catéchisme.

12. Diebus dominicis et festis similiter recitentur lectiones catechisticæ ab hora prima, et ad medium secundæ rector pergat in explicatione catechismi.

13. Singulis primis dominicis mensium et præcipuis festis, omnes refectionales peccata sua confitebuntur, et de mensa Domini communicabunt, qui ad id per ætatem reperientur idonei et sufficienter instructi, idque quantum fieri potest, simul cum choralibus sub eadem missa. Confession mensuelle et communion.

14. Advigilabit item rector ut quando refectionales in corpore comparuerint in aliquo officio chori, expleto eorum officio, personaliter omnes simul deducat ad scholas, nisi forsan adsit phonascus qui ejus vices suppleat. Retour après les offices.

15. Nullatenus etiam permittat aliquem discipulorum ludere in cœmeterio aut schola tempore divini officii aut concionis habendæ in hac ecclesia.

16. Juvenes non nisi semel in septimana vacent a prandio, præter diem sabbatinum, quo stabiliter vacabunt; ordinarie autem vacabunt diebus Martis, nisi propter impedimentum occurrens, de licentia R^di D^ni scholastici alium diem rector ad hoc elegerit, et si occurrant duo festa in eadem septimana, tum in eadem septimana non poterunt vacare. Récréations.

17. Instituetur autem generale examen (1) juventutis prima die feriata cujusque trimestris per RR. DD. scholasticum et capituli deputatos eligenda, quale examen primo fiet in mense Januario 1644. Examen trimestriel.

---

(1) Voir document LXV, p. CCCLXXII.

18. Denique rector ita in omnibus se gerat juvenesque sibi commissos ita dirigat, ut cum effectu appareat eum procedere ex zelo pro obtinendo congruo eorum fructu in pietate, studiis ac moribus.

19. Prædictæ omnes regulæ fuerunt per præfatos admodum RR. DD. decanum et capitulum ecclesiæ cathedralis Brugensis ordinatæ et præscriptæ in eorum loco capitulari, præmissa speciali omnium convocatione, anno Dni millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, mensis Novembris die duodecima.

Ita habetur in præfato registro, quod testor,
P. J. De Villegas, Can. Secr.

Archives de l'évêché de Bruges. — Fonds : *Schola Sti Donatiani.*

LXV.

Instructions sur la manière de procéder à la visite de l'école de St Donatien et à l'examen des élèves.

Instructio ad examen juventutis et visitationem scholarum.

12 Nov. 1643.

1. Imprimis quilibet juvenis examinandus in litteris quas docetur, et de ejus fructu et idoneitate habeatur nota in scriptis. Et fiat summaria inquisitio an ex se habeant aliquam inclinationem ad statum particularem et qua ratione, et an a nemine inducantur. Cujus aetatis sint.

2. Item quilibet juvenis adferat librum thematum et habeatur nota a quo tempore quisque liber sit inchoatus,

et examinetur ordo et methodus thematum et quot themata dentur per hebdomadam, et signanter exhibeant ultimum thema ac designent diem quo fuit dictatum.

L'examen aura pour objet les progrès et la conduite des élèves,

3. Item quilibet juvenis examinetur quanto tempore studuerit linguae latinae et fuerit in qualibet schola.

An et quoties dentur novae lectiones et signanter quando sit data ultima lectio eamque recitent.

4. Quinam libri doceantur in qualibet schola et adferantur, et examinentur juvenes in lectionibus novissime explicatis et inquiratur de modo explicationis.

5. An et quoties examinent juvenes in suis lectionibus et an juvenes examinentur per ordinem consequenter, sic ut nullus praetermittatur.

6. An sit distributio locorum juxta meritum doctrinae et diligentiae cujusque.

7. An sit praescriptum ut quisque loquatur latine et ad hoc non sit institutum signum, ut vocant, et de defectibus habeatur nota.

8. An similiter non sit institutum signum malorum morum.

9. An magister non absit a schola et quoties.

10. An et quoties det veniam per septimanam.

11. Qua hora veniat ad scholas tam mane quam a prandio, et qua hora recedat.

12. An dum abest a schola non mittat aliquem qui suppleat ejus vices, et quem.

13. An tempore officii divini saepius exeat e schola, et quamdiu maneat extra scholam et quo vadat et cum quibus, et an tempore scholae non ambulet in ambitu aut coemeterio aut vadat ad domos vicinas et ad quas, et quamdiu.

14. Quando magister exit e schola, quid juvenes faciant in schola, an non fabulentur, ludant, rixentur, et pugnent sic ut quandoque lacerent togas, collaria aut vestes.

15. An quando tabellarius visitat scholas ut sciat an illic sic magister tempore divini officii, aliquando non

exploserint juvenes eidem tabellario, quando, quoties, quomodo, an cum pulsu pedum, clamoribus et irrisionibus, an praesente magistro. An hoc non faciant sciente magistro vel ex ejus instructione.

16. An nulli juvenes tam alumni ecclesiae quam alii loquantur verba inhonesta aut scurrilia, et qui, et qualia verba.

17. An magister hoc sciat, et quomodo eos corrigat et moneat.

18. An juvenes in absentia magistri non ferant potum et cibum ad scholas, et an ibi bibant, quoties, quantum et qualem potum, et unde ea quaerant.

19. An similiter non quaerant potum pro magistro scilicet cervisiam, vinum absynthiacum aut vinum adustum, quoties, quando et unde quaeratur et quantum.

l'exactitude et la moralité du maître.

20. An et cum quibus magister bibat.

21. An quando magister venit ad scholam non advertatur quod fecerit excessum in potu, quando, quoties, an mane, an a prandio.

22. An quando sic excessit in potu in schola non dormiat, quamdiu et quoties.

23. An post talem excessum nunquam exoneraverit stomachum in schola praesentibus juvenibus, quoties, quando, et quibus praesentibus.

24. An propter defectus commissos non castiget juvenes, ubi, quando, et an solus an vero praesentibus juvenibus.

25. An non doceatur catechismus, et pro quibus juvenibus. An et quoties detur lectio catechistica. Quando sit data novissima lectio. Quisque juvenis recitet novissimam lectionem.

26. An magister habeat exhortationes catechisticas et an examinet in catechismo, quoties et quando. An juvenes vadant ad conciones.

27. An et qualiter juvenes instruantur in pietate et bonis moribus, ac reverentia exhibenda R^{mo} D. episcopo

RR. DD. decano canonicis et aliis sacerdotibus tam hujus ecclesiae quam aliis.

28. An et qualiter instruantur circa modum examinandi conscientiam, confitendi, communicandi.

29. Quoties confiteantur et communicent.

30. An magister non quaerat invitari a parentibus juvenum. An saepius invitetur. A quibus, quoties et qua de causa. An non ostendat aliquam aversionem aut saltem minorem curam erga juvenes a quorum parentibus non invitatur.

31. An non sit introductum quod novi juvenes dent aliquam recreationem pro suo *proficiat* tam juvenibus quam magistris. Quinam dederint tale *proficiat*, et a quo tempore et an juvenes premant pro tali *proficiat*.

32. An juvenes non fuerint praemoniti de hoc examine, et an magister non dederit eis instructionem qualiter responderent, super quibus punctis, et an non dixerit se futurum in ipso examine et petiturum certas quaestiones et quaenam illae fuerint.

Archives de l'évêché de Bruges. — Fonds: *Schola S. Donatiani.*

LXVI.

Diverses dispositions prises à l'occasion des règlements pour les choraux et les réfectionaux.

Actum in capitulo ordinario Jovis 12 *Novembris* 1643.

Omnes domini specialiter in hunc diem ad infrascripta convocati et habita relatione R. D. decani et officiariorum ad haec deputatorum, super eisdem sigillatim resolverunt prout sequitur. 12 Novemb. 1643.

Les règlements sont approuvés.

Lectae fuerunt regulae pro directione phonasci [1] et choralium tam in domo ejus quam circa illorum lectiones in cantu et alias; item regulae pro directione rectoris scholarum [2] et scholae ac omnium discipulorum ejus tam choralium quam refectionalium ac aliorum externorum easdem scholas forsan frequentantium. Quae regulae cum per omnia dominis placerent, ordinatum fuit eas nitide describi et tradi tam phonasco quam rectori scholarum, ad effectum ut juxta easdem regulas omnes juvenes suae curae commissos respective dirigant prout ad cujusque spectabit officium.

Occasione quarum regularum etiam ordinatum fuit ut missa quotidiana de Beata, vulgo *Halfhonder* [3], per chorales decantanda, cantetur quotidie immediate post matutinum, sic ut pulsus ad eamdem missam detur post absolutam collectam laudum, et chorales post lectum *Miserere* ad sepulturam domini Joannis de Coutere in navi ecclesiae, statim accingant se eidem missae decantaudae.

Chanoines députés à l'examen des écoliers de St Donatien.

Et cum juxta easdem regulas institutum sit examen [4] trimestre choralium et refectionalium, domini deputarunt ad hujusmodi examen DD. scholasticum, archipresbyterum, Berghe, Knudde et Courtewyle, canonicos.

Faveur accordée au *phonascus*.

Eadem occasione etiam concessum fuit phonasco hujus ecclesiae, ut occurrente necessitate componendi musicam tempore divini officii hujus ecclesiae, excusetur in eodem officio cum lucro chori, excepto matutino, onerando desuper illius conscientiam.

---

(1) Voir document LXIII, p. CCCLXV.

(2) Voir document LXIV, p. CCCLXVIII.

(3) Nous avons parlé de la chapellenie, dite *Halfonder*, au document VII, p. LXXXVI, note 1. M. Edw. Gailliard, dans son *Glossaire flamand de l'inventaire des archives de Bruges*. (Bruges 1879-1882, p. 100,) traduit *halfonderen* par *sept heures du matin*. « D'après Kiliaen, dit-il, *onder*, MERIDIES, et *onderen*, PRANDERE, seraient une métathèse de *ongher* et *ongheren*. Dans cette hypothèse *Halfonder* signifierait proprement *ontbijt*. »

(4) Voir document LXV, p. CCCLXXII.

CCCLXXVII

Habita etiam deliberatione super munditie pro posse servanda tam in domo phonasci quam circa personas ipsorum choralium, commissum fuit domino receptori choralium ut desuper agat cum phonasco, ejusque sorore seu ancilla, et cum consilio praedictorum dominorum examinatorum de opportuno remedio provideat meliori modo, idque expensis officii quoad ea quae ad hoc procuranda erunt in domo phonasci, addicto etiam aliquo honesto honorario praedictae ancillae seu sorori phonasci, intuitu diligentiarum extraordinariarum si quas, in procuranda dicta munditie circa lectum et vestes juvenum, in domo phonasci adhibere voluerit. Propreté.

Habita etiam relatione status profectus et idoneitatis cujusque juvenis tam choralis quam refectionalis, domini super aliquorum continuatione vel destitutione latius resolvent, ubi post absolutum unum atque alterum examen, plenius desuper informati fuerint.

Attento quod chorales ab initio suae institutionis et assumptionis multum constent ecclesiae, eo quod a prima die ejusdem suae assumptionis integre alantur expensis officii choralium in domo phonasci, et ecclesia tribus aut quatuor primis annis parvum servitium ab eis recipiat, tum propter juvenilem ipsorum aetatem, tum propter ignorantiam cantus in quo demum post tertium aut quartum annum perfici incipiunt, quo tempore etiam expectatum ab eis servitium quandoque haberi non posset, ex eo quod tum demum aliquando appareant inidonei ut perficiantur in cantu, idque sive defectu vocis sive defectu ingenii aut congruae docilitatis: domini resolverunt fore assumendos quatuor juvenes septem aut octo annorum, ex praestantia vocis eligendos, qui cum habitu choralium chorum et scholas hujus ecclesie frequentent, sub salario quatuor librar. gross. annue eis ex officio choralium assignato, ultra togam, superpellicia, pileos, caligas inferiores et calceos, eo tempore et modo quibus aliis choralibus de hujusmodi necessitatibus providebitur, qui tribus aut quatuor annis Choraux novices.

applicabuntur ad gestandum candelabra et ad alia obsequia chori choralibus junioribus hactenus incumbentia, ac etiam ad serviendum missis privatis in hac ecclesia celebrandis prout refectionales, et interea sumetur specialis experientia de ipsorum ingenio, moribus, aptitudine vocis et idoneitate ad cantum, ad effectum ut, si post hujusmodi tres aut quatuor annos judicentur idonei ut possint perfici in cantu, tum demum resolvatur super absoluta ipsorum institutione et assumptione in chorales ecclesiae et ad convictum phonasci, sic ut ante hujusmodi absolutam assumptionem dumtaxat censebuntur chorales novitii, si vero reperti fuerint inidonei, dimittentur ad parentes per eos tempestive applicandi ad artem mechanicam. Et ne circa eorum dimissionem aut destitutionem parentes moveant aliquam difficultatem, declarabitur eis in admissione eorumdem puerorum, quod sub illa expressa conditione, et non alias, admittantur. Praedicti tamen pueri in aetate septem aut octo annorum assumendi, tempore hyemali a festo Omnium Sanctorum usque ad initium Quadragesimae, excusabuntur a frequentatione matutini, dummodo quotidie cum aliis choralibus compareant ad missam *Halfhonder*. Verum, non statim omnes quatuor simul admittentur, cum jam sint plures chorales juniores, sed sensim dumtaxat et prout occurrent voces aptae et bonae.

Expensa autem salariis et habitui istorum juvenum necessaria, desumentur ex augmento quod officio choralium obvenit ex haereditate domini Maximiliani de Croy canonici defuncti in Octobri 1636, occasione cujus, actum fuit cum executoribus testamenti et administratoribus domus mortuariae ejusdem, qui institutionem hujusmodi puerorum seu choralium novitiorum primo proposuerunt, uti satis conformem intentioni praedicti domini defuncti eis per eumdem in vivis declaratae.

Occasione institutionis et assumptionis hujusmodi choralium novitiorum, propositum fuit an non expediret eamdem methodum servari in assumptione et institutione refec-

tionalium hujus ecclesiae, sic ut etiam imposterum admittantur et instituantur, non ad nominationem alicujus particularis canonici uti turnarii, sed ex sola resolutione totius capituli, habita speciali ratione idoneitatis et docilitatis ipsorum, signanter ad cantum, ad effectum ut, si post servitium aliquot annorum etiam reperiantur plene idonei ad cantum, etiam deliberare possit super ipsorum admissione in chorales et ad plenum convictum, si parentes ad hoc eos promoveri petierunt: domini eumdem conceptum approbantes, assumptionem et institutionem refectionalium hoc modo imposterum faciendam decreverunt, postquam omnes domini canonici modo residentes habuerint effectum sui turni ad nominandum ad refectionalatum ubi vacaverit, sic ut jus hujusmodi turni maneat integrum et illaesum infrascriptis dominis, videlicet D. van Thienen, D. Petit, R^mo D. ut canonico, D. Crabeels, D. Courtewyle et D. Du Thoict, utpote quod reliqui domini residentes hactenus habuerint effectum sui turni.

Réfectionaux novices.

Attento quod deinceps major sit futurus numerus puerorum hujus ecclesiae, dispicietur circa futuram aestatem pro ampliori loco ad scholam hujus ecclesiae, eo quod moderna schola hactenus fuerit satis angusta, etiam pro moderno numero juvenum, et insuper satis incommoda propter plurimas distractiones tempore scholae occurrentes per clamores et discursus operariorum in braxatorio hujus ecclesiae.

Agrandissement de l'école de St Donatien.

Archives de l'Évêché de Bruges. — *Acta capituli Sti Donatiani* à la date indiquée.

LXVII.

Le chapitre de Saint-Donatien consent à reprendre sa contribution de 100 florins par an en faveur du séminaire.

24 Novemb. 1644.

Reverendis ad hanc actam convocatis, retulerunt domini nuper deputati super resumptione contributionis petitae pro seminario Brugensi, qualiter examinarint omnes actas concernentes tam primam contributionem per capitulum concessam anno 1570 die 6 Aprilis, quam alteram centum florenorum annue concessam anno 1611 (1), juxta quas constitit quod capitulum non tenetur nec potest cogi ad ulteriorem contributionem, quodque contributio centum florenor annue concessa a° 1611, fuerit concessa sub variis conditionibus quae hactenus non sunt adimpletae videlicet, quod revocaretur pensio 24 ₰. gross. annue pridem per Rmum D. Driutium et deputatos provisores seminarii concessa PP. societatis Jesu ex seminario ob causas quae modo cessant (2), quodque hujusmodi contributio non fieret aut cursum haberet nisi dum in seminario debite formato alerentur juvenes in competenti numero, quibus accedit quod non videatur aequum et rationabile quod capitulum

Les conditions auxquelles le chapitre consentit en 1611 à donner 100 fl. par an, n'ont pas été accomplies.

---

(1) Voir document XIV, p. CXLI et XXXII, p. CCXXIV.

(2) Par suite de la résolution prise par le chapitre le 11 Août 1611, les proviseurs du séminaire donnèrent ordre au receveur Jean Rommel de cesser le payement de la rente de 24 ₰. aux Jésuites. — Le père recteur intenta une action pour revendiquer ses droits et obtint du conseil de Flandre une sentence favorable le 26 Octobre 1612, confirmée le 6 Février 1615. — La rente annuelle continua d'être payée aux Jésuites. (Archives de l'état à Bruges. Arch. eccl. liasse n° 141.)

cathedrale solum contribuat et reliqua membra cleri Brugensis, quae juxta concilium Tridentinum aeque contribuere teneantur, libera ab hujusmodi contributione permittantur. Et attento quod expensis seminarii cœperint collocari in studiis theologicis plures juvenes quibus suo tempore expectari poterunt in hac diœcesi ea obsequia quae per erectionem seminariorum desiderantur, videtur iisdem DD. deputatis, quod contributio centum florenorum annue concessa a° 1611 imposterum possit resumi et exnunc cum effectu addici, sub conditionibus tamen infrascriptis et non alias: Imprimis quod effectu omni meliori modo seminarium exoneretur a praedicta pensione XXIV ₰. gr. annue quam recipiunt PP. societatis, adhibitis ad hoc etiam remediis juris [1]; item quod solutio ejusdem contributionis non fiet nisi cum effectu constiterit reliqua membra cleri ad similem contributionem proportionatim esse taxata, et cum effectu etiam in contributionem consentire et contribuere. Contributio autem centum florenorum ab anno 1632 hactenus intermissa, videtur pro tempore praeterito non solvenda, eo quod seminarium fuerit intermissum, eademque contributio non fuerit concessa seu addicta seminario per modum perpetui seu stabilis redditus, sed dumtaxat per modum subventionis subsidiariae, ipsumque seminarium tempore hujusmodi intermissionis sibi fuerit sufficiens ad supportandum onera quae interea occurrerunt. Et habita matura super omnibus praemissis deliberatione, domini eidem relationi per omnia inhaerentes, resolverunt excusandam contributionem pro tempore praeterito ob causas supra expressas, et pro tempore futuro exnunc addicunt resumptionem praedictae contributionis centum florenorum annue, sub praedictis om-

Vu que plusieurs élèves étudient la théologie aux frais du séminaire, le chapitre consent à reprendre sa contribution, sous certaines conditions.

---

(1) Nous n'avons trouvé aucune trace des moyens employés par le chapitre pour se décharger du payement de la rente de 24 ₰. D'autre part, les comptes du séminaire accusent ce payement jusqu'en 1696.

nibus conditionibus et non aliter nec alio modo; in quibus procurandis, si domini de capitulo obsequio et consilio prodesse possint, libenter operam praestabunt.

Omnibus dominis convocatis super contributione petita pro seminario, habita lectura actae 24 Novembris 1644, domini resolverunt fore resumendam contributionem 100
5 Octobre 1648. florenorum annue concessam anno 1611, ex mediis tum propositis [1], atque eosdem 100 florenos ex nunc persolvi a tempore resumptionis seminarii, ex pecuniis quae ex iisdem mediis restant in manibus domini Knudde canonici sub conditionibus in praedicta acta anni 1644 latius expressis.

Archives de l'Évêché de Bruges. — *Acta capituli Sti Donatiani*, à la date indiquée.

---

(1) Voici les moyens proposés alors:

« 14 Novembris 1612. Rdo Dno decano praesidente.

Ordinatum 100 florenos 12a hujus addictos seminario hoc modo solvendos, videlicet, 60 florenos ex prandio dedicationis hujus ecclesiae singulis annis per Rmum ut praepositum debitos, et reliquos 40 florenos, ex fructibus praebendarum dominorum absentium seu non residentium, idque per provisionem, et usque ad revocationem dominorum, incipiendo a festo Joannis Baptistae novissime praeterito 1612. » (*Acta capituli S. Donatiani.*) L'extrait suivant nous renseigne sur l'obligation pour l'évêque à titre de prévôt, de donner le *prandium dedicationis* :

« 26 Aprilis 1607. Rmo Dno praesidente.

Rmus D. considerans ratione praepositurae hujus ecclesiae episcopatui unitae, se teneri ad dandum prandium ipso die dedicationis ecclesiae, declaravit se paratum hujusmodi prandium hoc anno, proximo die dedicationis dare domi suae, ex eo quod culina refectorii nunc adhuc non sit commoda, invitans ex nunc DD. decanum et canonicos, quos et capellanos tum excipiet et tractabit, atque altera die vicarios, chorales et refectionales aliosque ex consuetudine interesse solitos. Quam declarationem et ad prandium invitationem DD. praevia deliberatione pro majori parte acceptarunt pro hoc anno dumtaxat, absque tamen praejudicio antiquae consuetudinis de hujusmodi prandio hic in refectorio praestando et praeparando cum caeremoniis aliisque requisitis, ante tumultus observari solitis. (*Acta capituli Sti Donatiani.*)

LXVIII.

Extrait du rapport de l'évêque Nicolas de Haudion sur l'état de son diocèse.

De seminario.

Seminario Brugensi per praedecessorem oratoris extincto et ejus alumnis translatis ad universitatem Lovaniensem ad vacandum ibidem studiis theologicis pro servitio hujus diocesis, non fuit hucusque aliquid efficaciter resolutum circa reductionem eorumdem alumnorum ad hanc civitatem, idque propter difficultates in ista re occurrentes, quæ tamen brevi sperantur sopiendae, et interim in dicta universitate aluntur tot scholares ex bonis seminarii quot ad dictum servitium hujus episcopatus judicantur necessarii et utiles.

27 Janvier 1644.

Séminaire.

Fuerunt a multo tempore in civitate Brugensi praeter seminarium praedictum tria collegia, in quibus docentur litterae humaniores, nempe schola S. Donatiani, cui præest scholasticus ecclesiae cathedralis, schola Jesuitarum et tertia Augustinianorum, quibus accedunt quam plurimae aliae in quibus per personas laicas pueri docentur legere, scribere, calculos ducere et alia; antequam autem dictae personae laïcae ad id muneris admittantur, faciunt professionem fidei orthodoxae et ab ordinario examinantur [1].

Collèges.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Status episcopatus.*

---

(1) La sacrée congrégation du concile de Trente répondit à ce rapport: « Quod seminarium ab antecessore extinctum sit et ad universitatem Lovaniensem translatum, non probarunt, imo amplissimi Patres injungi mandarunt ut illud omnino restabiliri satagat, tanquam opus apprime necessarium. » (*Bibliothèque de Bourgogne à Bruxelles*, ms. n° 7206.)

LXIX.

Projet de réorganisation de l'école de Saint-Donatien.

An chorales et refectionales sint dimittendi ad scholas communes et an eo titulo possit excusari rector scholarum?

27 Novembre 1648.

Nombre des enfants au service de l'église.

Ut aliquid statuatur circa scholas ecclesiae, statuendus est primo numerus juvenum qui pro servitio ecclesiae assumi debent, ut eorum obsequia sic disponantur ut ipsi interea aliquid addiscant quo postmodum sibi possint comparare unde vivant et dum applicantur alicui rei addiscendae ecclesia in suis servitiis non fraudetur.

Pro servitio ecclesiae assumentur sex chorales apud phonascum conviventes.

Item quatuor chorales novitii cum salario et emolumentis refectionalium.

Item octo refectionales cum salario et emolumentis solitis ex seminario.

Omnes juvenes ascendent ad numerum 18.

Hactenus omnes juvenes fuerunt instructi in lingua latina per particularem rectorem scholarum sed cum fructu adeo parvo, ut necesse sit alio modo desuper provideri.

Causes du peu de progrès.

Fructus autem speratus videtur non potuisse obtineri ob causas infra scriptas.

Différence d'âge, de capacité etc. des enfants.

1° Quia est impossibile quod omnes juvenes pro servitio ecclesiae necessarii semper sint ejusdem aetatis, ejusdem idoneitatis et progressus ut omnes simul eadem hora in una lectione edoceri possint utpote quod necesse sit ut ecclesiae sit provisum de juvenibus junioribus qui paulatim instruantur ut sufficiantur in locum voce defi-

cientium aut ad studia applicandorum. Unde contingit quod pro diversitate juvenum diversae debeant haberi lectiones, scilicet ut doceantur legere, scribere, item doceantur figuras, grammaticam, syntaxim, poesim et rhetoricam, ultra ceremonias et alia per juvenes praestanda in ecclesia.

2° Contingit etiam quod in qualibet classe seu functione erunt instruendi unus aut alter, sic ut singulis diebus idem rector debebit habere septem aut plures lectiones diversas et dictare quinque vel sex themata per diem aut alternis diebus. Multiplicité des leçons.

3° Item in lectione omnium thematum facile consumet singulis vicibus totum tempus matutinum, et in iis dictandis etiam facile consumet integrum tempus pomeridianum, sic ut non supersit tempus ad audiendum lectiones juvenum easdemque explicandum. Correction des thèmes.

4° Omnes juvenes tempore matutino per ordines sunt occupati in servitio ecclesiae, scilicet chorales in summa missa et missa anniversarii aut alia, et refectionales in ministerio missarum, sic ut non possint in schola simul contineri illi qui in una et eadem lectione sunt instruendi, et quandoque ex qualibet classe vix sit unus in schola, pro quo solo non est operae pretium haberi lectionem, praesertim absentibus aliis ejusdem classis, pro quibus vel debet repeti lectio, vel debent illi carere doctrina ejusdem. Absences des élèves.

5° Dum habetur lectio seu dictatur thema pro juvenibus uno aut altero unius scholae, datur continua occasio distractionis aliorum juvenum praesentium, qui propterea non possunt intendere suo themati aut lectioni addiscendae.

Præter quas causas ob quas non potuit obtineri expectatus profectus juvenum in studiis, occurrit et aliud grave incommodum, quod propter hujusmodi impedimenta et inconvenientia obveniat continua occasio taedii in rectore scholarum, dum saepe paratus seu dispositus ad unam lectionem seu ad examen aut dictationem thematum pro juvenibus qui sunt in una classe, propter Désagréments pour le *rector scholarum*.

impedimenta ad quæ juvenes saepe inexpectato evocantur, debet subsistere et divertere ad aliam lectionem ad quam vel non est paratus vel etiam non habet omnes juvenes praesentes qui isti lectioni debent interesse.

Ulterior etiam est occasio taedii pro ipso rectore ex eo quod idem rector debeat quotidie esse paratus ad plures classes seu lectiones, quarum quælibet requirit totum hominem, et interea cum triplici aut quadruplici suo labore desperat de congruo profectu discipulorum, ubi alii magistri in progressu suorum gloriantur et animantur.

surchargé de besogne.

Finaliter etiam vix videtur credibile quod unus solus rector, praeter matutinalem frequentationem chori et celebrationem missarum, possit singulis diebus singulos juvenes instruere sive sint in infimis sive in supremis scholis, sive addiscant scribere aut legere, praesertim tales juvenes qui continuo distrahuntur in aliis occupationibus et servitio ecclesiae et etiam in addiscendo cantu, qui propterea non possunt se extra tempus scholæ cum quiete applicare themati componendo aut addiscendæ lectioni per magistrum indictae, sicut in dirigendis ipsis pueris stabilis disciplina servari non possit.

Impossibilité d'envoyer tous les élèves à d'autres écoles.

Et ob has omnes rationes et inconvenientia, tam ex parte juvenum quam ex parte rectoris, videtur aliquibus expedire quod omnes juvenes dimittantur ad scholas communes, videlicet apti ad studia ad scholas Patrum Soc^tis^, et alii ad scholas triviales, sub certis legibus ac statutis utrisque præscribendis, eoque casu posset excusari imposterum assumptio rectoris scholarum, ejusque salarium et stallum seu distributio in choro.

Sed hoc non videtur practicabile eo quod juvenes non possint longe abesse ab ecclesia et debeant omni hora, praesertim matutino tempore, esse ad manum pro servitiis per eos debitis in ecclesia, tam circa ministerium missarum quam circa ministerium chori in decantando martyrologio, versiculis et responsoriis, atque etiam in ministerio thuriferariorum, acolythorum et aliorum.

Unde excogitatum fuit quod soli apti ad studia dimitterentur ad communes scholas Patrum, et alii in sufficienti numero pro ministeriis ecclesiae detinerentur in schola ecclesiae, in qua quotidie per aliquem ludimagistrum sæcularem, ad hoc deputandum cum salario, statis horis docerentur legere et scribere.

Inconvénients de n'avoir qu'un maître laïque.

Sed nec hoc etiam dabit satisfactionem, quia ultra lecturam et scripturam pueri plura alia debent addiscere pro eorum ministerio in servitiis ecclesiæ et officii divini, ad quæ docenda talis ludimagister laicus non est aptus, præterquam quod non volet se ad id impendere si non detur tale salarium quod pro intertenenda familia congrue sufficiat. Quale salarium si tali casu foret dandum laico, potius detur ecclesiastico, et continuetur rector in officio ut hactenus, praesertim cum loco salarii dentur distributiones chori rectori ecclesiastico, quarum laicus non est capax; ultra hoc quod loco distributionum deberet fieri augmentum salarii pro laico, de quo postmodum disputaretur unde deberet desumi.

Munia autem in quibus juvenes instrui debent et quae requirunt instructorem, directorem et advigilatorem ecclesiasticum potius quam laicum, sunt haec:

Doctrina catechistica diebus sabbatinis et dominicis ante vesperas.

Instructio ad inserviendum missis.

Lectura martyrologii, et signanter singulis diebus circa pulsum ad primam particulare examen an juvenis per ordinem deputatus ad martyrologium decantandum in eo sit sufficienter instructus, tam circa quantitatem syllabarum, quam circa pronunciationem verborum et distinctionem cujusque periodi per commata et puncta.

Item cura ut juvenes singulis primis dominicis cujusque mensis et praescriptis festis confiteantur, et quibus per aetatem licet etiam communicent, et hoc in quantum fieri potest simul cum choralibus.

Cura ut juvenes tempore officii divini aut concionis

habendae in ecclesia, non ludant in coemeterio aut ambitu, et tam in choro quam in ecclesia et schola ac per totum diem honeste et modeste se gerant, et in ceremoniis ac aliis ministeriis eis incumbentibus quisque debito ac statuto tempore faciat diligenter ea quae erunt sui officii.

Cura generalis ad mores omnium juvenum, eaque specialis tempore morbi aut absentiae phonasci aut etiam vacante officio phonasci, signanter ut abstineant a pugnis, a verbis scurrilibus et inhonestis, a fabulis in choro, ecclesia, aut sacristia et similibus, et signanter cura ut juvenes semper exhibeant debitas reverentias altari, Reverendissimo D^no^ et R^dis^ dominis de choro, tam intra quam extra chorum.

Denique instructio linguae latinae, in quantum illa est necessaria pro martyrologio et aliis quae per juvenes erunt legenda in choro.

Quae omnia non poterunt haberi a laico aliis negotiis occupato, et requirunt hominem integrum et nullis aliis functionibus notabiliter distractum.

Projet de réorganisation.

Ad evitandum autem incommoda quae sunt superius notata circa instructionem linguae latinae posset instructio litteraria juvenum imposterum ordinari et dirigi modo infrascripto.

Réfectionaux et choraux novices.

Refectionales octo assumentur juvenes septem aut octo annorum, idonei ad cantum, obligati ad ministeria missarum, functiones thuriferariorum et ceroferariorum ac aliorum.

Quatuor chorales novitii similiter assumantur septem aut octo annorum, idonei ad cantum, etiam obligandi ad ministeria missarum et aliarum functionum ut supra.

Hi omnes ab initio admissionis suae docebuntur a rectore scholarum legere, scribere, calculare et suo tempore principia arithmetices, ut per haec cum adjutorio cantus possint esse idonei ad custodias rurales ac disponi ut possint postmodum perfici pro exercendo ludimagisterio, ut aliquid sciant unde postmodum vivant casu quo non

reperiantur idonei ad studia. Docebuntur etiam figuras et grammaticam, ut possint legere seu cantare martyrologium ac alia quae erunt sui officii.

Ubi per unum aut alterum annum praefati refectionales et chorales novitii fuerint probati, illi qui reperientur idonei ut perficiantur in musica assumentur in chorales et ad convictum in domo phonasci, non tamen ultra sex, qui totaliter sese dabunt addiscendae musicae juxta regulas eis et phonasco praescribendas, frequentando interim scholas ut in lectura et scriptura atque etiam in figuris et grammatica perficiantur et non ultra. Après une première

Poterunt autem tales perfici in musica spatio trium annorum aut circiter, quibus expletis, si judicentur idonei ad studia ulteriora dimittentur ad communes scholas Patrum, cum obligatione frequentandi chorum extra horas scholarum, et signanter frequentandi matutinum, sub quo quisque quotidie inserviet uni sacro, ut hora 10ª possint esse liberi a scholis Patrum et non teneantur illic audire sacrum, et exinde applicent se cantui si adhuc perfici debeant, aut sistant se in ecclesia si eorum servitium propter solemnitatem illic sit necessarium. et une deuxième épreuve, six d'entre eux pourront suivre les classes des Jésuites.

Neque per dimissionem hujusmodi sex choralium ad scholas Patrum, ecclesia defraudabitur aliquo servitio ei debito a pueris, eo quod praeter illos sex chorales, remanebunt continuo in ecclesia et scholis ecclesiae duodecim alii, qui pro quotidiano ministerio missarum et servitio chori notorie sufficient, cum omnes tam chorales novitii quam refectionales tenebuntur promiscue seu communiter ad obsequia et cantum in choro, et ad ministeria missarum.

Refectionales vero et chorales novitii qui post unum aut alterum annum reperientur inidonei ut perficiantur in cantu, possent tum dimitti ut eorum loco assumantur novi, utpote quod sub tali conditione expressa et non alias omnes imposterum admittentur.

His ita dispositis poterunt formari regulae juxta quas

rector tenebitur dirigere suam scholam, inter quas poterit esse una secundum quam tempore matutino nihil docebit nisi legere, scribere, calculare et principia arithmetices, item docebit destinatum ad martyrologium: quae omnia non requirunt praesentiam plurium, sed possunt singuli singula sigillatim edoceri; adeo ut absentia juvenum quae maximè occurrit tempore matutino nullum adferet alicui detrimentnm neque etiam turbationem in schola aut lectionibus: post prandium vero, quando pueri possunt perseverare in schola excepto uno aut altero destinando ad vesperas, intendet docendis figuris et grammaticae, in quibus modo non occurret magna difficultas aut taedium, quandoquidem modo non sint alii in ecclesia quam figuristae aut grammatici, qui omnes possunt facile unica lectione simul edoceri.

Per haec omnia cessabunt incommoda et impedimenta superius enarratà, tam ex parte juvenum quam ex parte rectoris, utpote quod numerus et ministeria juvenum sic erunt disposita ut ecclesiae de sufficientibus et idoneis ministris semper erit provisum, et ipsi juvenes poterunt commode edoceri et cum fructu instrui in iis ad quae erunt capaces ut supra, et casu quo non judicentur idonei ut perficiántur in cantu aut studiis, poterunt etiam tempestive dimitti ad aliquam artem, aut saltem perfici ad ludimagisterium seu custodiam ruralem.

Item cessabunt multa impedimenta ex parte rectoris, utpote quod is sublevabitur [1] a pluribus lectionibus uno die edocendis, et tempore matutino non sic turbabitur per absentiam seu evocationem juvenum ad ministeria eccle-

---

(1) 3 Decembris. — Attento quod juxta novissimum conceptum directionis scholae hujus ecclesiae onus rectoris scholarum sit diminutum et onus phonasci auctum, ordinatum fuit quod imposterum ex salario rectoris scholarum 4 ℔. gr. annue cedant phonasco. (*Acta capituli S. Donatiani.*)

siae, sed poterit cum fructu perseverare in schola, eo quod in docendo lecturam, orthographiam, scripturam, calculationem, et arithmeticam debeat agere cum singulis separatim.

Sed cum novissimus phonascus saepius fuerit conquestus quod nimis parvum tempus sit assignatum ad docendum pueros in cantu, dispici posset an non expediret doceri cantum ab hora decima usque 12^{am}, quia non videtur una hora sufficere ad docendum tot pueros: et erit hoc commodum pro frequentantibus scholas Patrum qui ordinarie dimittuntur a schola hora 10^{a}.

Neque per hoc chorus patietur aliquod detrimentum quod phonascus tempore summi sacri recedet ad scholam, quia ejus loco chorus habebit rectorem scholarum: et si sit futura musica propter quam phonascus debebit esse in choro, poterit interim inchoari schola pro cantu cum juvenibus redeuntibus a scholis Patrum qui juniores instruent in adventum phonasci.

Suscription: Reformatio scholae, 27 Novembris 1648 (1).

Archives de l'évêché de Bruges. Fonds : *Schola S^{ti} Donatiani.*

---

(1) 2 Decembris 1648. — Habita denuo deliberatione super conceptu reformationis scholae hujus ecclesiae 27 Novembris praeteriti hic lecto, domini eumdem conceptum finaliter per totum approbarunt. (*Acta capituli S. Donatiani.*)

LXX.

Règles spéciales pour les choraux et réfectionaux qui fréquentent les écoles des Pères Jésuites.

Observanda a choralibus et refectionalibus ecclesiæ cathedralis sancti Donatiani Brugensis respective frequentantibus scholam ejusdem ecclesiæ, et dimissis ad scholas Patrum Jesuitarum.

27 Nov. 1648.

Primo tenebuntur in matutinis et aliis officiis cum suo respective magistro, et in absentia unius, cum altero, omnes ordine bini chorum ingredi.

Service des messes.

Refectionales omnes suo officio in serviendo missis diligenter et devote vacabunt, et finito quolibet sacro petet minister a celebrante benedictionem defectusque commissos sibi indicari rogabit, ut eos imposterum devitet.

Dimissi chorales tempore matutini, quoties ipsis per musicam integrum erit, missis inservient, in levamen refectionalium.

Classe à l'école de St. Donatien

Post matutinum dimissi refectionales intrabunt scholam cum aliis, ibique sua diligentia et modestia parvos ad studia et pietatem excitabunt, loquendo cum illis semper latine, sacrisque interea occurrentibus inservient, donec hora eundi ad scholas Patrum venerit.

Iidem observabunt suam septimanam sicut alii, inserviendo saltem primo, septimæ et undecimæ [horae] sacris, necnon cantabunt martyrologium diebus dominicis et festivis suæ hebdomadæ.

et chez les Pères.

Absoluta schola apud Jesuitas ibidem sacrum non audient, sed revertentur ad S. Donatianum, ibique remanebunt, usque dum officium et cantus schola absolvatur, sacris inserviendo vel studiis in schola operam dando.

Post scholam latinam, omnes refectionales dimissi ad Patres et non dimissi frequentabunt scholam cantus, et ibi pro captu suo et judicio magistri vel musicam, vel saltem gregorianum cantum, alias simplicem, et juniores martyrologium addiscent, nec unquam ex schola discedere poterunt, nisi audita per magistrum ipsorum lectione.

Concioni in ecclesia S. Donatiani diebus Dominicis et festis hora prima habere solita omnes chorales, et refectionales dimissi et non dimissi simul in eodem loco in navi ecclesiæ intererunt, et ea quæ a prædicante tradentur, cum devotione et fructu excipient. Assistance au sermon

Quoties in S. Donatiani aliqua processio occurret, aut officium, cui dimissi refectionales necessarium vel decorum sit interesse, tempestive in schola S. Donatiani cum aliis pueris se sistent. et aux processions.

Prout iidem omnibus Dominicis et festivis, nec non aliis diebus quibus venia apud Jesuitas tota die datur, officiis ecclesiæ S. Donatiani interesse tenebuntur.

Chorales et refectionales comam, seu capillos choro convenientes nutrient, et singulis mensibus omnes eodem die tonsuram, seu coronam clericalem aptari sibi curabunt, ideoque tonsor monebitur, ut præfixum ad hoc diem in perpetuum servet. Tonsure.

Denique in omnibus quoad mores et disciplinam ludimagistro S. Donatiani erunt subditi, ipsique recta imperanti sine tergiversatione obtemperabunt.

Qui autem aliquoties fuerit culpabiliter defectuosus, et propterea a magistro ad R. D. scholasticum delatus, publice in schola, pro conservatione disciplinæ, virgis excipietur absque dissimulatione. Correction.

Archives de l'évêché de Bruges. Fonds : *Schola S[ti] Donatiani.*



LXXI.

Extrait du rapport de l'évêque Charles van den Bosch sur l'état de son diocèse.

De Seminario.

18 Juin 1654.

Résultats heureux de l'envoi des séminaristes à l'université de Louvain.

Alumni seminarii aliquando hic in civitate convixere in domo ad hoc deputata studiis theologicis sese impendentes; postea turbato per varias lites seminarii statu, quae inter Servatium, episcopum, et seminarii provisores intervenere, et considerato quod in Patrum Societatis et Augustinianorum scholis, pueri in humanioribus gratis et magno numero instruantur, et non sit nisi mediocriter seminario de dote provisum, quae etiam in dies propter devastationes agrorum minuitur, ut omnes impensae non necessariae evitarentur, scilicet locationis domus, stipendiorum praesidis, lectorum etc., et quam maximus numerus bursariorum seu seminarii alumnorum sustentaretur, prudenti virorum piorum consilio resolutum fuit totam annui redditus massam in tot portiones dividendam, quot alendo studioso in collegio aliquo Lovaniensi sufficiant, ubi magis se perficere, et in praeclaros ecclesiae ministros evadere possint. Facit pro hac resolutione quod in ista universitate fundatae sint variae bursae pro Brugensibus, quas cum seminaristas obtinere contingit, defalcatur tantumdem iis de ea summa quam pro victu ex seminario recipiebant. Evenit porro ex circumspecta hac bonorum seminarii administratione praeclaros viros ad vineam Domini cum fructu colendam in dies redire ex studiis ad episcopatum, quos cum aeque obligatos ad praestandam operam episcopo, melius instructos quam dum Brugis convicerent, ac notabiliter majori numero, et minoribus sumptibus in uni-

versitate educari longa experientia probatum sit, putant iidem viri prudentes et timoratae conscientiae abunde concilii Tridentini intentioni hoc modo satisfactum, quae fuit, ut haberent episcopi quibus curam animarum committerent. Testatur vero orator non habere se insigniores modo in tota sua dioecesi curatos quam qui ab aliquot annis studiis suis (seminarii sumptibus) perfuncti, ad pastorales curas ab ipso et praedecessore suo fuere destinati.

Archives de l'évêché de Bruges : *Status episcopatûs.*

LXXII.

Dépositions des chanoines interrogés sur l'état du diocèse, vacant par la nomination de l'évêque Charles van den Bosch au siége de Gand.

Informatia habita Brugis, die 10ª Januarii 1661 super statu vacantis episcopatus Brugensis, per nos, Eugenium de Vicq, decanum, Hubertum Waghenaers, archidiaconum, et Petrum de Courtewille, canonicum ecclesiae cathedralis S. Donatiani Brugensis, vicarios generales ejusdem vacantis episcopatus, vigore commissionis Illmi ac Rmi Dmi Hieronymi de Vecchiis, abbatis Montis Regalis, in Belgio et in Burgundiae comitatu internuntii apostolici de data 28 Novembris novissimi.... — 10 Janvier 1661.

Comparens R. D. Petrus Knudde, canonicus et cantor praedictae ecclesiae cathedralis S. Donatiani, aetatis 66 annorum, declaravit in verbo sacerdotis, manu pectori apposita, prout infra :

Ad duodecimum : *An in diocesi erectum sit seminarium, quot in eo pueri alantur, et quae sit causa scien-* — Séminaire.

tiae? — Dicit in dicta civitate ante aliquot annos fuisse erectum seminarium pro instructione juventutis, sed quia animadversum fuit pueros ibidem collocatos non facere in studiis magnum profectum, judicatum fuit eos melius ad universitatem Lovaniensem mittendos, ubi hactenus expensis ejusdem seminarii aluntur et postmodum, cum apti fiunt, inde evocantur et ad curas pastorales impenduntur.

Comparens R. D. Fredericus Hillewerve, presbyter, canonicus et scholasticus ecclesiae S. Donatiani, aetatis 40 annorum, praestito juramento de veritate dicenda, manu pectori apposita, deposuit ut sequitur:

Séminaire. Ad duodecimum: — Dicit praesenti tempore in hac diocesi non existere seminarium pro instructione juventutis ad statum ecclesiasticum aspirantis, sed ejus loco aliquot juvenes melioris indolis et ingenii expensis seminarii ali in collegiis universitatis Lovaniensis, sub directione praesidum ecclesiasticorum, qui eorum habent singularem curam, eosque instruunt et formant in ordine ad exercendam curam animarum.

Comparens R. D. Bernardus van Thienen, presbyter J. U. licentiatus, canonicus graduatus et poenitentiarius ecclesiae cathedralis Brugensis, aetatis 61 annorum, declaravit verbo sacerdotis, manu pectori apposita, prout sequitur:

Séminaire. Ad duodecimum: — Dicit in civitate Brugensi non existere seminarium in quo juventus instruatur, idque quia annis praeteritis animadversum fuit quod juvenes ibi parvum in studiis facerent profectum; sed ejus loco mittuntur ad collegia et seminaria existentia in universitate Lovaniensi, ubi expensis antiqui seminarii aluntur et sub regimine praesidum ecclesiasticorum in studiis et moribus videntur melius proficere.

Archives de l'évêché de Bruges. Fonds: *Status episcopatus.*

LXXIII.

Extrait du rapport de l'évêque François de Baillencourt sur l'état de son diocèse.

De seminario.

Accepimus alumnos seminarii aliquando hic in civitate convixisse in domo ad hoc deputata, studiis theologicis sese impendentes; postea turbato per varias lites seminarii statu, quae inter Servatium, episcopum, et seminarii provisores intervenere, et considerato quod in Patrum Societatis et Augustinianorum scholis, pueri in humanioribus gratis et magno numero instruerentur, et non sit nisi mediocriter seminario de dote provisum, quae etiam in dies propter devastationem agrorum minuitur, ut omnes impensae non necessariae evitarentur (scilicet locationis domus, stipendiorum praesidis, lectorum etc.) et quam maximus numerus bursariorum seu seminarii alumnorum sustentaretur, prudenti piorum virorum consilio resolutum esse totam annui redditus massam in tot portiones dividendam, quot ex eadem massa confici possent, quae sufficerent singulis studiosis in aliquo collegio in universitate famosa enutriendis, ubi se magis perficere et in praeclaros ecclesiae ministros evadere possent, quod hactenus utiliter observatur; nam longa experientia probatum est, ob frequentiam omnis generis exercitiorum tam lectionum quam disputationum, quae in universitatibus quotidianae sunt, eos qui istic educantur evadere in longe alios viros, quam ii qui enutriuntur in seminariis, in quibus minor est exercitatio ob exiguum numerum discipulorum et paucitatem lectionum. Et si forte subeat cogitatio seminaria non solum esse instituta ad eruditionem juventutis, sed etiam ut in bonis moribus sensim

1 Septembre 1675.

Avantages pour les séminaristes d'étudier à l'université.

Ils reçoivent l'éducation ecclésiastique dans des colléges de Louvain.

instruantur, id non deest iis qui titulo seminarii Brugensis mitti solebant partim ad universitatem Lovaniensem partim Duacensem, nunc, occupato per Francos Duaco [1], ad Lovaniensem tantum. Qui non permittuntur in privatis domibus habitare, sed destinantur ad certa collegia in quibus sub disciplina viri gravis, docti, plerumque magistri in theologia, exercentur in disputationibus, concionibus, ritibus ecclesiasticis, et austero supercilio edocentur honestatem vitae clericalis, non minore sollicitudine, quam in seminariis diœcesanis fieri posset, correspondentibus invicem archidiacono Brugensi qui pecunias mittit, et praeside collegii, ut innotescat per tempora qua ratione singuli sese gerant, unde fit ut in hac diœcesi non desit copia eorum qui bene eruditi et bonis moribus instructi, pastoratibus praeficiantur, etiam majore numero quam in seminario felicioribus quam nunc temporibus, educari possent.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Status episcopatus.*

LXXIV.

Extrait du rapport de l'évêque Humbert Guillaume de Precipiano sur l'état de son diocèse.

De seminario.

21 Août 1685.

Alumni seminarii hic aliquando in civitate convixerunt in domo ad hoc et ad studia theologica deputata, sed postea turbato seminarii statu et considerato quod eidem non nisi mediocriter esset provisum de dote, quae adhuc

---

(1) En vertu de la paix signée à Aix-la-Chapelle, le 2 Mai 1668, la France gardait toutes les villes que les armées de Louis XIV avaient conquises en Belgique, pendant la guerre, dite: *pour le droit de dévolution.* Parmi elles se trouvait la ville de Douai.

Donné en notre ville de Bruxelles le dixnoeufiesme de May, l'an de grace mil sept cent dix noeuf, et de nos regnes de l'Empire le huitiesme, d'Espagne le seiziesme, d'Hongrie et de Boheme le huitiesme. Etoit paraphé Elis: U[t], et plus bas par l'empereur et roy en son conseil. Signé: A. SNELLINCK.

Copia collationis ordinarii.

5 Juin 1719. L'évêque confère la prebende théologale à Baudouin Siboons.

Henricus Josephus van Susteren etc[a]. Dilecto nobis in Christo, domino ac magistro Balduino Siboons, S. T. licentiatio et S[tae] Walburgis in hac civitate pastori, salutem in Domino.

Cum ad enixam nostram requisitionem placuerit sanctissimo in Christo Patri ac domino nostro, domino Clementi, hujus nominis Papae XI, canonicatum et praebendam a mense Januario ultimo elapso per obitum Rev[di] adm. ac Erud[mi] domini Petri van Hamme vacantes in cathedrali nostra,

(in qua nondum erecta erat praebenda theologalis, conformiter ad sacrum concilium Trident. sess. 5, cap. 1°) in theologales erigere per literas suas apostolicas, Romae apud S. Mariam majorem, pridie idus Martii novissimi datas, ac iis inserta clausula: *Volumus autem quod canonicatus et praebenda hujusmodi imposterum theologales existant ac tu et tui in canonicatu et praebenda hujusmodi successores perpetuis futuris temporibus sacras paginas aut theologiam juxta judicium pro tempore existentis episcopi Brugensis legere teneantur, quodque canonicatus et praebenda hujusmodi non nisi cum onere sacras paginas aut theologiam hujus legendi imposterum conferri debeant;* et cum harum literarum executio nobis demandetur, ac conscientia nostra oneretur ut canonicatum et praebendam illam theologalem tibi conferamus, si te per diligentem examinationem ad hoc idoneum reperimus, Nos, invenientes literas illas apostolicas sanas, non viciatas, non cancellatas, neque aliqua in parte suspectas, et viso placeto a Caesarea et catholica sua majestate pro executione literarum illarum dato Bruxellis 19 Maii 1719, sig: Elis: U^{t}, et inferius, J. A. Snellinck, praenominatos canonicatum et praebendam tam authoritate per literas illas nobis data, quam illa quae juxta praecitatum S. concilium Tridentinum nobis competebat, declarantes in theologales erectos esse, et quatenus opus adhuc tenore praesentium erigimus, atque sub onere in praefatis literis apostolicis expresso, tibi ad hoc a nobis commendato et per diligentem examinationem et inspectionem literarum S. facultatis theologicae in universitate Lovaniensi, quibus probatum nobis fecisti te 25 Augusti 1700 gradum licentiae in theologia publice suscepisse, idoneo a nobis reperto, eosdem canonicatum et praebendam, cum omnibus juribus, fructibus et pertinentiis suis universis contulimus et conferimus per praesentes. Quo circa RR. admodum ac VV. dominos decanum et capitulum ecclesiae nostrae cathedralis confratres requirimus et hortamur in Domino, ut recepto prius a te vel

procuratore tuo legitimo solito juramento, te vel dictum procuratorem tuum tuo nomine, in corporalem realem et actualem praedictorum canonicatus et praebendae possessionem ponant, et inducant, seu poni et induci faciant, et in canonicum et confratrem recipiant, stallum tibi in choro, et locum in capitulo cum dicti juris plenitudine assignantes, nec non de fructibus, redditibus, proventibus et emolumentis eorumdem universis respondeant, seu ab aliis quorum interest responderi faciant, adhibitis solemnitatibus de jure et stylo requisitis et usitatis, jure nostro et alterius cujuslibet semper salvo.

Datum Brugis in palatio nostro episcopali hac 5 Junii 1719. Et erat signatum: Henricus Josephus, episcopus Brugensis, et inferius de mandato: Lud. Dewaele, secr.

Copia possessionis captae.

5 Juin 1719.

Siboons prend possession de la prébende théologale.

Anno Domini millesimo septingentesimo decimo nono, mensis Junii die quinta, comparens coram RR. adm. ac VV. DD. decano et capitulo ecclesiae cathedralis sancti Donatiani Brugensis, in eorum loco capitulari capitulariter congregatis, R. D. Balduinus Siboons, presbyter dioecesis Brugensis, pastor sanctae Walburgis in hac civitate, S. T. licentiatus, exhibuit literas patentes Revmi domini episcopis Brugensis commissarii et executoris commissi et delegati literarum sanctissimi domini nostri Clementis Papae XI etiam exhibitarum, de data Romae pridie idus Martii novissimi, collationis et provisionis auctoritate apostolica ipsi commissa, sibi factae de canonicatu et praebenda hujus ecclesiae vacantibus per obitum D. Petri van Hamme illorum novissimi possessoris pacifici, nec non placetum Caesareae et catholicae suae majestatis obtentum Bruxellis 19 Maii 1719 signatum: Snellinck, instanter petens quatenus DD. vigore hujusmodi literarum ad dictos canonicatum et praebendam ipsum admittere et in eorum confratrem et canonicum recipere vellent ac dignarentur,

oblatis ad mensam capitularem juribus receptionis consuetis ac cautione per RR. DD. Nicolaum Anchemant et Jacobum van den Bogaerde, canonicos, pro indemnitate hujus ecclesiae praestanda. Qua petitione et literarum lectura auditis, itemque Baptismalium et Tonsuralium, quibus constabat D. comparentem esse de legitimo thoro procreatum, ac cautione per praedictos DD. Anchemant et van den Bogaerde praestita, qui sese et bona sua pro indemnitate hujus ecclesiae occasione praesentis possessionis efficaciter obligarunt, quos etiam cum simili obligatione D. comparens promisit servare indemnes, nec non praestito solito canonicorum juramento, domini ipsum ad dictos canonicatum et praebendam admiserunt et in confratrem et canonicum receperunt salvo jure cujuslibet. Quo facto R. D. Philippus van Steenlant, canonicus et fabricarius, mandato et auctoritate capituli, praefatum D. Balduinum Siboons in corporalem realem et actualem possessionem dictorum canonicatus et praebendae juriumque et pertinentium omnium eorumdem per osculum summi altaris, et installationem in stallis superioribus lateris decanalis chori posuit et induxit: deinde dictus D. comparens ad capitulum reversus, aperto per eum evangeliario, legit evangelium secundum Matthaeum.

Receptis suprascriptis gratiis et concessionibus a Sede apostolica, rescripsit Illustrissimus ac Rev^{mus} dominus sequentes literas beatissimo Patri ac eminentissimis cardinalibus datario ac Paulutio, pro agendis gratiarum actionibus de praestitis beneficiis et favoribus.

Beatissime Pater.

Indefessos labores, quos pro integritate sponsae a Sanctitate Vestra mihi concreditae exantlare gestio, mire recreavit fovitque paterna illa benevolentia cui beneplacitum fuit, non tantum obedientissimi sui filii ac humillimi clientis Remercîments de l'évêque au Saint Père,

vota precesque promptissime exaudire, sed insuper immerentem brevi honorifico, et apostolica in charitatis argumentum benedictione dignari. Pro tanto favore cum non sim agendo gratias, aeternum tamen maximas habebo, uti habebunt et juniores illi Pauli Timothei ac Titi, qui a constituendis magistris in Israel et ad pedes Gamalielium erudiendi sunt ad justitiam et ad vitae sanctitatem, atque cum ipsis orare non cessabo ad thronum gratiae pro incolumitate Sanctitatis Vestrae, ut diu custodiat Israel, et post longaevam felicemque vitam inter stellas istas fulgeat in perpetuas aeternitates. Haec vota dum intimis animi medullis depromo, Sanctitatis Vestrae pedes submisissimo osculo veneror, et animo obstrictissimo permaneo,

Beatissime Pater,

Sanctitatis Vestrae etc.

Eminentissime Domine.

au cardinal Sacripantes, Zelum quo flagrare me glorior, ut ministerium a sanctissimo Domino nostro mihi concreditum honorificem, nutritum ac magis magisque accensum esse, noverit Eminentia vestra, gratissimis illis zephyris, quos utriusque benignitas ad ardentia mea vota dignata fuit afflare, favendo tam petitae erectioni praebendae theologalis in mea cathedrali, quam promotioni personae a me commendatae, pro salute multorum, et ne parvuli panem doctrinae christianae petentes, fame illa spirituali pereant. Eminentissimum Josephum divina voluntate ad Datariae praefecturam evectum fuisse agnosco applaudens, et cum pro praestito patrocinio gratias debitas referre nequeam, gratitudinem animo ut testificer, non desinam prout etiam grex meus tener non desinet, immolare hostiam ad aras, ut Omnipotens benedicat in annos plurimos benedictionibus coeli accrescentem Eminentiam vestram, cujus pur-

puram etiam atque etiam venerans, summa observantia subscribo

Eminentissime domine

Eminentiae vestrae
Humill. et obstrictissimus etc.

Eminentissime Domine.

Summo cum gaudio accepi gratissimas literas quibus Eminentiae vestrae benignitas non gravata fuit erectionem praebendae theologalis in cathedrali mea ecclesia et promotionem viri a me ad hanc provinciam subeundam commendati significare mihi immerenti. Non video in me, unde tantum diligi meruerim praesule a tanto, cui summa rerum orbis christiani commissa est tam utiliter et qui quanto major est, tanto magis sese abjicit. Benevolentia illa qua Eminentia vestra me in Urbem venientem tam tenere complexa est et dein in Belgium revertentem prosecuta atque adhuc me arctissime constrictum tenet, numquam e memoria mea obliterabitur, sed praesentissima mihi semper erit, et quandoquidem aliud praestare nequeam, in gratitudinis symbolum et specimen obsequii me ad aras Eminentia vestra memorem semper habebit, et ubique cupidum gloriosi tituli

et au cardinal Palutius.

Eminentiae vestrae
Humillimi etc. famuli.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Acta episcopatus.*

LXXIX.

Restauration et réouverture du séminaire.

16 Octobre 1719

Cum Illustrissimus dominus a die qua cathedram Brugensem ascenderat, omnem operam ac sollicitudinem adhibuisset ut diœcesi suae et gregi sibi concredito omne spirituale pro viribus suis procurasset augmentum, inter caetera laudabilissimae huic propensioni qua collapsum seminarium rursum erigeret omne studium suum intendit, ratus nihil tantopere christianae juventuti, quae in partem sui ministerii tandem assumenda foret, conveniens ac utile fore quam, ad mentem S^ti Gregorii Nazianzeni *Orat.* 1^a : « prius purgari deinde purgare, sapientia institui atque ita demum sapientia alios instruere, lux fieri et alios illuminare, ad Deum appropinquare et ita alios deducere, sanctificari et postea sanctificare. » Qua de causa per liberalitatem et largitatem Illustrissimi domini, exhausto plurimo aere suo pro constructione domus (1) et necessaria supellectile, hac die 16 Octobris, celebrata prius missa solemni de Spiritu Sancto, exordium suum sumpsit seminarium Brugense. Deus det incrementum!

Séminaire inauguré.

Messe du St Esprit.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Actus episcopatus.*

---

(1) D'après le document LXXX, p. CCCCXXXIII, il ne s'agit pas ici de la construction d'un nouveau bâtiment, mais de l'agrandissement de l'ancienne maison nommée St Patrice, acquise en 1552 pour les réfectionaux et incorporée au séminaire en 1571. Voir doc. VII, p. XCIII, note et doc. XIV, p. CXLII.

LXXX.

Extrait du rapport de l'évêque Henri Joseph van Susteren sur l'état de son diocèse.

Seminarium Brugense.

Restauratum est tandem hoc anno, ex omnium bonorum voto, et mente Suae Sanctitatis oratori per bullam confirmationis suae intimata, seminarium Brugense, quod semel ac iterum a pluribus lustris inchoatum (1), per temporum ac bellorum iniquitatem collapsum fuerat, adeo ut alumnis domus vacua, elocata fuerit ad annos facile 60, cujus pretio in academiis vicinis nutriti fuerunt pauci clerici, dum istic theologiae auditores se ad serviendum diœcesi per curam animarum parabant, qui pauci minime sufficiebant ad arcendam necessariorum operariorum penuriam. Quapropter animatus gratia Suae Sanctitatis, qua nuper canonicatum cathedralis Dno Siboons collatum in theologalem erigere dignata est, superatis multis quae occurrebant difficultatibus, praecipue rei nummariae, demum nupero mense Octobri apertum fuit, structis in elocata diu domo cubiculis alumnorum, non amplis quidem sed tamen studentibus satis opportunis, praeter alia complura quae necessaria sunt alendae simul tantae familiae, cui praeses datus est canonicus poenitentiarius S. T. licentiatus, vir integerrimus et vitae piissimae. Alit jam inde seminarium illud alumnos plus quam triginta, partim ex fundationibus antiquis, partim modico satis pretio a

29 Nov. 1719.

Le séminaire longtemps abandonné,

vient d'être rétabli.

Le chanoine pénitencier en est président.

Nombre d'élèves.

(1) Voir docum. XIV, p. CXLI et XXXIV, p. CCXXVIII.

se vel parentibus annue pro alimentis persolvendo. Habetur ad eos modo quotidie lectio commentaria S. Scripturae a professore canonico theologali, et a duobus PP. Dominicanis, altera mane, a meridie altera, lectio theologiae moralis: quae lectiones pridem fundatae fuerunt ab episcopo Cubano ex ordine S[ti] Dominici assumpto, et ex aerario Magistratus persolvendae. Quorum quidem professorum statas lectiones magnis animis scripto jugiter excipiunt, non alumni tantum seminarii, sed non pauci alii clerici tam saeculares quam religiosi hujus diœceseos. Reguntur omnes a praeside congruis legibus ab episcopo praescriptis; omnes talari toga et tonsura clericali decori; omnes bini et bini ad ecclesiam cathedralem, quot festis et dominicis accedere jussi ad sacrum solemne et vesperas, cum habituatis, in choro decantandas, linteati omnes, gravitate modestiaque vultus omnes populo conspicui: ut spes adeo oratori sit fore ut lapsu temporis seminarium hoc proferat viros, qui in magnum ecclesiarum commodum adolescant, vegetentur ac consenescant.

Professeurs: le chanoine théologal et deux Dominicains.

Scholae publicae.

Écoles latines des Augustins, des Jésuites et de S[t] Donatien.

Eremitae Augustiniani, at Patres praesertim societatis Jesu pro instituto suo sedulam impendunt operam in excolenda juventute litteris humanioribus, et hi etiam graecis: quibus exculta juventus plurima, ad academias ad philosophos audiendos transire possit, aliis subinde facultatibus, prout fert suum quemque ingenium, addicenda. In claustro ecclesiae cathedralis est etiam schola pro instruendis pueris, qui ecclesiae isti illiusque choro deserviunt, qui refectionales dicti passim multum proficiunt in studiis litterarum humaniorum.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Status episcopatus.*

LXXXI.

Le magistrat de Bruges défend aux Dominicains, professeurs de la fondation de l'évêque de Cuba, de donner leurs leçons au séminaire diocésain.

Dan alsoo men bevint dat de voorseide lesse [1], soo wel als de gonne geconfereert den 7 October 1716 aen den Eerw. P. de Buysere [2], licentiaet in de heylighe godtheyt, beede getransporteert, gedaen ende geexonereert worden in het seminarie van het bisdom deser stadt, sonder consent ende permissie van den college, soo ist dat het selve college sigh daer door vindende gecranckt ende vermindert in syne gerechtigheyt van de dispositie ende collatie van beede lessen aen het selve competerende, wel expresselyck verbiet ende interdiceert den genoemden Pater Termeulen ende Pater de Buysere ofte den gonen die het wesen mach de andere lesse over hem exonererende, beede de selve lessen ofte eene van diere meer te doen in 't voorseide seminarie, ten sy ende alvooren by hun overleverende aen den college eene acte *in forma* gesegelt ende geteekent by syne Hoogweerdigheyt den heer bisschop van dese stadt, daer by syn Hoogweerde het selve versoeckende, verclaert dat daer door in 't toecommende aen den college in syn gerechtigheyt geen prejuditie en sal gebeuren, nochte syn recht van dispositie en collatie hier door en sal vermindert worden, volgens dat in voorlede tyden noch geschiet is, alias ende by faute van dien, dese collatie sal komen 't onderblyven.

14 Mars 1722.

Défense faite aux professeurs publics de Cuba d'enseigner au séminaire, s'ils ne délivrent un acte authentique émanant de l'évêque.

(1) La veille 13 Mars, la chaire de théologie, vacante par la mort du Père Bernard de Keyser, avait été conférée par le magistrat au Père Barthélemi Termeulen, lecteur en théologie au couvent des Dominicains. (Arch. de la ville de Bruges. *Secrete Resolutie bouck.*)

(2) Le Père de Buysere avait été nommé professeur de la fondation de Cuba, en remplacement du Père Dominique Pluvier, décédé. (Ibid.)

18 Mars 1722.

Actum in camere den 18 Maert 1722.

Gehoort 't rapport van den heer greffier van de camere, daerby hy te kennen gaf dat Pater Termeulen van hem hadde versocht copye van de acte episcopale van wylent den heer bisschop Triest verleent ten jaere 1618 (1) op het transporteren de lessen van den heer bisschop van Cuba naer het seminarie van het bisdom van dese stadt, ten eynde van de selve copye by hem over te leveren in handen van den jeghenwoordighen heer bisschop, om naer advenante te connen reguleren, wiert het selve by den collegie gheconsenteert.

Eodem, heeft den heer greffier van de camere de selve copye by hem geauthenticqueert, overgelevert aen den voornoemden Pater Termeulen.

Archives de la ville de Bruges. — *Secrete resolutie bouck.*

Edele ende weerde Heeren,

20 Mars 1722.

Lettre de l'évêque au magistrat, déclarant qu'il ne veut pas léser les droits de la ville.

Wy, om te volghen het geen het H. Concile van Trenten gheordonneert heeft, hebben over drie jaeren voor het welvaeren soo van dese stadt als van ons bisdom, alhier wederom herstelt het bisschoppelyck seminarie, het welcke de edele ende weerde heeren Ul. edelens voorsaeten seer plachten te beghunstighen, niet alleen met jaerelyecksche giften maer oock met toestemminghe dat de lessen ghefondeert door den hooghweerden heer Joannes de Witte, bisschop van Cuba, int selve seminarie souden ghehouden worden; welcke toestemminghe noyt herropen is gheweest ende deselve by ons tacitelyck ghehouden is gheweest als gherenouvelleert, door dien de edele ende weerde heeren van het voorghaende Magistraet die selve lessen met hun wete aldaer hebben

(1) Voir document XL, p. CCLVI.

publyckelyck laeten gheschieden, ende het selve seminarie met eenighe vrydommen op nieuws hebben ghefavoriseert, mits de menighte der jonge theologanten van verscheyde plaetsen daer naer toecommende, ende tot het welvaeren van dese stadt, niet alleenelyck naer het gheestelyck maer oock naer het tydelyck. Noghtans terwylen wy komen te verstaen dat Ul. edelen vreesen door het houden de voorschreven lessen in het voorseyde seminarie eenighe prejuditie zoude gheschieden aen hen lieder gherechtigheyt, verklaeren dit ten minsten van onze intentie niet gheweest te zyn noghte oyt te zullen wesen; ende mits wy maer voor ooghen hebben het geluk der zielen, de weerdigheyt des priesterschaps ende de ghoede discipline, soo willen wy selve Ul. edele versoecken van ghedient te wesen de voorseyde ghunsten van hunne voorsaeten soo van die toestemminghe als van de vrydommen te renouvelleren.

Dit van den inghebooren jever van Ul. edelen voor het welvaeren van dese stadt verwachtende, soo blyven wy, naer presentatie van dienst, met gantsher herte, edele ende weerde heeren van Ul. edelen ootmoedighen ende dienst bereyden dienaer

Henricus Josephus, Bisschop van Brugghe.

Brugge, uyt ons Paleys Epael. den 20 Martii 1722.

Arch. de l'état à Bruges. — *Arch. eccl.* n° 142.

Actum in camere den 20 Maerte 1722.

Eodem heeft den heer canoninck de Waele, secretaris van den heer bisschop van dese stadt geaddresseert aen den college, door handen van den heer pensionaris Keygnaert eenen brief van syn Hoogweerde, nopende den vrydom van stadsassyse van bier ende wyn, ten dienste van het seminarie, ende oock raekende de voors. lesse van den heer bisschop van Cuba, daerop wiert geresolveert van te supercederen tot 's anderen daeghs. 20 Mars.

CCCCXXXVIII

21 Mars. Actum den 21 Maerte 1722.

Le magistrat trouve la lettre de l'évêque non satisfaisante.

Eodem, gelesen-synde den brief van syn Hooghweerde in daten 20 deser, by hem onderteekent hier boven vermelt, wiert geresolveert daeroppe voor antwoorde te geven aen de selve syn Hooghweerde, dat het collegie daerin gheen appayssement en hadde ende dat den selven niet en was voldoenigh aen hun intentie, nemaer noodigh was daertoe te verleenen eene behoorlycke acte als naer ordinaere style, ten welcken eynde wiert gecommitteert den heer pensionaris Keygnaert om het selve kenbaer te maeken aen syn Hooghweerde ende oock daer nevens aen den selven te restitueren den gemelden brief.

Eodem, dede den selven heer pensionaris rapport, dat hy gesproken hebbende met syn Hooghweerdigheyt ingevolghe van de voorenstaende resolutie, den selven aen hem tot antwoorde hadde gegeven, als dat hy gemeent hadde dat mynheeren van den college jeghens den brief niet en souden gesproken hebben, maer wel aenveert, ende daermede te vreden souden syn geweest, daerom hy den brief niet willende wederom aenveerden, den heer pensionaris Keygnaert die met hem heeft gebrocht in den college.

Welck rapport gehoort, wiert geresolveert andermael te committeren den voorn. pensionaris tot syn Hooghweerdigheyt ten eynde van aen den selven te segghen dat het college van schepenen geene satisfactie en hadde in den brief, nemaer vraeghde eene acte inde forme onder den ordinairen seghel ende hantteeken, als naer behooren, gelyck dat noch voorgaendelyck gebeurt is by desselfs voorsaeten in digniteyt over het transporteren van dito lesse in het seminarie, te welcken effecte oock wiert gelast aen den voors. pensionaris van den gemelden brief andermael te presenteren aen syn Hooghweerdigheyt, ende in cas van non aenveerdinghe, de selve te leggen op eene tafel, ende alsoo te keeren.

CCCCXXXIX

Actum in cameren den 23 Maerte 1722. — 23 Mars 1722.

Eodem, dede den heer pensionaris Keygnaert rapport, dat hy ingevolge van de voorenstaende resolutie sich hadde geaddresseert aen den heer bisschop ende andermael te kennen gegeven dat myn heeren van den college in den gemelden brief geen appayssement hebbende, hy de selve aen syn Hooghweerde andermael hadde gepresenteert, ende op desselfs non aenveerdinghe die gelaten liggen op eene tafel [1]. — L'évêque n'en veut pas donner d'autre.

Arch. de la ville de Bruges. — *Secrete resolutie bouck.*

---

(1) Par suite de la défense faite aux Dominicains, titulaires de la fondation de Cuba, d'enseigner au séminaire, l'évêque dut choisir des professeurs de théologie à ses frais. Les chanoines Jean François Foppens et Corneille Hyacinthe de Vos furent les premiers appelés à ces fonctions. Mais la paix ne tarda pas à se rétablir entre le chef du diocèse et le magistrat de la ville, car le 24 Juillet 1724, ce dernier prit la résolution suivante:

« Wiert de eene lesse van twee in de H. godtheyt gefondeert by den Eerw. bisschop van Cuba, vachierende met den overlyden van pater de Buysere.... geconfereert aen Mr Joannes Frans Foppens S. T. L. canoninck.... mitsgaders jegenwoordig lector in het seminarie, met de emolumenten ende prouffyten daertoe staende.... voorts wiert geconsenteert aen den heer Foppens de gemelde lesse te doen ende te exonereren in het seminarie van alhier. » — D'autre part, en 1744, Corneille de Vos recueillit la succession du Père Termeulen. Arch. de la ville de Bruges. — *Secrete resolutie bouck*, et *comptes de la ville*, ann. 1734-35, fol. 72v.)

LXXXII.

Dédicace de thèses à l'évêque van Susteren.

Illustrissimo ac reverendissimo domino D. Henrico Josepho van Susteren, XIV. Brugensium episcopo, haereditario Flandriae cancellario, etc.

23 Novembre 1723.

Témoignage de gratitude à l'évêque restaurateur du séminaire.

Anni jam elapsi sunt quatuor, illustrissime praesul, ex quo seminarium dioecesanum, olim a secundo Brugensium episcopo *Driutio* tenuiter institutum, dein post bellorum ac temporum injurias a quarto antistite *Rodoano* restitutum, a successore ejus *Christophoro* propagatum, at postmodum toto poene saeculo desertum suppressumque, cura ac sollicitudine tua vere pastorali feliciter restauratum exurgit. Quid dicimus *restauratum;* quin potius per te, reverendissime praesul, inchoatum atque plantatum est hocce seminarium; in quo condendo, nec labori, nec sumptibus, nec vigiliis pepercisti. Neque solum ad sacri hujus athenaei decorem, prosperitatem atque augmentum temporalibus subsidiis contribuis; verum etiam tuo exemplo, tua virtute, tua eruditione sic praeluces, sic prodes, ut nos *clientes* tui, omnesque dioecesios tuae pastores et sacerdotes, in te uno habeamus abunde quod imitemur.

Certe vel hoc solo ostendis, illustrissime domine, te formam cleri et gregis tui ex animo factum, et juxta propositum tibi lemma, *non nisi ut prosis te praeesse*, dum juniores dioecesios tuae clericos, ad suscipiendos ordines sacros, aut ad munia pastoralia obeunda destinatos, sub oculis tuis in probitate ac doctrina exerceri desideras, et per temetipsum exquiris testimonium, utrum illi, quibus manus imposueris, revera futuri sint digni sacris altaribus ministri.

Sic saluberrima sacrosancti concilii Tridentini decreta (quod nihil tantopere cordi habuit ac seminariorum institutionem) ad amussim exequeris. Sic magnum illum antistitem *Carolum Borromaeum* praecipuum seminariorum instauratorem ac patronum pone insequeris: quem veluti sacerdotum speculum elegantissima nuper oratione clero tuo proposüisti, et quotidie pergis proponere. Sic omnino sperandum, ut sicuti olim sub *S. Caroli* disciplina tantopere floruit seminarium Mediolanense, ut fragrantissimum per universam ecclesiam odorem disperserit; ita etiam te duce, te auspice, ex tuo Brugensi seminario exoriantur magno numero pastores zelosi, qui tuo fervore accensi in vinea Domini excolenda allaborent strenue et abundanter fructificent.

Utinam nos clientes tui, aliique seminarii tui episcopalis alumni, tales aliquando inveniamur in domo Domini operarii, servique boni et fideles, quales nos esse desideras! Utinam pro singulari ac paterna tua erga nos sollicitudine dignum aliquid possimus rependere! Sed ubi vires hactenus desunt, suscipe, praesul reverendissime, pro testimonio gratitudinis promptissimam nostram ad exequenda mandata tua voluntatem. Suscipe has theses theologicas (1), studiorum nostrorum testes, quas illustrissimo nomini ac patrocinio tuo omni qua par est veneratione inscribimus, judicioque tuo in theologicis aeque ac aliis scientiis versatissimo submittimus.

Perge itidem, reverendissime pater, seminarium tuum, ejusque alumnos, paterna, uti facis, benevolentia complecti:

---

(1) Theses theologicae de Incarnatione et sacramentis in genere, quas praeside reverendo ac eruditissimo domino D. **Cornelio Hyacint. de Vos,** sacrae theologiae licentiato et in seminario episcopali Brugensi professore, defendent R. D. *Joannes Baptista Vermander* Roulariensis, R. D. *Joannes Hubertus Grenier* Brugensis, ejusdem seminarii alumni, Brugis in aula seminarii episcopalis, die 23 Novembris 1723, hora 9 ante et 2 post meridiem.

dum nos vicissim indesinentia pro te vota facimus, et quoad vixerimus facturi sumus, ut te Deus Opt. Max. bonis omnibus cumulatum nobis et ecclesiae suae quam diutissime servet incolumem.

Illustrissimae Gratiae Vestrae,

Humillimi et obsequentissimi famuli ac clientes

JOANNES BAPTISTA VERMANDER Roulariensis.
JOANNES HUBERTUS GRENIER Brugensis.

Bibliothèque de l'université catholique de Lille.

LXXXIII.

Fondation de deux bourses en faveur du séminaire de Bruges, par Marie van Westvelt, douairière de François van Beversluys.

Extrait ghetrocken uyt het testament ghemaeckt by Juffrouw Marie Magdalene van Westvelt, overleden weduwe van wylent d'Heer François van Beversluys, overleden ontfangher generael van de landen van den Vryen, waer in onder andere staet als volght:

10 Février 1724. « Item ick geve aen het bisschoppelyck seminarie tot Brugghe de somme van vyf houdert pondt groote wisselgelt, de welcke sullen moeten beseth worden ten besten prouffytte, omme met het jaerlycx incommen van diere te helpen, by forme van burse, twee brugghelinghen ofte Boursiers. vrylaten geboren, studenten in theologie om binnen het selve seminarie te woonen, elck tot d'helft, voor de welcke noghtans sullen ghepreferecert worden eerst myne bloedtvrienden indien eenighe hun daertoe presenteeren: sal

de collatie van de selve bursen wesen ter dispositie van syn Hooghw[t] den bisschop deser stede ende synen heer artsdiaken over hants. » Collateurs.

Aldus staet in den voornoemden testamente in daten thienden February 1724, ond[t] Marie Magdalene van Westvelt, weduwe van F. van Beversluys, ende naer collatie daerjeghens ghedaen by my onderschreven notaris ter residentie van Brugghe, is dit extrait daermede bevonden t'accorderen; toirconden desen 3 February 1728, ond[t]: F. van Eenooghe, notaris.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Acta episcopatus*, 13 Martii 1728.

LXXXIV.

Extrait du rapport de l'évêque Henri Joseph van Susteren, sur l'état de son diocèse.

12 Juillet 1724.

Les séminaristes fréquentent le chœur de St. Donatien.

Officium divinum in choro cathedralis novo quoque splendore exornatur per insignem numerum alumnorum seminarii ab oratore restaurati, qui superpelliceis suis induti diebus festis et Dominicis illi et supplicationibus tenentur interesse, et psallere Domino in conspectu Angelorum, praeterquam quod hac ratione alumni illi sint ante oculos sui episcopi, et moderatorum suorum, praesidis videlicet et trium sociorum professorum.

Nam, postquam magistratus civitatis Brugensis (forte ob

Les Dominicains remplacés par des professeurs séculiers.

difficultates supra nº 15 et 16 relatas ([1])) duobus Patribus Dominicanis possidentibus bursas, ab episcopo Cubano olim fundatas cum onere docendi Brugis loco a magistratu designando, inhibuisset ne lectiones theologicas ulterius in seminario traderent ([2]), orator eorum loco coactus fuit adhibere, praeter theologalem, duos alios de capitulo suo, sacrae theologiae licentiatos, quorum alter lectionem habet scholasticam, alter moralem, juxta summam divi Thomae, uterque infallibilitatis et authoritatis Pontificiae vindex acerrimus: S. Scripturam interpretatur canonicus theologalis, lectionem catechisticam habet praeses, qui archipresbyter est cathedralis.

Défense de thèses.

Singulis hebdomadis instituuntur in seminario domesticae et quotannis ad theses praelo datas, prius ab oratore examinatas et approbatas, publicae disputationes theologicae, ad quas omnis ordinis et generis theologi confluunt, quemadmodum proximo mense denuo habebuntur, in quibus pro constitutionibus apostolicis et authoritate sanctae Sedis fortiter stabitur, quamquam non sciatur in hac dioecesi

---

(1) Oratorem inter et magistratum modo optime convenit. At a tribus quatuorve annis gravis motus fuit conflictus quoad jurisdictionem ecclesiasticam. Faber aliquis lignarius, volens deponere altare in media navi templi FF. Praedicatorum erectum, per infortunium cecidit e scalis ad hoc praealto arae vertici admotis, et lethaliter laesus fuit. Magistratus voluit cadaver ejus juridice lustrare in dicta ecclesia vel monasterio dictorum Dominicanorum, minime petita episcopi ad hoc licentia, imo ea positive recusata: at Patres illi juridicam illam lustrationem in ecclesia sua aut in monasterio negarunt se permissuros, nisi petito prius et obtento oratoris consensu. Magistratus recurrit ad concilium Flandriae, orator ad Excellentiam D. marchionem de Prié, tanquam patronem jurisdictionis ecclesiasticae, et jussit cadaver transferri extra locum sacrum, ut illic a judice saeculari peragi posset inspectio. Quam cum istic peragendam a se negaret judex ille laicus, mandari debuit a marchione de Prié, ut cadaver jam foetens prae putredine, terrae sacrae mandaretur, atque ita negotium illud haesit indecisum.

(2) Voir document LXXXI, p. CCCCXXXV, et note, p. CCCCXXXIX.

Brugensi vel unus esse qui constitutionibus apostolicis, infallibilitati et authoritati Pontificiae adversetur; et omnes, qui vel sacris ordinibus initiantur vel ad munus confessarii aut concionatoris admittuntur, vel ad beneficia canonicatus aut pastoratus promoventur, sine ulla adhuc difficultate, praestant juramentum formulae Alexandri VII, ad conformitatem constitutionis Clementis IX *Vineam Domini Dei Sabaoth* et unà constitutionem ejus apostolicam *Unigenitus Dei Filius* admittunt, atque a se praestitum subscribendo testantur.

Ad bene providendum pastoratibus, dum eos vacare contingit, exacte in hac dioecesi servatur praescriptus a concilio Tridentino S.S. 24 *de reformat.* c. 18, concursus. Concours.

At optimum hoc ecclesiis parochialibus prospiciendi medium a Spiritu S[to] qui laudato concilio praesedit, suggestum, plurimum perturbatur per nominationes Lovanienses, vi quarum meliores pastoratus bene meritis pastoribus et vice-pastoribus praeripiunt juvenes theologi, relata in pulvere scholastico gloriola tumidi, nullo sacro ordine initiati, aut saltem plane inexperti regiminis animarum, ubi tamen SS. Patres regimen animarum *artem artium* esse pronuntiant, et veterani agnoscunt pastores et confessarii. Scire desiderat orator, an mens sit summi Pontificis, ut contra vel praeter supra laudatum praescriptum oecumenici concilii Tridentini, praetextu nominationum Lovaniensium, hac ratione meliores pastoratus bene meritis et longaevis pastoribus vel vice-pastoribus praeripiantur a theologis istis juvenculis primae lanuginis. Inconvénients des *nominationes Lovanienses*.

Optaret insuper doceri, an pastoratus, qui spectarunt olim ad jus patronatus Fratrum Templariorum, et hodie ad jus patronatus Fratrum S[ti] Joannis Hierosolimitani, non debeant supra memorato concursui exponi, ac adeo an illi Equites sint habendi *Patroni Ecclesiastici*, et quicumque presbyter ab ipsis praesentatus, admittendus sit ad pastoratus, modo sit simpliciter idoneus.

Ex quo orator Brugis instauravit seminarium, suppetit

Le séminaire fournit des sujets en nombre suffisant.

sufficiens numerus operariorum, qui in vinea Domini laborent, ac fructum ferant centuplum[1]. Hinc Patres Capucini excusarunt se a stationibus Slusana et Isendicana sub dominio ordinum Belgii foederati, quia ea vivendi ratio in veste saeculari videbatur superioribus aliena a rigore et spiritu paupertatis seraphicae. Invenit orator facile idoneos presbyteros saeculares, qui stationibus illis praeessent, et Romano-Catholicorum sub illis viventium curam gererent pastoralem, qui missi ab oratore, gubernatori et moderatoribus utriusque oppidi acatholicis commendati, gratiores istic sunt quam fuerunt missionarii Capucini.

Archives de l'évêché de Bruges. *Status episcopatus.*

LXXXV.

Dédicace de thèses au chapitre de St. Donatien.

Reverendis admodum, venerabilibus ac amplissimis dominis decano et capitulo cathedralis ecclesiae Brugensis.

Reverendi admodum, venerabiles ac amplissimi domini.

18 Août 1724.

Olim fuisse in civitatibus insignioribus, praesertim episcopalibus, clericorum saecularium simul cohabitantium collegia, quae etiam monasteria et claustra vocabantur,

---

(1) Dans le rapport sur l'état de son diocèse, en 1735, le même évêque parlant de son séminaire, dit: « Seminarium hoc dignissimos vineae meae subministrat cooperatores, adeo ut dioecesis haec alteram ab erectione seminarii induerit faciem.»

tum ex concilio Aquisgranensi anni 816, tum ex multorum episcoporum historiis (signanter ex vita S. Augustini) notissimum est. Qui inter illos aetate, pietate ac scientia praecellebant, alii episcoporum consiliarii et assessores erant, alii ad divinum officium in ecclesia decantandum deputabantur, alii vero tamquam magistri doctrinae et testes vitae intendebant directioni juniorum clericorum in uno conclavi atrii commorantium: ut hi lubricae aetatis annos in disciplinis ecclesiasticis transigerent.

Vie commune des clercs.

Qui salutaribus hisce conciliorum canonibus, episcoporumque institutis se conformabant, *canonici* appellari coeperunt; quos olim communi dormitorio refectorioque usos fuisse, constat imprimis ex actis et monumentis vestris, ipsisque hodiedum conspicuis aedificiis ecclesiae S. Donatiani adjacentibus. Sed ubi communis illa canonicorum vita incepit succedentibus temporibus flaccescere, evanuit quoque paulatim scholarum episcopalium laudabile institutum. Hinc prudentissimi Patres concilii Tridentini, Spiritu Sancto inspirante, necessarium judicarunt, seminariorum erectionem, seu potius restaurationem, ad communem ecclesiae causam promovere; tanto zelo ac studio, ut dubium sit, an ullum reformationis caput copiosius atque prolixius fuerit agitatum. Quin etiam fuit sollicitudo non minima Patrum ejusdem concilii, ut capitula cathedralia episcopis forent consilio et auxilio, tam in erigendis quam in dirigendis seminariis.

Érection des séminaires.

Haec altius repetenda judicavimus, amplissimi viri, tum ut cunctis pateat, seminarium Brugense ad vestram quoque curam pertinere, tum ut nemo ignoret, vos etiam isto munere praeclare fuisse perfunctos, non solum in ipsa seminarii restauratione, verum et in tradendis theologicis praelectionibus. Quod onus (si onus vocari possit quod pro erudiendis ad justitiam, efformandisque Dominici gregis pastoribus suscipitur) plures ex vobis lubentissime subierunt. Proinde postquam anno praecedente theses theologicae illustrissimo antistiti nostro dedicatæ sunt: hae

Rapports entre le chapitre et le séminaire.

secundae theses [1] vobis omni jure et merito debentur, quos praelaudata synodus in partem sollicitudinis episcopalis vocavit.

Histoire du chapitre de S. Donatien.

Scimus quidem atque agnoscimus, hocce munus nostrum impar esse, quod tam celebri atque illustri canonicorum coetui offeratur, sive venerandam ipsius antiquitatem spectemus, sive viros vere reverendos atque amplissimos, qui illum hodie constituunt, aut olim ex eo prodierunt. Siquidem circa annum 800, a Liderico Harlebecano, Flandriae (ut vocant) forestario, ecclesiam vestram in honorem Deiparae Virginis aedificatam fuisse, referunt hujus provinciae annales. Anno 842, sacrum sancti Donatiani Remensis quondam archiepiscopi corpus a Balduino Ferreo Flandriae comite eidem ecclesiae donatum, novum illi nomen attribuit. Anno 961, comes Arnulphus magnus in eadem ecclesia, jam tum sacelli principum comitumque Flandriae honore ac praerogativis insignita, constituit canonicos duodecim, quibus praepositum praeesse voluit. Accessit anno 1089, a comite Roberto dicto Jerosolymitano novus splendor, cum praepositum S. Donatiani creavit perpetuum suum, ac Flandriae comitatus cancellarium: canonicos vero curiae suae capellanos perpetuos ac domesticos palatinos. Atque ut plura alia ecclesiae vestra decora praetermittamus, hoc unum laudasse sufficiet, quod cum olim instituti tantum fuissent XII canonici, illi raro liberalitatis exemplo praebendas suas ultro bifariam trifariamque secuerint, donec pervenirent ad numerum XXXI canonicatuum ac praebendarum, comprehensis quatuor posterioris fundationis, tribus nempe anno 1194, a Margareta Alsatia Flandriae comitissa, et quarta anno 1368, a Philippo Arbosio Tornacensi episcopo, institutis.

(1) Theses theologicae de sacramentis baptismi, confirmationis, eucharistiae et poenitentiae, quas praeside.. D. **Cornelio Hyacintho de Vos**... defendent R. D. *Joannes Hubertus Grenier* Brugensis R. D. *Jacobus Wils* Brugensis... die 18 Augusti 1724.

Igitur jure optimo, impetrante Philippe II, Hisp. rege, episcopalem cathedram instituit Paulus IV, anno 1559 in Brugensi ecclesia, inter omnes utique Mechliniensis archiepiscopatus suffraganeas antiquitate prima. Non solum autem a cathedra, sed et ab illustrissimis ejusdem cathedrae praesulibus, summus omni tempore accessit splendor: quorum XIV postremum tempore, praedecessoribus suis omnibus virtute et scientia facile parem, sospitem nobis atque incolumem diu conservet Deus. Neque ab episcopis solum; sed et a viris clarissimis, qui ex hujus capituli gremio prodiere, ornamenta depromimus. Sex S. R. E. cardinales enumerant registra ecclesiae, nempe Guidonem de Bolonia archiepiscopum Lugdunensem, et hic praepositum, Bernardum de Albia episcopum Ruthenensem, et Antonium Trivultium episcopum Comensem, ambos decanos, Stephanum de Columna, Hugonem de Monstrelaix episcopum Nannetensem, et Stephanum Alberti episcopum Carcassonensem, canonicos. Hommes célèbres du chapitre. Cardinaux.

Archiepiscopos quatuor, Philippum de Sabaudia Lugdunensem, Franciscum Buslidium Bisuntinum, Joannem Carondelet Panormitanum, hic praepositos, et Guntherum de Balneolis Senonensem, hic canonicum; episcopos vero Brugenses quinque, Matthiam Lambrecht, Antonium Triest, Dionysium Christophori, Servatium Quinckerum, et Carolum vanden Bosch; alios vero alterius sedis episcopos XVII, Robertum de Dovia, Joannem Canardi, Petrum Masoërium, et Nicolaum de Ruthere, Atrebatenses; Joannem a Burgundia Caméracensem; Philippum de Arbosio Tornacensem; Joannem de Dampetra et Ludovicum de Bourbon Leodienses; Davidum a Burgundia et Gisbertum de Brederode Ultrajectinos; Reginaldum Chiavelli Cabilionensem; Joannem de Malleballe Tarvisinum; Georgium de Bavaria Spirensem; Petrum Damant Gandavensem; et Matthaeum Rucquebusch Gandavensem nominatum; nec non Guilielmum de Pictavia nominatum Audomarensem; et Petrum Govaerts hodie vicarium apostolicum Sylvaeducensem. Archevêques. Evêques.

Plures haud dubie extiterunt praesules ex eodem capitulo ad infulas evecti, quorum nomina delevit invidiosa antiquitas. Sed et plures inde prodierunt viri omnigena eruditione, scriptis et dignitate celeberrimi; quos si recensere opus esset, non epistola nuncupatoria, sed libri ingentis moles exurgeret. Eminent inter illos Jacobus Pamelius episcopus Audomarensis nominatus, Joannes Gerson et Henricus de Gandavo S. T. Doctores in academia Parisiensi celeberrimi, Joannes Sinnichius et Guilielmus Mercerus S. T. doctores Lovanienses, Robertus de Lacu et Antonius Hanneron J. U. doctores, uterque fundator collegii, ille Baccalaureorum, hic S. Donatiani in academia Lovaniensi; item Franciscus Lucas Brugensis, Guilielmus Taelboom, Andreas Catullius, Nicolaus du Bois, etc. Liceat etiam inter illos numerare celeberrimum Flandriae annalium scriptorum Jacobum Meyerum, hic capellanum et rectorem scholarum hujus ecclesiae.

Savants.

Vos quoque ipsos, amplissimi domini, seu pastoralibus functionibus emeritos, seu hodieque sacris tum confessionum tum concionum exercitiis, aut studiis seu theologicis seu juridicis occupatos annumeraremus caeteris viris praeclaris, nisi hodiernus capituli vestri splendor ubique satis notus et gloriam Brugensibus, et extraneis pareret admirationem; et nisi plura dicere prohiberent singularis modestia ac verecundia vestra.

Haec e multis pauca, satis superque ostendunt, nos merito fassos esse, uti denuo fatemur, nihil nos dignum illustri corpore vestro celebrique collegio offerre posse. Vestra tamen benignitas aequi bonique consulet hasce theses nostras theologicas, velut munusculum litterarium, quibus vota nostra superaddimus, ut D. O. M. capituli cathedralis Brugensis decorem atque splendorem conservet et augeat: vobis singulis bene vertat, omnesque diu servet incolumes. Ita vovet

AMPLISSIMARUM DOMINATIONUM VESTRARUM

Observantissimum seminarium Brugense.

LXXXVI.

Le séminaire de Bruges est affranchi des droits d'accise sur la bierre et le vin.

Extraict uyt de secrete resolutie bouck van burghmeesters, schepenen ende raeden der stede van Brugghe.

Actum den 13en July 1719. 13 Juillet 1719.

Eodem op het te kennen gheven dat syn Hoogweerdigheyt dede erstellen het seminarie, wiert gheresolveert het selve ter provisie te geven den vrydom van een brauwte bier ende twee stucken wyn.

T'oorconde den eersten raedtpensionaris ende greffier :
J. B. DE VILLEGAS.

Extraict uyt den resolutie bouck vande heeren gheestelicke ende leden slandts van Vlaenderen.

Actum den 21 Ougst 1720. 21 Août 1720.

Ten selven daeghe ghelesen synde de requeste ghepresenteert by d'heer ende meester Augustyn van Vyve, canoninck gradueel, etc. der cathedrale kercke van Ste Donaes, president van het seminarie van het bisdom van Brugghe, tot het becommen vrydom vande provinciale rechten van wyn ende bieren voor het voorschreven seminarie, wiert gheresolveert, omme de redenen by requeste vermelt, aen het voorseyde seminarie toe te staen den ghevraeghden vrydom van bieren ende van vier stucken wyn tsiaers tot de consumptie van het voorschreven seminarie.

Le viscomte DE NIEUPORT.

Extrait uyt de secrete resolutie bouck van Burghmeesters ende schepenen der stadt van Brugge.

30 Décembre 1724. Actum in camere den 30 December 1724.

Eodem op de requeste aen den college gepresenteert by ende van weghen heer ende meester Augustinus van Vyve, inde qualiteyt van president van het seminarie der geestelycken binnen dese stadt, daer by den zelfven, om de groote utiliteyt ende voordeel dat het geheel gemeente daer uytte staet te ghenieten, versochte dat het college hadde believen gedient te worden te accordeeren den vrydom van stadtsassysen in 't regart van eenige brauwten bier [1] ende stucken wyn, die hy van noode heeft tot de slete ende consumptie van 't gemelde seminarie, wiert gheresolveert aen hem te accorderen ter provisie den vrydom van stadts assysen van twee brauwten bier ende van twee stucken wyn t'siaers te beginnen primo January 1725.

Collatio facta est.

Den eersten raedtpensionnaris ende greffier:
CHARLES PULINCX

Archives de l'État à Bruges. — Arch. eccl. n° 142.

---

(1) Il y avait une brasserie au séminaire même, dans la cour aboutissant à la rue du Verger. Parfois le chapitre de S[t] Donatien mettait sa brasserie à la disposition du séminaire. Voir: arch. de l'État à Bruges. Arch. eccl. n° 142. « *Extraict ghetrocken uuyt de boucken van stadts groot bier comptoir der stede van Brugghe, van de brauwten die mynheere van Vyve, president van het seminarie heeft doen brauwen in het capitel van S[t] Donaes ende ten huyse van het seminarie.* »

LXXXVII.

Dédicace de thèses au magistrat de la ville de Bruges.

Nobilissimis amplissimisque viris dominis, DD. praetori, consulibus, senatoribus, celeberrimae urbis Brugensis patribus ac moderatoribus, patronis suis plurimum colendis.

Nobilissimi, amplissimi clarrissimique domini.

Sistit se dominationibus vestris seminarium episcopale in urbe vestra Brugensi erectum, vobisque tanquam patriae patribus devinctum. Sistimus et nos ejusdem seminarii alumni conclusiones hasce theologicas (1), studiorum ac laborum nostrorum specimina, sub auspiciis vestris propugnandas, vobisque non uno sane titulo debitas. Tanta enim imprimis est patriae praerogativa, tantaque est omnium erga illam obligatio, ut omnium conamen exsuperet: et si ad exactas gratitudinis et pietatis regulas commensuretur, nihil dignum sit quod rependatur. 17 Août 1725.

Eo tamen non obstante urget unumquemque ipsa lex gratitudinis aeque ac pietatis; quae juxta divum Thomam de se inclinat, ut patriae debitum benevolentiae officium quilibet impendat; adeo ut teste magno Augustino ad virtutis exercitium pertineat et vivere patriae, et vivere Témoignage de reconnaissance.

---

(1) Theses theologicae de tribus ultimis sacramentis, censuris, indulgentiis et purgatorio, quas praeside rev.... D. **Cornelio Hyacint. de Vos**. .. defendent R. D. *Bernardus Jacobus de Cridts* Brugensis, eccl. coll. S. Salvatoris canonicus, R. D. *Petrus Josephus du Rieu* Brugensis, ejusdem seminarii alumni..... die 17 Augusti 1725.

propter patriam. Et haec prima est ratio, viri amplissimi, eaque patentissima, quod qualescumque hos studiorum nostrorum fructus clarissimis vestris nominibus audeamus consecrare.

Le Magistrat ami de la science.

Accedit singularis vester erga rem litterariam, et scientias affectus: in quo prae caeteris semper enituit praeclarissimus hujus urbis senatus, quo viros litteratos et in variis scientiis excellentes summo amore et honore semper produxit, fovit, coluit. Hoc ipsum jam olim toti mundo commendarunt bina illa Belgii nostri lumina, et ingeniorum acerrimi judices Desid. Erasmus et Justus Lipsius; ille scribens in hunc modum: ***Gignunt Brugae ingenia felicissima, et Atticis similia.*** Hic lib. 2. Epist. 1.: ***Fateri*** (inquit) ***debemus, Brugae vestrae Belgii nostri sidus sunt, pariter ut olim Graeciae oculus Athenae. Nusquam a multis annis ingeniorum felicior proventus, nusquam doctrinae uberior seges etc.***

Savants

Quod si horum virorum litteratorum seriem (quam adeo operosam deduxere Ant. Sanderus et Valer. Andreas, quaeque adhuc accrescit quotidie) hic referre luberet, nimiam in molem haec epistola excresceret. Sufficiat igitur nominasse praecipuos: Guilielmum Pamelium, virum Deo regique fidelissimum, sanctioris quondam consilii praesidem; Adolphum Meetkerckium, e pensionario Franconatus designatum consilii Flandriae praesidem, summa sua in pertractandis patriae negotiis dexteritate celeberrimum; Judocum Damhouderum, profunda juris peritia librisque editis clarissimum, ex hujus urbis pensionario Caroli V. Caes. consiliarium; Olivarium Vredium, antiquitatis et stemmatum genealogicorum curiosissimum scrutatorem; Guilielmum Zenocarum, Caroli V. bibliothecarium; Jacobum Raevardum, quem Belgii Papinianum Lipsius appellabat; Ludovicum Vives, Marcum Laurinum, Nicolaum Desparsium etc.

Praetermittimus quamplures alios, quos Bruga sinu excepit, ac dein vidit meritis suis ad episcopale fastigium

ascendentes: Petrum Curtium, Servatium Quinkerum ad infulas Brugenses; Jacobum Pamelium et Jacobum Blasæum ad Audomarenses; Gualterum de Brugis ad Pictavienses in Gallia; Joannem de Witte (qui rempublicam litterariam Brugensem praeclara duarum lectionum fundatione illustravit) ad Cubanas in America; Nicolaum Masium, et Ægidium Barbitonsorium ad episcopatum Sareptanum, cum suffraganeatu Tornacensi; Joannem ab Arundine ad suffraganeatum Ultrajectinum cum titulo Usbitensi; Petrum a Fine ad episcopatum Dariensem ac suffraganeatum Leodiensem, etc. et évêques brugeois.

Omittimus et alios magno numero litteratos viros ac scriptores, quos ad ornamentum variarum universitatum aut religiosorum ordinum doctorali seu sacra seu juris laurea insignitos Bruga recepit. Addere tamen liceat pro eruditionis encomio, quod in amplissimo consessu vestro nec umquam defuerit, neque nunc desit ingens doctorum virorum numerus, summa dexteritate negotia tum patriae tum reipublicae pertractantium, summaque prudentia et aequitate jus suum cuique dicentium.

Quid de urbis vestrae antiquitate, amplitudine, splendore, amœno situ et opulentia dicemus? Brugas castrum esse antiquissimum et praecipuum veterum Francorum, refert Vredius: cujus mentio fit in legibus Salicis, et cujus vetustum etymon a Ponte Ligneo, vulgo *Brughstock* derivatur, qui transitum commeantibus jam olim pandebat. Castrum hoc, sive burgum, contra Danorum, et Pyratarum incursiones munitione cinxisse memoratur ab anno 865 Balduinus Ferreus, primus Flandrorum comes, qui et cum uxore sua Juditha Caroli Calvi Franciae regis filia suam hic residentiam fixit, et futurae heredum suorum majestatis incunabula posuit. L'antique cité de Bruges résidence des comtes de Flandre,

Neque minus arrisit Bruga sequentibus Flandriae comitibus. Vixit hic piissimus ac optimus comes Carolus, ibique glorioso martyrio occubuit. Natus est hic Philippus Pulcher, qui ditionibus suis Belgicis Hispaniae regnum

primus copulavit. Hic Philippus Bonus illustrem aurati velleris ordinem summa cum solemnitate anno 1429, instituit: illum inquam, ordinem, cujus torquem ipsi caesares ac reges suo diademate non indignum hodieque reputant. Hic denique caeteri comites aulam ac residentiam suam constituerunt; B. M. V. aedem, (hodie S. Donatiani cathedralem) capellam suam designarunt, praepositum ejus cancellarii sui et sigilli custodis ac magistri monetae munere insignientes; ejusdemque ecclesiae canonicos curiae suae capellanos perpetuos ac domesticos palatinos nuncuparunt.

asile des princes exilés.

Quid? quod Bruga non solum comitibus suis gratum ac dulce praebuerit domicilium, verum etiam asylum principibus exteris e regno suo expulsis? Sic olim serenissimam Gunildam Canuti Angliae, Daniae, ac Norwegiae regis filiam, Henrici Nigri imperatoris conjugem, post acceptas gravissimas a marito injurias exulem excepit, ejusque, anno 1042, defunctae ossa retinuit. Sic regem Eduardum IV, Anglia profugum anno 1470, tam honorifice coluit, ut restitutus sceptro per litteras senatui gratias ingentes egerit. Sic etiam ab annis circiter septuaginta, tribus Angliae principibus fratribus, infelicis regis Caroli I filiis, a facie Cromwelli in Anglia dominantis fugientibus, hospitium praebuit: nempe regi Carolo II, Jacobo duci Eboracensi, ejus dein successori, et Henrico duci Glocestriae; quorum prior postea revocatus ad regnum Brugam amplissimis privilegiis insignivit.

La ville de Bruges riche en monuments,

Amœnitatem urbis vestrae, elegantiam, ac splendorem aedium publicarum, privatarumque, nec non situm gerendis commerciis summe opportunum ita in primis laudavit Æneas Sylvius, dein dictus Pius II, Pontifex Maximus, ut inter tres pulcherrimas quas in Europa urbes viderat hanc enumeraret, totam pascendis animis reficiendisque oculis dicatam.

célèbre par son commerce,

Fuit enimvero emporium adeo celebre, tantaeque amplitudinis, ut septemdecim regnorum, sive illustrium nationum negotiantes tribus, aedes quaeque suas et collegia

hic constituerint: in quibus Angli, Scoti, Franci, Castellani, Portugalli, Arragonei, Navarri, Catalauni, Biscaïni, Hansa Teutonica (Lubecam, Hamburgum, Dantiscum, Rigam, aliasque plurimas urbes boreales complexa) Veneti, Florentini, Genuenses, Lucenses, Mediolanenses, imo et ipsi Turcae recensebantur, merciumque cornucopiam adducebant. Et quamvis per infaustam rerum ac temporum vicissitudinem hodie non ita remanserit florentissimi illius commercii splendor, nec tamen negotiatio hinc exulat, neque desunt sua commoda, tum per opportunitatem vicini maris, tum propter loca vastissima conservandis quibuscumque mercibus accommodata: ex quo dein possit ad universum Belgium catholicum summa utilitas redundare.

Quod si demum ad res sacras nos convertamus, occurrit imprimis pretiosissimus ille thesaurus sacratissimi cruoris D. N. J. C., quem ab anno 1148, ex dono comitis sui Theodorici Alsatii, Bruga possedit, cujus cura atque custodia amplissimo senatui vestro fuit concredita. Hujus sanguinis veritatem ac miracula approbavit anno 1310, Clemens V. Pont. asserens in suo diplomate: *Attendentes, quod in ecclesia S. Basilii de Brugis, Tornacensis diœcesis, ... existit non modica quantitas sacratissimi sanguinis pretiosissimi corporis humani generis Redemptoris Domini nostri Jesu Christi: qui per omnes dies hebdomadae, die veneris dumtaxat excepta, quasi quamdam in modum lapidis duritiem repraesentat, die vero praedicta, ut plurimum, hora sexta liquescit, guttatimque distillat, et liquidissimo fluxu ab imo ad summum fervere atque ebullire sit visus etc.*

enrichie du trésor du précieux Sang de N. S.

Hunc sanguinem pretiosum dum senatus populusque Brugensis summa semper veneratione recoluit, tot etiam favoribus a Deo meruit cumulari, ut jam olim ab anno 1388 vaticinatus fuerit Guilielmus Anconitanus episcopus, qui eundem visitaverat: *Quod nunquam dicta Flandriae patria, sic dotata insolito munere, ab unitate sacrosanctae Romanae Ecclesiae recederet, nec a vero Vicario Jesu Christi deviaret.*

Si caeteras fundationes pias, quas urbs vestra com-

dotée de fondations pieuses et charitables

plectitur, consideremus, confidenter dicimus, nullibi in toto Belgio tantam elucere in Deum et Sanctos ejus pietatem, totve misericordiae ac liberalitatis in pauperes, infirmos, orphanos pupillosve publica monimenta. Intra solos muros resplendent templa amplius sexaginta: canonicorum tria collegia: abbatiae virorum duae, monialium quinque: religiosae domus ex omni ferme ordine et instituto: sacella, hospitalia, aliaque pia loca quam plurima. Inter quae sane eminet duplex schola Bogardica, jam a duobus saeculis erecta, optimisque legibus, ad ipsum aliarum civitatum exemplum, sub curis et auspiciis amplissimi senatus Brugensis instituta.

et d'un séminaire.

Sed et inter publica pietatis monimenta locum non infimum obtinet seminarium episcopale, in hac quidem urbe olim tenuiter erectum ac dotatum, nunc autem ab anno 1719, per illustrissimum ac reverendissimum episcopum nostrum Henricum Josephum van Susteren feliciter ac provide restauratum. Quod quantum bono publico utilitatique prospicit, pastores pios ac doctos tam urbi vestrae quam toti diœcesi Brugensi efformando, subministrandoque, tantum etiam favorem vestrum meretur, seseque patrocinio vestro commendat.

Hisce titulis theses nostras vobis, nobilissimi amplissimique viri, consecrare ausi fuimus; hoc unum desiderantes, ut eas veluti submissionis, observantiaeque nostrae tesseram benigne suscipere ne gravemini, vestraque protectione nobis ac studiis nostris calcar adjicere. Nos interim Deum O. M. enixe rogabimus, ut omne consilium vestrum confirmet auxilium de Sancto, ut populum vestrum in summa pace ac tranquillitate gubernetis, ut justitiam inter subditos infatigabiliter conservetis, donec tandem perveniatis ad immarcessibilem justitiae coronam.

Ita vovet

Nobilissimi, amplissimi clarissimique domini

DOMINATIONUM VESTRARUM

Observantissimum seminarium Brugense.

Bibliothèque de l'université catholique de Lille.

LXXXVIII.

Dédicace de thèses au magistrat du Franc de Bruges.

Nobilissimo, amplissimo, prudentissimoque ditionis Franconatus Brugensis senatui.

Nobilissimi, amplissimi clarissimique domini.

Quicumque vestra erga universam Flandriae provinciam merita pensiore judicio secum reputaverit, illam a celeberrimo collegio vestro non modicum haurire splendorem ac commodum, ultro lubensque fatebitur. Ipsa imprimis Brugensis civitas prae caeteris gloriatur, ac sibi applaudit, non solum ex eo, quod tam illustre tribunal in eadem resideat, sed etiam quod passim omnes illius assessores, inter quos omni aevo extitere viri, et nobilitate, et rerum gerendarum dexteritate, et omnigena eruditione clarissimi, natales in ea urbe auras sumpserint. 12 Août 1726.

Nos quoque, seminarii episcopalis Brugensis alumni, theses nostras theologicas senatui vestro inscribere ac dicare desiderantes, caeteris eum admirantibus ac venerantibus, nostrae tenuitatis conscii, vel ea ratione ad vos accedere pertimescimus.

Sed ubi singularem vestram erga rem litterariam et scientias affectum animo revolvimus, nihil est quod non audeamus. Quid enim magis obvium viris litteratis, et in omni scientiarum genere excellentibns, quam studia fovere, tyrones in clientelam suscipere, theses patrocinio sustentare? Exile quidem est illud quod offerimus, si spectetur ratione sui, religiosum, si voluntate pendentium.

Haec facit, ut veniat pauper quoque gratus ad aras,
Et placeat caeso, non minus agna, bove.

Ut ergo has qualescumque lucubrationes, studiorum nostrorum primitias, vobis, nobilissimi atque amplissimi viri, inscriberemus, impulerunt nos, tum innata vestra comitas atque benignitas, quae potius respicit bonam offerentium voluntatem, quam rei oblatae qualitatem; tum etiam illustris collegii vestri splendor, dignitas atque antiquitas,

Détails historiques sur le Franc de Bruges.

Dignitas adeo eminens, ut collegium vestrum, caeteris Flandriae membris associatum, quartum ejusdem comitatus membrum constituat; tam ampla jurisdicendi facultate insignitum, ut ejus potestas et imperium longe lateque diffusum sit in omnes pagos et clientelas urbi Brugensi intra septimam leucam circumjectas.

Dignitas adeo perspecta ac commendata principibus Belgii, ac signanter Flandriae comitibus; ut quoquot hactenus extitere, totidem vobis fuerint privilegiorum aut largitores, aut confirmatores. *Joanna, Balduini* imperatoris Constantinopolitani filia, et in comitatu Flandriae heres, collegium Franconatense *nobilitatis armamentarium* appellavit. Illa, inquam, cui Franconatus Brugensis origo communiter adscribitur, castellaniam Brugensem, sive dignitatem praesidis tribunalis Franconatus a *Joanne domino de Nigella* castellano emit anno 1224, viginti quatuor millibus, quingentis quadraginta quinque libellis, sex solidis et octo denariis parisiacis. Tabulas venditionis refert Meyerus ad annum praefatum.

Exinde constituerunt comites Flandriae consules ac scabinos, qui ipsorum nomine justitiam civilem aeque ac criminalem ibidem administrarent. Quod ea quidem laude hi praestiterunt, ut circa ann. 1280 a *Guidone* et *Margareta* Flandriae comitibus sequens promeruerint encomium: *Franconates in ipsa civitate Brugensi commorantes aliam nobis exhibent formam regiminis. In hac quippe magistratus extant perpetui, adeoque prudenter electi, ut nec ulla sit provincia, quae rectius laudabiliusque administretur, quam ipse Franconatus, ubi incomparabilis authoritatis et magnificentiae senatus cernitur, idoneus*

regendae non huic tantum jurisdictionis provinciae, sed regno omnium amplissimo, quin et prae caeteris opulentissimo.

Anno 1323 legem tulit *Ludovicus Nivernensis* comes Flandriae, ut magistratus et praetorium Franconatum stabilem ac perpetuam haberet sedem Brugis. Anno 1330 eosdem trifariam partitus est, in septemtrionales, occidentales, et orientales, constituens singulis in partibus burgimagistros, qui una cum quarto, qui *communitatis* dicitur, et cum scabinis XXVII, nobile hoc collegium hodieque componunt. Accessit anno 1400 novus splendor, cum *Philippus Audax* Franconatum caeteris tribus comitatus Flandriae membris quartum adjunxit. Idipsum privilegium (quod quorumdam aemulationem concitaverat) anno 1437 per sententiam confirmavit *Philippus Bonus;* et tandem *Carolus V Caesar* in perpetuum lege firmissima sanxit.

Quales porro, quantique viri fastis consularibus aut senatoriis adscripti fuerint, hodieque testantur registra. Quos inter duo extitere aurati velleris torque insigniti (*Simon de Lalaing* anno 1431, *Ludovicus de Flandria* dominus de Praet anno 1531) alii quoque plures e primariis Belgii stemmatibus oriundi, alii toga sagoque clarissimi. In quibus omnibus, cum generis nobilitate certavit virtus; cum fidelitate in principem amor patriae; cum benignitate in subditos zelus observandae justitiae.

Enimvero mandatum, quod olim dederat Deus, Exodi 22 cap. *Maleficos non patieris vivere*, tanta vigilantia exequimini, ut nec sumptibus, nec itineribus, aliisque laboribus unquam peperceritis: attendentes quoque hanc divi Augustini sententiam: *Sublata justitia, quid erunt regna, nisi latrocinia?* Unde vel ex eo ab omnibus, etiam exteris, celebratur collegium vestrum, veluti *vindex scelerum et innocentiae propugnaculum.*

Si et ipsos quoque, qui vobis a consilio sunt, jurisperitos (*pensionarios* sive *graphaeos* dicimus) enumerare oporteret; inter hos plures ad primaria in variis senatibus munia, seu

Mechliniae, seu Gandavi, seu in ipso sanctiore Bruxellis consilio evocatos, alios legum doctores, alios libris editis claros, alios denique profunda juris peritia raraque dicendi facundia praeditos, omni aetate recenseremus quamplurimos.

Haec ac laudem collegii vestri, nunquam satis depraedicandi. Ad rem nostram facit, quod hae theses theologicae (1) alumnorum seminarii episcopalis Brugensis, veluti suo jure exposcant nomine vestro insigniri In hac enim sacra plantatione pastores efformantur ac seliguntur, qui in locis territorio vestro subjectis spirituale fidelibus pabulum administrent. Eadem quoque schola grato animo commemorat ac recognoscit, quod in subsidium primaevae suae erectionis illustre collegium vestrum favorem suum nummosque impenderit. Accipite igitur, viri clarissimi, haec studiorum nostrorum diligentiaeque specimina, in perenne nostri erga vos cultus, gratitudinis ac observantiae monumentum, et nos illustri favore vestri deiuceps prosequi ne gravemini. Deum interim Opt. Max. enixe rogabimus, ut vobis, vestroque regimini omnem tranquillitatem et pacem, collegio vestro splendorem atque decorem diutissime conservet et augeat. Ita vovet animitus

Témoignage de gratitude.

Nobilissimi, amplissimi clarissimique domini

DOMINATIONUM VESTRARUM

Observantissimum seminarium episcopale Brugense.

Bibliothèque du collége du St Esprit à Louvain.

---

(1) Theses theologicae de virtute religionis et annexis, quas praeside Rev. adm. ac eruditissimo domino D. **Joanne Francisco Foppens** S. T. L. et professore, eccl. cath. Brug. canonico, defendent R. D. *Franciscus Jacobus D'haeyere* Brugensis, R. D. *Franciscus Cornelius Boudins* Franco-Brugensis.... die 12 Augusti 1726.

LXXXIX.

Séparation des biens du séminaire de ceux des réfectionaux.

Illmus ac Revmus Dnus convocatis praevie ad palatium suum episcopale RR. adm. DD. praeside et provisoribus seminarii sui ad terminandas quaerelas, altercationes, et quaestiones a pluribus annis ortas et agitatas occasione fundationis et intertentionis tredecim refectionalium ecclesiae suae cathedralis, de eorumdem DD. praesidis et provisorum consilio inivit cum RR. adm. DD. de capitulo cathedralis transactionem tenoris sequentis. 29 Mars 1738.

Exortis a pluribus annis variis difficultatibus inter Revmos dominos episcopos Brugenses ac Revdos Dnos provisores seminarii episcopalis dioecesis Brugensis ex una, et Rdos adm. dominos decanum et capitulum ecclesiae cathedralis Sti Donatiani civitatis Brugensis ex altera partibus, illis sustinentibus praefato seminario notabile obvenisse damnum, occasione cessionis bonorum refectionalium ejusdem ecclesiae cathedralis, in commodum praefati seminarii, die sexta Aprilis 1571, per memoratos dominos decanum et capitulum factae, idque ut praetense aiebant priores domini Rmi et provisores, duplici ex capite, primo quod onus annuum intertenendi tredecim refectionales multum excederet annuos illorum proventus, secundo quod praecipua eorumdem refectionalium bona consisterent in quibusdam redditibus, a pluribus annis postergatis et non solutis; his vero contrarium sustinentibus: difficultatibus hujusmodi ut imposterum occurratur, et pax, quae decet sanctos, utrimque foveatur, et in perpetuum custodiatur, hinc est, quod Rmus dominus Henricus Josephus, modernus episcopus Brugensis, cum Rdis adm. dominis provisoribus seminarii ex una, et praememorati Rdi adm. domini de capitulo ecclesiae cathedralis sancti Donatiani Brugensis (decanatu vacante) ex altera partibus, pro se, suisque

Teneur de la transaction entre les proviseurs du séminaire et le chapitre de St Donatien.

utrimque respective successoribus, convenerint et transegerint, prout per praesentes conveniunt et transigunt in modum sequentem: videlicet, ut omnia et singula bona ad saepe dictos refectionales spectantia, prout infra declarantur, eodem instanti quo praesens haec conventio seu transactio utrimque signata erit, devolventur et redibunt ad Rev[dos] adm. dominos decanum et capitulum saepe citatae ecclesiae cathedralis, in commodum refectionalium ejusdem ecclesiae, cum omnibus suis postergatis decursibus; vi cujus devolutionis seminarium nullo amplius titulo tenebitur ad aliquid solvendem seu praestandum, tam rectori scholarum, quam refectionalibus, sed ab omni prorsus hujusmodi onere imposterum liberum erit et exemptum; deinde in utilitatem ejusdem seminarii manebit unita capellania sancti Laurentii cum fructibus suis et oneribus anno 1571 seminario incorporata, sub expressis tamen conditionibus, quod per Rev[mum] dominum episcopum, R[dos] dominos provisores, eorumque pro tempore successores, a praefatis Rev[dis] adm. dominis decano et capitulo, eorumque suppositis et successoribus, tam ratione praesentis cessionis, quam occasione damni a seminario praetense passi, vel etiam vigore concilii Tridentini, aut alio quocumque praetextu, nihil aliud imposterum exigi poterit in commodum ejusdem seminarii, sed censebuntur iidem Rev[di] domini decanus et capitulum plenarie satisfecisse, et sic ad ipsos, pro saepe dictis rectore scholarum et refectionalibus redibunt redditus seu bona sequentia: nimirum tres redditus quilibet duodecim librarum gross. annue, simul triginta sex librarum gross., item redditus sex librarum gross. annue, item redditus similium sex librarum gross. annue, item redditus quatuor librarum octodecim solidorum grossor. annue, item redditus duarum librarum gross. annue, item redditus quatuor librarum trium solidorum et quatuor grossorum annue, efficientes omnes praemissi redditus in capitali f. 6329 : 4 : 0, quae summa per Caesaream suam Majestatem, super cujus dominii redditus praedicti erunt affecti, nu-

perrime refusa fuit, et applicata super novis impositionibus hujus provinciae iu districtu Brugensi, denario vigesimo: item redditus octo librarum sex solidorum et octo gross. annue super sylva de Niepa, item redditus unius librae et quatuor solidorum gross. annue super imposito Franconatensi, item redditus unius librae et quinque solidorum annue ad onus ejusdem impositi, item redditus septem librarum trium solidorum et quatuor gross. annue ad onus molagii Franconatensis, item ea quae per tabellarium chori hujus ecclesiae annue solvuntur ex anniversariis et fundationibus. Quod vero spectat fundationem R. D. Judoci Lambrecht, hujus ecclesiae canonici defuncti, illa remanebit seminario, applicanda refectionalibus in majoribus studiis. Quae omnia praefata bona cum eorum decursibus praenarrati Reverendissimus dominus episcopus et RR. adm. DD. provisores fatentur sese cessisse et transtulisse, prout cedunt et transferunt per praesentes, in utilitatem praemissorum dominorum decani et capituli praememoratae ecclesiae cathedralis, sub onere iisdem bonis tredecim refectionalium annexo, neque aliter nec alias, promittentes nomine ejusdem seminarii, sese nunquam hujusmodi cessionem revocaturos. Quae omnia et singula praedicti saepius RR. adm. DD. de capitulo declararunt sese acceptasse, prout acceptant per praesentes, sub modo, forma, et conditionibus supra expressis, neque praeter hanc conventionem opus erit aliquando de ulteriori cessione, transportu et acceptatione docere, utpote declarantes iidem transigentes sese velle omnibus hujusmodi solemnitatibus derogari. Acta et approbata fuerunt haec Brugis, die vigesima nona Martii, anni millesimi septingentesimi trigesimi octavi. Inferius habebatur: De mandato Ill^{mi} ac Rev^{mi} domini mei praefati. Signatum erat: N. R. Maertens secret.

Facta collatione cum suo originali concordantiam attestor.

H. H. VAN DER VLIERT, secret.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Acta capituli S^{ti} Donatiani.*

XC.

Achat de l'hôtel de Pitthem par l'évêque Henri-Joseph van Susteren. — Construction d'un nouveau séminaire.

15 Février 1738.

Comparut messire Jean-Baptiste-Ignace du Bois d'Inchy, chevalier seigneur de Wadelencourt, député ordinaire aux estats de Tournay et Tournésis, etc.; lequel seigneur comparant, tant en vertu des procurations de très haut et très puissant seigneur François de Croy, comte de Beaufort, né prince de sainct Empire, oncle, tuteur et héritier apparent légal de très haut et très puissant seigneur Emmanuel de Croy Solre, aussy né prince du sainct Empire: l'une passée pardevant les conseillers du roy Geret et du Liore, notaires, guardes notes et du scel de Sa Majesté au Châtelet de Paris, en date du 22 d'Aoust 1727; et l'autre donnée à Messines en Sicille, le 8 Novembre 1734, qu'en vertu d'authorisation et octroy du parlement de Flandre du 14 Janvier 1738; lesdites procurations et authorisation icy veues et dans la grosse du présent à inserrer; a vendu, cédé et transporté à l'illustrissime et reverendisime seigneur monseigneur Henry-Joseph van Susteren, évecque de Bruges, chancelier perpétuel et héréditaire de Flandre, acceptant pour l'érection de son séminaire épiscopal, suivant les lettres d'amortissement obtenues à cet effet de Sa Majesté impériale et catholicque le 8e d'Aoust 1727, sur le pli signé: J. J. le Roy, ici veues, et dont ne sera fait aucune insertion dans la grosse à la réquisition dudit seigneur acceptant; une grande maison avec ses appendances et dépendances, d'ancienneté nommée la maison ou l'hôtel de Pittem, scituée dans cette ville de Bruges dans la grande rue du Saint Esprit, entre les églises de Saint

L'évêque achète, pour y établir son séminaire, l'hôtel de Pitthem

Sauveur et de Notre Dame, avec un fief y enclavé nommé le fief Ter Walle, en longueur environ de vingt cincq verges et de largeur de vingt pieds, relevant de la cour féodale de l'évêché de Tournay; auquel fief appartiennent vingt deux livres, huit escalins, huit deniers parisis, dont les noms des débiteurs modernes seront délivréz audit seigneur acceptant. La ditte maison et le fief aboutissant d'orient à la rue menante de l'église de Saint Sauveur à celle de Notre Dame; du midy à la ruelle du Saint Esprit; de septentrion à la cantine de Saint Sauveur et d'autres d'occident; enfin selon la situation présente et moderne. Chargée de sept florins de rente foncière deus à plusieurs personnes selon l'état à délivrer audit seigneur acceptant, avec clause de guarrand, tailliabilité selon coutume. Laquelle maison et fief appartiennent audit seigneur prince de Croy Solre, comme héritier médiat de la dame comtesse de Montray, descendante en ligne directe de messire Guilliame de Claerhout, en faveur duquel l'adhéritance du vingt trois May 1528 at esté faite, suivant l'acte ici veu et délivré à mondit seigneur acceptant. Le tout pour la somme de douze mille cincq cent florins argent courant à Bruges, par dessus le cincquantième denier deu à la ditte ville, payée selon la quittance ci-jointe; et le dixième denier du fief au temporel dudit évêché de Tournay, qui seront à la charge dudit seigneur achetteur, aussy bien que les capitaux des rentes foncières; lesquelles sont compensées par celles affectées et deues au fief cy-dessus énoncé à la réserve des arrièrages qui resteront respectivement à la charge et au proffyt du susdit seigneur prince de Croy jusques et compris les eschéances de l'année 1737. Et quant aux saisies faites le 10 Juin 1666 sur laditte maison à la réquisition de la veuve de don Anthonio de Feuntes, mestre Jean-François Goeman, avocat au conseil en Flandre ici présent, a empris, comme il fait par cette présente la guarrantie et indemnité au besoin, dont il sera lors

appartenant au prince Emmanuel de Croy Solre.

pareillement deschargé et indemnisé de la part de mon dit seigneur prince de Croy Solre. Estant au surplus, la susditte maison libre et exempte de touttes autres charges et rentes redimibles.

En conséquence de ce que dessus, ledit seigneur comparant en sadite qualité, a donné comme il donne par cette, adhéritance à l'acceptation de mondit seigneur évecque pour l'érection dudit séminaire. Ayant pour la présente été employé un papier timbre de sept florins, quatre patars veu par nous eschevins.

Actum ce 15 Febvrier 1738.

Signé: du Bois d'Inchy de Wadelencourt.
J. F. Goeman.
Henri-Joseph, évêque de Bruges.

Nous présents comme eschevins

Signé: F. A. de Villegas d'Edewalle.
J. de Tollenaere Grammez.

Archives de la ville de Bruges. — Registre aux œuvres de loi passés devant le magistrat de Bruges, tenu par le clerc juré de la *vierschaere*, G. Beyts. 1737-1738, f° 71.

29 Mars 1738.

Réparations à faire; nouveaux bâtiments à construire.

Eodem 29 Martii 1738.

Illustrissimus dominus iisdem dominis praesidi et provisoribus seminarii exposuit, in domo de Pitthem, a se empta ad ibidem construendum novum seminarium, notabiles esse faciendas restaurationes et adjungenda esse nova quaedam aedificia juxta diversa schemata iisdem dominis exhibita; iidem domini praeses et provisores gratias egerunt illustrissimo domino pro tam liberali dono et judicarunt ad construenda supradicta nova aedificia impendendas esse pecunias eum in finem datas et destinatas, atque his non sufficientibus ad onus seminarii ulteriores necessarias levandas.

Aen syne doorluchtighste Hoogweerdigheyt den bisschop van Brugghe, erfachtigh cancellier van Vlaenderen.

Supplierende vertoont reverentelyck Antonius Hagheman canoninck der cathedrale van Brugghe, ende ontfangher van het seminarie, dat Ul. Hooghw[t] gecoght, ende by liberale gifte ghegheven hebbende seker notabel partye van een huys, genaemt het *Hof van Pitthem*, met alle syne toebehoorten, ende de erfve daer mede gaende tot het maecken van een nieuw seminarie, de selve syne Hooghw[t] om tselve te doen effectueren met raedt ende advies van d'heeren proviseurs van het selve seminarie goedt gevonden ende getrocken heeft de resolutie ten desen annex, waerby ondere is blyckende, ende oock andersints notoir is, datter aen den gemelden huysse seer considerable restauratien ende noodighe reparatien moeten gedaen worden, als mede dat daer aen nogh verscheyde nieuwe gebauwen oock moeten gemaeckt worden, synde daerby voorders geresolveert dat men tot alle de selve wercken ende nieuwe gebauw soude gebruycken ende employeren de penninghen die ten selven eynde over eenighe jaeren gegeven geweest syn, mitsgaeders oock de gonne daer tsydert gedestineert syn geworden, bestaende in de naervolghende sommen: eerst in vyf hondert ponden grooten, die ten dien opsichte gegeven syn door wylent Mher Jaecques Veranneman ende Marie Threse Roussel, voorts in de capitalen van twee renten die tsaemen commen te beloopen tot vier hondert vyftigh ponden grooten soo veele gheprocedeert is gheworden van de vercochte materialen wanof de penninghen by diversche goede geneghende waeren gegeven geweest tot den selven bauw, die alsdan interrupte gevallen is, bestaende voorts nogh de selve penninghen in het capitael van twee hondert ponden grooten, gecommen uyt de

21 Mai 1738.

Le receveur du séminaire demande à l'évêque l'autorisation de lever l'argent nécessaire à cet effet.

economie van het selve seminarie, ende nogh in drye hondert ponden grooten gesproten uyt het batelyck slot van de leste gedaene rekeninghe van het geseyde seminarie, alles genomen in wisselgelt, bedragende de gemelde sommen te saemen tot veerthien hondert vyftigh ponden grooten gelycke wisselgelt. Dan alsoo de gemelde penninghen aengeleyt ende uytgegeven syn ten intreste ten advenante van den penninck xx[tig] ende wanof het voorseyde seminarie het revenu van diere geprofyteert heeft, ende nogh voorder can proffyteren, ende dat ten opsighte van dien hooghen intrest, het veel proffytabelder soude wesen dat men de selve geappliqueerde penninghen alsoo soude laeten croyseren, mits dat diversche persoonen hun gelt tot den gemelden bauw-op minderen intrest syn presenterende te weten ten advenante van dry ten honderde ghelt voor ghelt, soo soude het allesints convenieren dat men tot proffyte van tselve seminarie de gemelde gedestineerde totale somme op den geseyden minderen penninck op obligatie soude lichten tot laste van tselvè seminarie, mitsgaeders oock lichten de voordere penninghen die tot den selven bauw noch souden moghen noodigh wesen, conforme de gemelde genomen resolutie. Ende gelyck sulcx niet en vermagh te gebeuren sonder consent ende authorisatie van Ul. Hooghweerdigheyt, obsterende oock de voornoemde resolutie, is oorsaecke dat den suppliant sigh is keerende tot de selve Ul. Hooghweerdigheyt, biddende de selve believe gedient te wesen, geconsidereert de redenen voorschreven, te consenteren dat men de geseyde penninghen soude laeten croiseren ende in plaetse van diere op obligatien lichten gelycke somme van veerthien hondert ponden grooten wisselgelt, ten eynde ende op den penninck in desen vermelt, als oock nogh te lichten de voordere penninghen tot het opbauwen van het geseyde seminarie noodigh.

Ende alsoo den suppliant tot aldies voorder noodigh heeft particulier octroy ofte authorisatie van Ul. Hooghw[t]

is hy suppliant de selve versouckende met voorder vermooghen van over de te lichten sommen in syne voorschreven qualiteyt te verleenen obligatie in forma onder de clauside van lossinghe ofte beset op generalyck alle de goederen van tselve seminarie.

Twelcke doende etca. Ondt Antonius Hagheman, pbr.

Sequitur tenor apostillae.

Ghesien desen, ende geconsidereert de redenen daerby geallegeert, wy consenteren ende authoriseren den heer suppliant door onse bisschoppelycke authoriteyt, om als ontfangher van ons seminarie, ten eynde als in desen, te moghen aennemen ende te laeten croiseren ten intreste van drye ten honderde ghelt voor ghelt, verleenende daertoe de obligatien in forma onder de clauside van lossinghe ofte beset op alle de goederen van het selve seminarie, alle de penninghen die met ons overstaen noodigh sullen gevonden ten eynde als in desen. L'évêque accorde l'autorisation demandée.

Aldus gegeven tot Brugghe den 21 Mey des jaers 1738 ende was ondert' Henricus Josephus, bisschop van Brugghe (1).

Archives de l'évêché de Bruges. — *Acta episcopatus.*

---

(1) L'aménagement de l'*hôtel de Pitthem* ne fut terminé qu'en Avril 1740, époque à laquelle les séminaristes y furent installés. L'ancienne maison *St Patrice*, de la rue des Chevaliers, fut vendue par les proviseurs du séminaire à Jean-Baptiste de Haes, licencié en médecine, le 27 Mars 1744. Depuis, elle devint successivement la propriété de François van Caloen (5 Octobre 1786), d'Ange de Schietere (1 Octobre 1803), de Charles-Antoine Doudan (20 Août 1813) et de Pierre Verté, docteur en médecine (28 Avril 1849). Cette maison, marquée A 7, est habitée aujourd'hui par M. le docteur Charles Verté

Arch. de la ville de Bruges. — Registre St *Jans Zestendeel*, fol. 267.

XCI.

Dédicace de thèses à l'évêque Henri Joseph van Susteren.

Illustrissimo ac reverendissimo domino, D. Henrico Josepho van Susteren, XIV *Brugensium episcopo, haereditario Flandriae cancellario, etc.*

18 Août 1740.

Illustrissime ac reverendissime domine.

Conclusiones, thesesque nostras theologicas [1], exiles quamvis et incultas, illustrissimo nomini tuo inscribere, aequum justumque duximus. Neque est unicus debiti hujus muneris titulus: ad illud enim nos impellit non solum humilis nostra observantia, sed et praecipue animi gratitudo ob regiam tuam munificentiam in novo hoc seminario construendo omnium oculis conspicuam. Nos quoque alliciunt, ac invitant eximiae virtutes, cura paterna, ac amabilis humanitatis, mansuetudinis, ac benignitatis tuae gratia, ob quas dotes a nobis, omnibusque subditis tuis maximus honor, fervens amor, ac supplex reverentia tibi semper sunt exhibenda.

Praeclaras laudes tuas commemorare nec possumus, nec audemus, vetante id humillima modestia tua, et signanter capacitatis nostrae tenuitate, necnon verborum inopia, qua eas diminuere, ac obscurare veremur. Nobis tacentibus

---

(1) Theses theologicae de peccato originali, legibus et gratia, quas praeside Rev..... D. **Antonio Franc. van Tienevelt** S. T. L. eccl. cath. Brug. canonico theologali, et seminarii episcopalis professore, defendent R. D. *Franciscus Cobert* Brugensis et D. *Cornelius Dillebeke* Ostendanus, ejusdem seminarii alumni.... die 18 Augusti 1740.

eaedem efflorescent admirabilius, splendebunt clarius, effulgebunt manifestius.

Ast tenemur semper infinitas Deo Optimo Maximo referre grates, cujus Providentia te pastorem, et episcopum animarum nostrarum destinavit, cujus clementia te per vigintiquinque annos in felici hujus dioecesis regimine ad inexplicabile nostrum gaudium, ineffabileque solatium incolumem conservavit, custodivit, protexit. Non minores obligamur tibi gratias agere, *illustrissime praesul*, ob aedificationem hujus novi seminarii, cujus amoena amplitudo, aedificiorum elegantia, et admiranda pulchritudo quavis oratione ciceroniana disertius loquuntur. Profecto qui angustas antiqui seminarii aedes cum pretiosissimis novi aedificiis comparaverit, is fateatur oportet, seminarium e veteri novum, ex angusto amplum, ex indigesto concinnum, e deformi elegans exurrexisse. Quis autem hos sumptus suppeditaverit, alto cogimur premere silentio monente Domino : *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua : Eleemosynas* enim *illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum*.

Les élèves remercient l'évêque qui vient de leur donner un nouveau séminaire.

Neque solummodo hocce seminarium tua aedificavit magnificentia, *pater reverendissime*, (cur enim non te appellemus patrem, qui tot titulis vere pater noster es?) sed et tua prospicit continua sollicitudo, et gubernat cura vigilantissima, ne qua alumnis desit institutio aut in sacris literis ediscendis, aut in scientia theologica acquirenda, aut in virtutibus bonisque moribus imbuendis. Propterea trimestribus singulis scientiam, moresque omnium alumnorum subjici examini mandasti. Optimo ergo jure patrem te appellamus, qui amore paterno nos foves, prudentia gubernas, sollicitudine dirigis, et vigilantia protegis.

Quapropter ut filii obedientissimi ardentissima cordis nostri vota deferentes, divinae clementiae indesinenter supplicabimus, ut illustrissimam vestram gratiam ecclesiae, nobis, omnibusque longa annorum serie sospitem custodiat, coelesti praesidio confortet, omni benedictione

abunde cumulet, tandemque post integrum in terris completum jubileum praeclarissima vestra merita aeterna in coelis felicitate remuneret. Ita vovemus

Illustrissimae gratiae vestrae

Humillimi, devinctissimi, obedientissimi famuli, et clientes vestri,

ALUMNI SEMINARII EPISCOPALIS.

Bibliothèque du collége du S[t] Esprit à Louvain.

XCII.

Décoration du séminaire lors du jubilé de l'évêque Henri-Joseph van Susteren, célébré le 10 Octobre 1740.

In het nieuw seminarie was yder cassijn van de onderste camers af-gestopt met de volgende emblemata versen en jaer-schriften die by nachte oock geillumineert waren.

I. EMBLEMA.

10 Octobre 1740. De Faeme vliegende boven de stadt Brugghe, die verbeeldt wordt tusschen twee rotsen, uyt een van de welcke cen stemme roept *Quid Fama clamat*, ende uyt de andere antwoordt den echo *Amat*. Waer door verthoont wordt hoe de liefde met de welcke sijne doorluchtighste hooghweerdigheydt de stadt van Brugghe bemindt, een ieder heeft op-geweckt om met vreught desen jubilé te vieren: wordende het selve uyt-gedruckt door de volgende versen en jaer-schrift:

Fama volat, cunctosque vocat concurrite cives
Et echo resona voce reclamat, amat:
Clamat, amat patriam et totam virtutibus implet
Quarum nulla usquam fructibus ora carent.

JUbIlat pleUs MerItIs epIsCopUs senex VeneranDUs.

II. EMBLEMA.

Eene Swaene swemmende in het midden van het water, sonder dat haere pluymen nat worden, met dit divies:

Tangor non tingor ab unda.

Om te verbeelden hoe het hert van sijne doorluchtighste hooghweerdigheydt wenschende versaet te worden met de hemelsche goederen niet gehecht en is aen de tijdelycke middelen in de welcke hy grootelyckx van Godt gesegent is, wordende hetselve uyt-gedruckt door de naervolgende versen en jaer-schrift:

Tingitur haud cygnus quamvis tangatur ab unda
Pernatat et semper pulchrior inde redit:

sIC rebUs MUnDanIs UtItUr henrICUs, non frUItUr.

III. EMBLEMA.

Een ouden Palm-boom schoone en menighe vruchten gevende: met dit divies:

In senecta uberi.

Om te verbeelden hoe sijne doorluchtighste hooghweerdigheydt niet laet van oock in sijne onderdom menighvuldighe vruchten voorts te brengen ende daer om noch te meer verdient geacht te worden: gelyck te kennen gegeven wierdt door de volgende versen en jaer-schrift:

Firma stat, et late diffundit frondibus umbras
Et sicut est senio, fertilitate gravis.

eXULtat JosephUs non MInUs fertILItate aC senIo VeneranDUs

IV. EMBLEMA.

Eenen Herder sittende op een heuveltje recht over den schaep-stal en bewaerende selfs den schaep-stal om dat de schaepkens die daer binnen syn van alle hinder souden bevrydt wesen. Waer onder stont dit divies:

Vigil tutatur ovile.

Om te verbeelden de sorghvuldigheyt met de welcke sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt nu vyf-en-twintigh jaeren over dit bisdom gewaeckt heeft wordende het selve uyt-gedruckt door de volgende versen en jaer-schrift:

Detegit inde lupum vigil, irruit: inde latronem,
Insilit: et pavidum servat ab hoste pecus.

sIC Van sUsteren qUInqUe LUstrIs DoMIno serVat oVILe.

V. EMBLEMA.

Eenen Hondt een af-gedwaelt schaep weder-bringhende tot de kudde, hebbende voor divies:

Reducit errantem.

Verbeeldende hoe den yver van sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt verscheyde heeft weer-gebracht tot Godt ende de H. Kercke, uyt-gedruckt in dese versen en jaer-schrift:

Si quae forsan ovis per saxa vepresque vagetur
Errantem solers arte reducit ovem.

VarIas teMpore epIsCopatUs sUI oVes ChrIsto reDUXIt.

VI. EMBLEMA.

Eene Klock-henne met haere joncxkens onder haer vleugels, met dit divies:

Saucia curis.

Verbeeldende dat sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt soo besorght is voor het welvaeren van sijne schaepkens dat hy sijn selve schynt te vergeten, gelyck te kennen gegeven wort door de volgende versen en dry-dobbel jaerschrift:

Invitat pennis, invitat voce graduque
Proque suis vivit vix memor ipsa sui.

oMnIbUs sUIs non sIbI VIVIt praesUL: sIC DILIgIt sUos,
et seMper LenIs soLLICIte ConVoCat, VIX MeMor sUI.

VII. EMBLEMA.

Eenen Zeyl-steen op-treckende eenen sleutel met dit divies:

Magnes amoris amor.

Verbeeldende hoe de minsaemheyt van sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt besonder kracht heeft om menighe versteende sondaers als met gewelt van het quaet af-te-trecken. Het welck oock dese volghende versen en jaerschrift te kennen geven:

Quis non miretur duri miracula saxi
Sic duros rapuit praesul amore trahens.

aMorIs sUI seCreta VIrtUte DUros traXIt praeVarICantes.

VIII. EMBLEMA.

Eene springende Fonteyne overvloedigh water gevende, met eenige schaepkens die daer komen drincken, draeghende voor divies:

Dat affluenter.

Om te verbeelden hoe de arme menschen alder-meest profiteren van de rijckdommen van sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt wordende het selve uyt-gedruckt door de naer-volghende versen en jaer-schrift:

Ipse sibi dives communes semper in usus
Currit et effusas sic bene perdit opes.

DIspersIt DeDIt paUperIbUs JUstItIa eJUs fLUIt In saeCULa.

IX. EMBLEMA.

Het nieuw Seminarie door den eerweerdighsten heere jubilant van den grondt af op-gerecht. Hebbende voor divies:

Muri lapidesque loquentur.

Waer door beteeckent wiert dat dit gebouw is een eeuwige gedenkenisse van de wel-dadigheyt van sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt: wordende het selve uyt-gedruckt door de volgende versen en dobbel jaer-schrift:

Mors licet invideat, vivet post funera, dum stant
Erectae molis culmina, laudat opus.

MeMorIaLe aeDIfICaVIt, nobILI LIberaLItate nULLo aeVo obLIteranDa, Ut prosIt.

X. EMBLEMA.

Eene Handt snoeyënde eenen wijngaert: met dit divies:

Hinc stat foecundior.

Verbeeldende hoe den florisanten staet van dit bisdom aan den on-vermoeyelicken arbeydt van sijne doorluchtighste hooghweerdigheydt kappende en kervende al dat de vruchtbaerheydt soude konnen beletten moet toe geschreven worden. Gelyck uyt-drucken de volgende versen en jaerschrift:

Felix qui coluit ferroque putavit adunco:
Nam resecata botris hinc stat onusta magis.

DIoeCesIs Ipso CULtore InUtILIa et noXIa reseCante
foeCUnDIor VInea ChrIsto faCta.

XI. EMBLEMA.

Een Compas wijsende naer de noort-sterre met dit divies:

Sidera tuta notat.

Waer door te kennen gegeven wort hoe de leeringhe van sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt het waere geloof voorhoudt ende van alle dolinghe doet mijden: hêt welck uyt-gedruckt wort door de volghende versen en jaerschrift:

Quem teneant cursum, quo sint sub sidere nautae.
Quo quis agat ventus carbasa, monstrat acus.

non nIsI reCta DoCet, qUae seqUenDa seqUI, qUaeqUe
VItanDa VItare.

XII. EMBLEMA.

Twee Weghen den eenen met bloemen, en den anderen met cruycen, ende een kindeke toonende den wegh met cruycen bezaeyt waer onder stont dit divies:

Hac monstrat eundum.

Waer door verbeelt wort hoe sijne doorluchtighste hoogh-weerdigheyt door sijn exempel een yder den wegh ter zaligheyt aenwijst: wordende het zelve uyt-gedruckt door dese versen en jaer-schrift:

Ne violis ne crede rosis hac monstrat eundum
Haec certa et cupidum ducit ad astra virum.

neC CrUCes neC trIbULos Vereare, praeIt, aUDaCter
seqUere, ne DeVIes a VIa CoeLI.

XIII. EMBLEMA.

Eenen Paradijs-voghel verfoeyende de aerde om in de locht te leven met dit divies:

Sordet ei terra.

Verbeeldende hoe alle de betrachtinghe van sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt is de hemelsche glorie: het gone wort uyt-gedruckt door de volghende versen en jaer-schrift:

Quidquid terra potuit dare, respuit ille volucris,
Perfundi solo roscida rore cupit.

MUnDUs eI JUgIter CrUCIfIXUs.

XIV. EMBLEMA.

De Sonne in het water schynende en vertoonende een tweede sonne: met dit divies:

Simillima proles.

Waer door verbeelt wort hoe sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt, besittende alle deughden die vereyscht worden in eenen waeren bisschop, gelijck-formig is aen Christus onsen Salighmaker het voorbeelt van alle bisschoppen: wordende dit te kennen gegeven door de volghende versen en jaer-schriften:

Sol quoties nitidas radios reflectit in undas
Progenerat soles ipse sibi similes.

1.

sobrIUs, ornatUs, pUDICUs, totUs ChrIstUs In Ipso forMatUs.

2.

prUDens, hUMILIs, hospItaLIs, Uno Verbo VerUs epIsCopUs.

XV. EMBLEMA.

Eenen gekroonden Mijter op een kussen omringelt met alle soorten van musicaele instrumenten: waer onder stont dit divies:

Dulce levamen.

Om te verbeelden de al-gemeyne vreught met de welcke den tegenwoordigen jubilé van sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt geviert wort, gelijck te kennen geven de volghende versen en jaer-schrift:

Dum celebrat praesul sua jubila, musica turba
Plaudite et argutis concelebrate sonis.

CanIte tUba, pULsate CYMbaLa, Consonate LYra, JUVate ChorI, JUbILat henrICUs.

XVI. EMBLEMA.

Den Dagheraet ofte op-staende sonne met welckers eerste licht de voghelkens op de boomen sigh verheughen: met dit divies:

Luce purpurea gaudent.

Om te verbeelden hoe sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt van het beginsel of dat hy bisschop van Brugge geworden is, als een dagheraet aen dit bisdom geschenen heeft, ende als een opstaende sonne heeft beginnen te verquicken de gene thien jaeren lanck sonder bisschop geweest zijnde, soo lanck als in de duysternisse geseten hadden: het welck te kennen gegeven wierdt door de volghende versen en jaer-schrift:

Quando aurora notat tenuis primordia lucis
Exultant reduces, lumine solis, aves.

qUI IngressU sUo nobIs DILUCULUM fUIt.

XVII. EMBLEMA.

De Sonne met haer volle light tot op den middag, alles meer en meer verlichtende met dit divies:

Ascendit et auget.

Om te verbeelden den luyster die gedurig meer in dit bisdom is aen-gegroeyt hoe langher sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt het selve geregeert heeft, gelyck uytgedruckt wordt door de volgende versen en jaer-schrift:

Quo sol ascendens umbras facit usque minores,
Hoc magis ex almo lumine prata vivent.

VIgIntI qUInqUe annIs LaetItIa DeLICIUMqUe sUIs.

XVIII. EMBLEMA.

Landt-kaerte van het bisdom van Brugge bestraelt door eene sonne de welcke schijnt tot d'uytterste paelen des wereldts: met dit divies:

Terram perlustrat et undas.

Waer door verbeelt wordt dat den yver van sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt niet enckelyck tusschen de paelen van dit bisdom besloten blijft, maer sigh oock tot verre af-gelegen plaetsen uyt-streckt: wordende het selve uyt-gedruckt door de volgende versen en jaer-schrift:

Ardor amans nostris non circumscribitur oris
Partes namque suas pontus et indus habent.

DIoeCesI LUX, aUXILIUM orbI.

Onder het portrait van sijne doorluchtighste hooghweerdigheyt stondt dit volgende jaer-schrift:

LUstra bIs qUInqUe eX CorDe optaMUs JUbILantI.

Boven de groote poorte stondt den op-dragh van het geheele voorschreven werck uyt-ghedruckt door het volghende jaer-schrift:

henrICo Josepho Van sUsteren pastorI sUo eX anIMo appLaUDUnt theoLogI.

Beschryvinghe der triomphe op den vyf-en-twintigh-Jaerighen JUBILÉ van Syne Doorluchtighste Hooghweerdigheydt Henricus Josephus van Susteren, veerthiensten Bisschop van Brugghe, erfachtigh Cancelier van Vlaenderen, etc. met Uyt-stekende Prachtigheydt geviert binnen Brugghe op den X. October MDCC. XXXX.

Ghedruckt by Joannes De Cock, *woonende in de Philips-stock-straet*, pp. 23-32.

XCIII.

Extrait du testament de l'évêque Henri Joseph van Susteren.

Admissio haereditatis Ill^mi domini defuncti in favorem seminarii.

6 Juin 1742. Comparentes domini canonici cantor Schoutheet, et van der Vliert, executores testamenti Ill^mi ac R^mi domini Henrici Josephi van Susteren, episcopi Brugensis defuncti, simul cum provisoribus seminarii, exhibuerunt copiam secretarum instructionum concernentium executionem testamenti dicti Ill^mi domini defuncti, per quas constabat uti etiam ex testamento ejusdem Rev^mi ac Ill^mi domini, seminarium Brugense a praedicto Illmo domino esse constitutum haeredem universalem bonorum episcopalium, quae relicta sunt a saepedicto Illmo domino sub conditione et onere expensis seminarii prosequendi lites, si quae oriantur, quae domum mortuariam praedicti Ill^mi domini ut episcopi concernunt, et sub aliis oneribus latius in dictis secretis instructionibus expressis, petentes dicti domini executores, ut domini vicarii memoratam haereditatem cum oneribus et emolumentis in utilitatem seminarii acceptarent, prout jam inde a provisoribus ejusdem seminarii acceptata fuit, et domini, considerantes notabile emolumentum quod inde seminario sit obventurum, acceptandam duxerunt praedictam haereditatem sub oneribus in supradictis secretis instructionibus latius expressis, et post copiam istarum secretarum instructionum hic exhibitam et in archiviis episcopatus reponendam, apposuerunt actam acceptationis ut sequitur :

Vicarii generales etca, visis suprascriptis articulis secretae instructionis Rmi ac Illmi domini Henrici Josephi van Susteren, episcopi Brugensis defuncti, nec non habito judicio dominorum provisorum seminarii Brugensis, authoritate, qua fungimur sede vacante, legata in supradictis secretis instructionibus expressa, cum oneribus et emolumentis in utilitatem dicti seminarii Brugensis acceptanda duximus, prout per praesentes acceptamus. Le vicariat de Bruges accepte le legs fait par l'évêque van Susteren en faveur du séminaire.

Extrait uit de secrete instructien en uyttersten wille van syne hooghweerdigheit Henricus Josephus van Susteren, bisschop van Brugghe, overleden den 24 February 1742, waer in onder ander staet als volght:

1.

Ick instituuere tot erfgenaemen van myne patrimoniale goéderen etc.

2.

Nu commende tot myne bisschoppelycke goederen ofte incommen, ick instituere aengaende de selve tot erfgenaeme het bisschoppelyck seminarie in dese stadt. L'évêque lègue au séminaire ses biens épiscopaux.

22.

De portraiten van den keyser ende keyserine, met de vergulde arents sullen mogen blyven voor de schauwe in het grootste salette, ende als mynen naesaet die aldaer niet meer en sal willen hebben, soo sullen die gebroght worden naar ons seminarie, om aldaer eene camer te versieren, gelyck ten eersten naer myne doodt aldaer ten selven eynde sullen gebraght worden de Theses met hunne vergulde lysten die mij gedediceerd syn geweest. Portraits etc.

24.

Den silveren Donatianus staende in myne slaepcamer legatere ick aen de capelle van myn seminarie om aldaer nu ende dan op den authaer te stellen.

27.

Maison de campagne dite: *Royeghem.*

Myn buyten genaemt *Royeghem* (1) (waer in de camers sullen blyven behangen met tapyten) laete ick voor altydt aen het bischdom van Brugghe, op conditie, dat boven de lasten ende onderhout van het selve goedt, den bisschop by tyde wesende ofte het vicariaet *sede vacante* jaerlycks sal betaelen aen ons seminarie voor eenen seminarist de tafel ende onderhout tot vyf en twintigh pondt vlaemsch, ende in cas dat door negligentie van te voldoen aen de lasten ofte reparatie van het selve goedt, ofte andersints, dit goedt soude moeten vercoght worden, soo sal de helft van de penningen daer van voorts commende, gegeven worden aen ons seminarie; ende de andere helft aen den disch van S[t] Salvators kercke binnen dese stadt.

28.

Men sal trachten soo haest het mogelyck is ten profytighsten te vercoopen ten baete van ons seminarie het huys (2) dat my competeert staende nevens het oud seminarie.

---

(1) Château situé non loin de l'église de S[te] Croix-lez-Bruges, et habité actuellement par Madame la douairière Visart.

(2) Maison qu'habitait autrefois le président du séminaire, Chrétien van den Berghe, * et qui passa successivement à Jean Schapelinck (10 Janvier 1646), à Pasquier Spillebeen (16 Janvier 1661), à l'évêque van Susteren (entre 1716 et 1721), à Jean-Baptiste de Haes (26 Mars 1744) et à Joseph Macqué (30 Avril 1782.)

* Voir document XLVII, p. CCXCVIII, note; arch. de la ville de Bruges: *St. Jans Zestendeel*, fol. 268.

29.

De huysinge ende erve genaemt de *Magersoede*, geweest synde het clooster der Benedictinerssen van Sinte Godelieve, by myne orders gecoght door den heer Petrus Joannes van Baelberge alsdan pastor van O. L. V. alhier, daer naer predikheere gestorven, sal blyven met haere lasten aen de vergaderinghe van de geestelycke doghters genaemt Apostelinnen staende onder den aertsbisschop ende bisschoppen van de provincie van Mechelen, soo lanck als sy sullen onderhouden ende leeren soo veele aerme dochterkens als mynen naesaet sal oordeelen sy gevoegelyck sullen connen onderhouden, ende in cas het gebeurde, dat deese vergaderinghe alhier niet meer en continueerde die aerme schoole te houden, alsdan sal die huysinge, ende erve publicquelyck vercoght worden, ende de helft van de penningen sal gegeven worden aen ons seminarie, ende de andere helft aen den disch van St Salvators kercke, ofgetrocken synde het goone de vergaderinghe sal toonen op haer particuliere coste moghte daer aen gebouwt te hebben, dat naer tauxatie aen de vergaderinghe uyt die coopsomme sal gerestitueert worden. *Magersoede.*

30.

Men sal besondere sorge dragen voor de biblioteque van ons seminarie, ende dat niemant daervan eenen boeck en draeghe, ofte op eene verkeerde plaetse stelle. Bibliothèque du séminaire.

35.

In de cathedrale kercke sal men myn jaergetyde fonderen op den voet, ende met de selve distributie soo van ghelt als van broot, ghelyck het jaergetyde van den bisschop de Baillencourt aldaer gefondeert is, ende myn seminarie sal deese fondatie voor alle andere lasten altydt betaelen Anniversaire.

uyt de penningen die het selve seminarie van nu af van my genooten heeft, ende uyt myne erfenisse nogh staet te genieten.

36.

Rentes. De renten ende obligatien, die ick bisschop synde gecoght hebbe, ende waer van ick voor myn overlyden niet en sal hebben gedisponeert, laete ick aen het selve seminarie.

38.

Als myn silverwerck, schilderyen, tapyten ende andere meubelen daervan ick in myn leven niet en sal hebben gedisponeert, sullen vercocht syn, ende alle myne schulden voldaen, soo sullen de heeren executeurs met den heer president, ende de heeren proviseurs van tseminarie int minnelyck determineren, hoe veel borsen voor deughtsaeme, ende wel gepromoveerde studenten uyt myne nae te laeten penningen boven myne jaergetyde sullen konnen geformeert worden, ende by myne naesaeten geconfereert.

43.

Récréation annuelle au séminaire. Men sal op den dagh van mynen uytvaert ende op alle myne jaergetyden int toekommende aen de seminaristen eene fatsoenelyke recreatie geeven, ende doen bidden voor myne, en myne ouders zielen, naementlyck die de welcken sullen genieten de borsen uyt onse penningen gefondeert.

46.

Dispositions diverses. Synde onse intentie dat alle de legaten de goone in deese myne secrete instructie ende uytterste wille worden gelaeten aen mynen successeur ofte bischdom, sulck geschiet in het vast betrouwen, dat door den selven ofte vicariaet,

ofte wie het soude mogen weesen, geen pretentien gheformeert en sullen worden tot laste van myn sterfhuys, erfgenaemen, executeurs, ofte legatarissen op wat pretext het soude moogen syn; andersints verclaeren wy onsen wille te weesen, dat alle legaten tsynen faveure ofte van het bischdom ghedaen, sullen vervallen ter dispositie van myne voorseyde executeurs in andere pieuse wercken.

48.

Item declarere dat oock niet tegenstaende hier vooren is geseyt, dat de boecken de goone sullen bevonden worden in myn sterfhuys sullen blyven aen het bischdom, mynen wille ende intentie te syn, dat alle de boecken sullen gegeven worden aen het seminarie, ende dat alleenelyck aen het bischdom sullen blyven de *duplicata* van de boecken die der sullen in myn sterfhuys bevonden worden.

54.

Voorders begeere oock, dat met de restanten van myne prebende van St Pieters tot Ryssel, boecken sullen gecoght worden.

Ende was onderteekent: Henricus Josephus bisschop van Brugghe.

56.

Op den 24 Febr. 1742, heeft syne hooghweerdigheyt, sonder alteratie van syn testament, secrete instructie ende codicille, naerder ghedeclareert het seminarie van Brugghe te ontlasten van seker obligatie van daten 31 Ougst 1738, onderteekent Antonius Hagheman, inhoudende de somme van thien duysent guldens vlaemsch courant, sprekende in profyte van Mher Melcior van Susteren synen broeder, ende op conditie, dat het voornoemde seminarie jaerlycks sal betaelen aen Guillaume Lennot en Felix Bouchout syne domestiquen de somme van hondert guldens aen ider

by forme van lyfrente hun leven lanck gedeurende, ingaende men den dagh van syn overlyden, by middel van welcke sullen kommen te cesseren de voorgaende dispositien in hun regard hier vooren gedaen soo by testamente als codicille, synde voorders d'intentie van syne voornoemde hooghweerdigheyt dat de gemelde twee jaerlyecksche lyfrenten naer hunne doodt sullen moeten dienen voor twee separate borsen voor theologanten.

Leegher stont: ita est. *Ende was onderteekent:* Henricus Josephus. *Ter zeyden stont:* nobis praesentibus Mauro Eloy abb: Aldenburg. et N. R. Maertens.

Les proviseurs du séminaire acceptent les legs.

Nos infrascripti seminarii Brugensis praeses et provisores habita lectura testamenti Ill^{mi} ac Rev^{mi} domini Henrici Josephi van Susteren, decimiquarti episcopi Brugensis, uti et supra scriptorum articulorum secretae instructionis, ac summarie auditis ab Ampliss. dominis dicti testamenti executoribus Schouteet et vander Vliert bonis et emolumentis exinde seminario provenientibus, obstupescentes summam Ill^{mi} defuncti liberalitatem ac cordialissimum ejus erga seminarium affectum, cum gaudio ac gratiarum actione benedicentes Domino, qui animae ejus sempiterna bona retribuat, qualitate nostra illud acceptandum duximus prout et acceptamus per praesentes, haereditatem adeuntes cum juribus, oneribus et emolumentis suis universis, uti introvocatis praefatis dominis executoribus organo Ampliss. domini archidiaconi Petri Massemin seminarii provisoris indicatum fuit.

Actum Brugis in seminario episcopali die 21 Maii 1742. Non signavit D. Massemin, quia ante expeditionem hujus obierat, et signatum erat A. van Vyve archipresbyter Brugensis, ac seminarii praeses, Zeg: Van Maele can. grad. seminarii provisor, J. B. Schellekens can. et pastor B. M. V. seminarii provisor.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Acta vicariatus, sede vacante post mortem Ill^{mi} van Susteren.*

XCIV.

Dédicace de thèses à l'évêque Jean-Baptiste de Castillion.

Illustrissimo ac reverendissimo domino D. Joanni Baptistae Ludovico de Castillion, xv *Brugensium episcopo, haereditario Flandriae cancellario etc.*

Illustrissime ac reverendissime domine.

Multiplices inter totius cleri, populique acclamationes festivas, et congratulationes solemnes, alumni seminarii *Illustriss. gratiae vestrae* gratulabundi accurrimus. 20 Août 1743.

Gaudet nunc ecclesia Brugensis gaudio magno, et tristitia ejus, ob mortem praematuram dilectissimi sponsi sui *Henrici Josephi,* seminarii hujus restauratoris (vel ut verius dixerimus) fundatoris, ac totius Belgii ornamenti insignis, conversa est in gaudium ineffabile; vixque moesta, quin laeta; vix viduata, quin sponsata sit *reverendissimae dominationi vestrae,* quam eximiae dotes, eminentes virtutes, resplendens vitae *Candor* (1) Deo et hominibus fecere amabilem.

Cunctis siquidem nota est prudentia tua in negotiis, suavitas in verbis, labor in studiis, dexteritas in muniis, diligentia in officiis Divinis, pietas in precibus, irreprehensibilitas in moribus. Clementiam tuam norunt miseri et afflicti, misericordiam decantant pauperes, affabilitatem experti sunt universi. Admirabilem ac effulgentem animi tui *Candorem* quis enarrabit? Hunc ne amitteres, mundum deseruisti, ac solitudinis amator elegisti abjectus esse in domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis Éloge du nouvel évêque.

(1) La devise de Mgr de Castillion était: *Comite candore.*

peccatorum. Verum Deus, qui exaltat humiles, *illustrissimam dominationem vestram*, sub modio latitantem, super ecclesiae nostrae candelabrum exigentibus id excellentissimis meritis tuis collocare voluit, ut luceres omnibus, qui in domo tua, id est, ecclesia Brugensi sunt; et gratia sua corroboravit, ut potens sis verbo et exemplo exhortari eos in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere.

Ob has igitur, aliasque praestantissimas animi tui dotes, *illustrissime praesul*, non intrusus, neque ambitiosus, sed tamquam alter Aaron a Deo vocatus, et strenuus zeli apostolici aemulator Brugensem cathedram ascendisti.

Praedilectam itaque amplectere sponsam, filios consolare, ignorantes instrue, peccantes corripe, cadentes erige, fragiles confirma, oves tuas pasce *pastor vigilantissime* animarum nostrarum, ac nos agnos tuos seminarii vestri alumnos paterno favore prosequere, singulari cura custodi, ac benevolo dilectionis affectu dilige, qui in signum obedientiae filialis, ac in debitum amoris et reverentiae argumentum has theses theologicas (1) omni, qua par est, humilitate venerando nomini ac patrocinio tuo offerimus, inscribimus, consecramus.

Dignare igitur, *antistes dignissime*, dignare *pater amantissime*, hoc humile humilium servorum tuorum obsequium benignissime suscipere, et juventutis nostrae conamina praepotenti authoritate tua protegere. Accipe quoque hoc ultimum subditorum tuorum votum: *Joanni Baptistae* XV *Brugensium episcopo dignissimo gratia, misericordia, et pax a Deo Patre, et Christo Jesu Domino nostro, anni Nestorii, regimen felix, merces perpetua, salus aeterna.*

---

(1) Theses... de sacramentis in genere, et baptismo, confirmatione et poenitentia in specie, quas praeside rev. adm. ac eruditiss. D. **Petro Jacobo Siboons** S. T. L., eccl. cath. Brug. can. theologali, et sem. episc. professore, defendet D. *Adrianus Jacobus de Bie* Roullariensis... die 20 Augusti 1743.

Amen. Amen. Hoc intimo corde exoptamus, et humillimis precibus a Deo postulamus.

Illustrissimae gratiae vestrae

Humillimi, devinctissimi, obedientissimi famuli, et clientes vestri,

ALUMNI SEMINARII BRUGENSIS.

Bibliothèque du collége du S[t] Esprit à Louvain.

XCV.

Extrait du rapport de l'évêque Jean-Baptiste de Castillion sur l'état de son diocèse.

Scholastria confertur per episcopum alicui ex canonicis, sed non est dignitas, nec ulla habet emolumenta, neque officium praeter curam scholarium ecclesiae. 14 Juin 1746. Écolâtre.

Accedunt insuper diebus Dominicis et festivis, divinarum laudum decantandarum gratia, ad hanc ecclesiam omnes seminarii diocesani alumni, ubi, suis induti superpelliceis, magna cum populi aedificatione officiis diurnis jugiter assistunt, et principalioribus per annum festivitatibus, etiam nocturnis. Chœur de S[t] Donatien.

Hisce junguntur vicarii musici, numero decem, a capitulo stipendiati, et inter habituatos assumpti, quibus, sub cantore et succentore, praeest phonascus seu musices director.

Horum omnium seriem claudunt in hocce statu pueri numero viginti, quorum septem musicae deputati, apud phonascum aluntur ex proventibus sextae praebendae ex Choraux.

praetactis viginti septem, quae anno 1577, accedente Pontificis maximi auctoritate, fuit extincta, gaudentque insuper aliquibus annuis redditibus, ex piis canonicorum legatis ipsis munifice relictis; dicunturque hi choraules, qui dum voce distituuntur, ex alia canonicorum fundatione donum recipiunt gratuitum centum quinquaginta florenorum, sive ut studia prosequantur, sive ut honestum addiscant opificium.

Réfectionaux.

Tredecim reliqui, refectionales dicti, functionibus chori invigilant, versiculos, et martyrologium decantant, ac missis habituatorum inserviunt. Nón secus atque choraules, hi omnes vestibus utuntur talaribus coloris cerulei, queis super induunt superpelliceum.

Refectionales domi apud parentes degunt, sed una cum choraulibus ad ecclesiam confluunt, et scholas frequentant sub directione unius ludimagistri, qui ipsos studia humaniora doceat, ad hoc a capitulo stipendiatus: gaudent hi annuis vestibus, aliisque subsidiis ex fundationibus canonicorum ipsis legatis, habentque particularem magistrum, qui ipsos in cantu gregoriano instruat.

Séminaire.

Seminarium episcopale Brugense, ex decretis sacri concilii Tridentini anno 1571 erexit Remigius Driutius, 2us Brugensis episcopus, sed tenuibus adeo initiis et angustis proventibus, uti turbulenta tunc ferebant tempora, ut Servatius Quincquerus, 7us ejusdem sedis antistes, partim ob defectum mediorum, partim ob cleri raritatem, aliasque causas ignotas, illud anno 1632 suppresserit, theologis ac bursariis ad academias Lovaniensem et Duacenam ablegatis, donec Henricus Josephus van Susteren, oratoris immediatus praedecessor, obtenta a Sede apostolica erectione unius praebendae ex sua ecclesia cathedrali in theologalem, per bullam datam a Clemente XI, die 14 Martii 1719, collapsum seminarium non tam pristino statui restituit, sed de novo fundavit, siquidem non solum dimidium depositi, quod ex vacatione decennii hujus sedis episcopalis non mediocriter excreverat, huic rei vivens insumpsit,

et de suo adjunxit, verum etiam moriens, ut fuerat divitiis patrimonialibus affluens, mirifice benefecit. Alit inpresentiarum hoc seminarium, ob misera et calamitosa tempora, alumnos vix triginta, morigeros omnes et bonae spei; illis praeest ut praeses archipresbyter hujus dioeceseos, cum adjuncto vice praeside, et praelectiones qua theologicas qua scripturisticas quotidie habent professores tres, qui omnes et singuli, cum praeside et vice-praeside sunt canonici ecclesiae cathedralis et sacrae theologiae licentiati in alma universitate Lovaniensi, qui, ut omnis clerus per universam dioecesim, sunt constitutionum apostolicarum, infallibilitatis et authoritatis pontificiae acerrimi defensores. Nombre d'élèves.

Quantum ecclesiae Brugensi ex hacce seminarii restauratione accesserit et accedere pergat spiritualis emolumenti, universum ex nunc novit Belgium Romano-Catholicum.

Scholae publicae pauperum intra civitatem.

Recensitis eximiae pietatis monumentis non potuit satiari Brugensium zelus, et in proximum, praecipue egenum, inenarrabilis amor. Siquidem senatus populusque Brugensis anno 1510, perpendens quanta infirmitate laboraret pars incolarum infima, plebeiaque tenuitas, quae rerum multarum inopia, et penuria pressa, liberos suos ad honesta, pia ac catholica non satis pro votis curare, neque vel ad minimum honestatis gradum educare poterat; huic medendo malo binas pauperum instituit scholas, juvenum unam, puellarum alteram, in queis facile ducenti et quinquaginta parvuli aluntur, vestiuntur, erudiuntur, et ad omnem honestatis disciplinam instituuntur. Écoles pauvres.

Juvenum scholae praeest sacerdos secularis, sub titulo *regentis*, qui varios sub sese habet ludimagistros juventutem illam docentes orthographiam et arithmeticam, idque tam felici successu, ut fidem superet, quantum proficiant. Huic scholae magistratus quotannis binos praeficit École Bogaerde.

moderatores, seu superintendentes, qui id muneris cum triennio obeant, diligenter scrutantur istorum parvulorum indolem et genium, quosque studiis humanioribus aptos prudenter judicant, eos ablegant ad collegium societatis Jesu, ibidem erudiendos, ac postmodum in universitatibus Lovaniensi, vel Duacena, altioribus scientiis imbuendos: caeteros vero pro illorum viribus et inclinatione variis opificiis applicant, queis grandiores effecti sese honeste sustentare valeant; unde factum ut successu temporis ex hacce pauperum parvulorum schola prodierint episcopi tres, abbates varii, canonici cathedratici et aliarum ecclesiarum plurimi, jurisperiti, medici, mercatores, viri probi, et opifices cordati innumeri. Tutelarem cum oratorio splendido habet haec schola Divum Laurentium.

École Ste Élisabeth

Puellarum scholae, sub auspiciis Stae Elizabethae, praesunt sub praefectura sex supremorum moderatorum a magistratu constitutorum, variae filiae devotae, virtutibus et scientia commendabiles, quarum praecipua *rectrix* dicitur; haeque filiae parvulas sibi commissas pie diligenterque curant, alunt, mundant, ornant, docentque legere, scribere, quaecumque exercere opera feminis propria et omnia subire ministeria domestica, per quae bonorum civium usibus et futuris maritis idoneae dignaeque reddantur. Tum enim in uxores expetitae, ad matrimonium elocantur, non expetitae vero, per moderatores suos in honestas familias ancillaturae elocantur, donec nuptui tradantur. In utraque hacce schola non minus fovetur sincera pietas, quam vera morum disciplina, idque ex praescriptis in hunc finem legibus.

Scholae publicae.

Écoles latines.

Sunt binae, in quibus studiosa juventus litteris humanioribus egregie excolitur, et doctrina Christiana diligenter imbuitur; unam regunt Eremitae Augustiniani, alteram dirigunt Patres societatis Jesu, qui pariter discipulos suos

docent literas graecas. Sunt praeterea plurimae per civitatem dispersae quaquaversum scholae, in quibus parvuli seorsim a puellis docentur legere et scribere, ac arte arithmetica supputare, ac omnis generis opera muliebria sedulo tractari; sed nullus sive vir, sive femina ad docendi munus usquam admittitur, nisi praevie exhibuerit testimonium fidei vitae et morum a pastore suo subsignatum, ac idoneitatis suae ad id muneris a decano ludi-magistrorum; quibus exhibitis, admittitur ad professionem fidei in manibus archi-presbyteri praestandam, qua emissa, expediuntur litterae, queis episcopus candidato facultatem facit publice docendi, quae pariter subscribuntur a senatus Brugensis scriba. Écoles élémentaires.

Inter hujus professionis viros ac mulieres tam sedulo servatur ordo, quam desiderari queat; si enim quis in officio deliquerit, archi-presbyter cum deputatis magistratus potestatem habet illum corrigendi, ac mulctandi; saepiusque per annum conveniunt exploraturi an salubria episcopi statuta, uti et magistratus ad exactum scholarum regimen emanata, fideliter observentur, et ad amussim executioni mandentur.

Si in aliqua per universum Belgium civitate floreant scholae doctrinae Christianae, sive catecheticae, florent certe illae in civitate Brugensi, idque sub vigili prorsus cura tum pastorum ac vice-pastorum civitatensium, quam Patrum societatis Jesu. Illi siquidem singulis diebus Dominicis et festivis a prandio publicas praelectiones habent in suis respective ecclesiis parochialibus; hi vero variis per septimanam diebus, modo in ecclesia, modo in sacello S^ti^ Christophori, ac singulis Dominicis mane in Hallis publicis: tenenturque ludi-magistri ac scholarum rectrices sub mulcta parvulos suos ad praefatos catechismos deducere, eisdemque usque ad finem assistere. Jucundum hic visu quanta aemulatione et animi contentione parvuli ibidem decertent, ut unus alteri palmam praeripiat, Catéchismes.

quorum solers diligentia praemiolis pro personarum qualitate magis magisque incenditur.

Nulli parvulorum, qui Patrum frequentant catechismum, fas est accedere ad primam communionem, nisi praevie dominica ante Ascensionem Domini, die ad id fixa, sese stiterit examini sui episcopi, qui praetacta die, assumptis aliquibus canonicis in subsidium, tendit ad collegium societatis Jesu, ut, praehabitis exhortationibus sacris, piisque admonitionibus, ibidem in quatuor distributam classes juventutem examinet, illorumque scientiam justis praemiis prosequatur, ac festo Ascensionis praefato, hora octava matutina intra missarum solemnia singulis sacratissimum epulum porrigit.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Status episcopatus.*

XCVI.

Règlement donné au séminaire de Bruges par l'évêque J. B. de Castillion.

Joannes Bapt. Ludovicus de Castillion, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Brugensis, perpetuus ac hereditarius Flandriae cancellarius etc. Alumnis seminarii nostri praesentibus et futuris Salus et Benedictio.

26 Février 1750. Non dubitamus Filii charissimi, quin sciatis quâ oecumenici sacri concilii Tridentini curâ, quo divino inspirante Spiritû, in Ecclesia Dei instituta sint seminaria, ac proinde dùm in nostrum ingredi et incorporari nos rogaveritis, inter submissas ad Deum preces, humillimo totoque ex corde subjicientes vos Divinae dispositioni,

ei dixeritis cum Apostolo (1) *Domine quid me vis facere?* atque eodem animo petieritis cum Augustino: *da Domine quod jubes, et jube quod vis.* Proindeque, *abnegantes vosmetipsos, et secularia desideria,* amplexi fueritis seminarii nostri disciplinam, serioque statueritis in eâ perseverare; itaque coram Deo mente pervolvite sequentia S. Cypriani verba (2): *observatio disciplinae custos est Spei, retinaculum Fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonae indolis, magistra virtutis. Disciplina facit in Christo manere semper, ac jugiter in Deo vivere, ad promissa coelestia et divina praemia pervenire; hanc sectari salubre est, et adversari ac negligere lethale.* Cum vero regulae seminarii nostri, quae ejusdem faciunt disciplinam, non ita clarae et publicae essent, manibus terendas damus hic impressas; recipite et observate, in illis audite nos, neque spernite, neque in minimo nobis resistite, ne Dei ordinationi resistatis.

Praerequisita ad ingressum seminarii.

Conditions requises pour être admis au séminaire.

Nullus, sive ut commensalis, sive ut bursarius, ad seminarium nostrum admittetur, nisi legitimo thoro a Catholicis honestae vitae ac integrae famae parentibus progenitus, a pietate, modestiâ morumque integritate, temperantiâ, docilitate ac observantiâ, ceterisque qualitatibus ad statum ecclesiasticum, quem meditatur assumere, requisitis, per sufficientia testimonia undique commendatus, et per quatriduum spiritualibus exercitiis in religioso aliquo loco, vel in nostro seminario devote impensum, in quantum humana fragilitas nosse sinit, rite probatus, et nisi a nobis obtenta in scriptis licentia, sine qua etiam nullus clericales induet vestes.

---

(1) Act. 9. v. 6.
(2) De hab. Virg.

Singuli tamen bursarii, antequam seminario nostro incorporentur, sincere promittent, quod, emenso studiorum cursu, vel dum idonei probabuntur, saltem ad sexennium huic dioecesi nostrae inservient in cura animarum, a nobis, aut successoribus nostris designanda, alioquin quod refundent ea quibus fuerant gavisi.

Similiter promittent, si quandoque ad lautiorem in ecclesia conditionem pervenerint, sese vel in vita, vel per ultimae voluntatis dispositionem, eidem seminario benefacturos, saltem secundum gratiam, sive ex fundationum redditibus, sive ex bonis seminarii, ipsis liberaliter praestitam. Denique singuli ad primum ingressum sibi comparare tenebuntur infrascriptarum regularum exemplar, ut omnis excludatur ignorantiae praetextus, serio promittendo nobis ipsis, vel saltem D. praesidi (si ad nos ob negotia accessum habere non valeant) earum in omnibus exactam observantiam.

CAPUT I.

De distributione temporis.

Ordre journalier.

§ I. [1] *Ut omnia honeste et secundum ordinem fiant*, totumque conatum, sua auxiliante gratia, dirigat et amplificet [2] *Spiritus scientiae et pietatis*, primo attendenda est temporis ratio, talisque distributio, quae proficuum cum solida pietate studium, apte utiliterque conjungat.

Lever.

II Itaque diebus singulis, tam in hieme, quam in aestate, quadrante ante quintam matutinam pulsu campanae excitati, discusso mentis sommo, ut olim Israelitae primitias agri, ita singuli primitias cordis, Deo Optimo Maximo offerant, in quem finem utile erit, si preces aliquas jaculatorias memoriter discant, tum recitandas.

---

(1) I, Ad Corint. 14. v. 40.
(2) Isaiae 11. v. 2.

III. Medio quadrante post, fiet iterata excitatio a priori distincta, scilicet malleum campanulae ad unam dumtaxat partem pulsitando, idque ut omnes inexcusabiliter sciant, prope instare tempus ad preces matutinas.

IV. Dum quinta auditur, omnes in sacello se sistent, nigris vestibus induti, ubi mox praelegetur catalogus, et qui ad suum nomen personaliter non responderint, notabuntur absentes.

V. Lecto catalogo, omnibusque devote flectentibus, cantabitur Hymnus *Veni Creator* cum Collectis *Deus qui corda fidelium*, et, *Actiones nostras*, ceterisque tum cantandis, tum legendis eo ritu et ordine, prout huc usque observatum fuit. Prière du matin.

VI. Semper praeses vel subregens precibus matutinis (uti et vespertinis) intererit, invigilando, ut eaedem cum debita attentione et devotione peragantur, curabitque, ut quotidie post preces matutinas, ex spirituali libro praelegatur punctum aliquod asceticum, materiam subministrans piae meditationi, per horae quadrantem instituendae; quo tempore nemini licebit horas canonicas legere, neque sacello exire. Méditation.

VII. Porro, ne, quod foris ostenditur, intus a mercede vacuetur, sed illa accedat Spiritus Sancti unctio, quae a terrenis abstrahens, mentes in Deum elevat, hortamur omnes, ut ab initio ingressus seminarii, sub provida D. praesidis directione, salubrem addiscant methodum instituendi orationem mentalem, sciantque quantum inde sibi accrescere possit spiritualis lucri et emolumenti, cum S[mus] D. noster Benedictus XIV modernus Pontifex, hanc quotidie per horae quadrantem pie observantibus, si vere poenitentes et confessi, sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint, ac pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, et S. matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces pariter effuderint, plenariam semel quolibet mense, omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem,

itidem per modum suffragii, animabus Christi fidelium, quae Deo in charitate conjunctae ex hac luce migraverint, applicabilem, misericorditer in Domino concesserit, decreto suo desuper emanato, de data 16 Decembris 1746.

Messe. VIII. Medio sextae celebrabitur sacrum (exceptis tamen diebus infra designandis) cui omnes interesse tenebuntur maxima, qua poterunt devotione, viva fide considerando, quam divina ac tremenda mysteria a sacratis Deo sacerdotibus in sacro-sanctis altaribus peragantur, ubi [1] *multorum millium Angelorum est frequentia*, continuo laudes Deo accinentium.

Prière pour les bienfaiteurs. IX. Finito sacro, omnes alternatim dicent psalmos *Miserere* et *De profundis*, et senior collectam, pro fundatoribus et benefactoribus seminarii.

Étude. X. Inde ad cubiculum quisque suum modestissime se conferet, et studiis vacabit, usque ad medium octavae; ita tamen, ut quandoque intermedie rogent humiliter cum Davide, pro superno lumine et unctione, hoc vel simili modo: [2] *da mihi Domine intellectum et scrutabor Legem tuam*; vel [3] *revela oculos meos et considerabo mirabilia de Lege tua*.

XI. Interea D. praeses aut subregens singulorum cubicula visitabit, examinabitque quibus occupentur: si quos vero otiantes, aut recumbentes repererit, eosdem mulctabit ad tres asses, quam mulctam etiam respectu absentium a precibus, aut studii tempore in aliorum cubiculis haerentium, sine conniventia observari volumus, ultra aliam poenam arbitrariam, nisi legitima causa excuset, juxta discretionem suam dijudicanda.

Déjeuner. XII. Medio octavae pulsabitur ad jentaculum, omnesque, qui jentare voluerint, comparebunt in communi

(1) Haeb. 12 v. 22.
(2) Psal. 118 v. 38.
(3) Psal. 118 v. 18.

refectorio, extra quem locum nemo efferre praesumet panem, butyrum, aut cerevisiam sub qualicumque praetextu, sive pro se, sive pro aliis.

XIII. Interim modeste colloqui poterunt, et se praeparare ad primam lectionem, ordinarie scripturisticam, quae, praeterquam feriis quintis, semper dabitur hora octava. Première leçon.

XIV. Finita lectione, quisque se ad suum cubiculum statim recipiet, et studiis diligenter incumbet usque ad horam decimam. Étude.

XV. A qua erit colloquium, usque ad medium undecimae, quando inchoabitur secunda lectio, quae ordinarie futura est de theologia scholastica, praesertim practica. Deuxième leçon.

XVI. Dum vero duae lectiones dabuntur consequenter, tunc erit colloquium a decima, usque ad medium undecimae, et studium a medio undecimae, usque ad medium duodecimae.

XVII. A medio duodecimae usque ad duodecimam, omnes, donec a domino praeside approbati fuerint, applicabunt se discendo cantui gregoriano, sub directore a nobis constituendo, qui tamen observare tenebitur normam, a domino praeside praescribendam; ne vero tempus inutiliter teratur, volumus, ut non nisi, qui notas exacte sciunt, in istis instructionibus compareant, et reliqui observent tempus infra praescribendum. Chant.

XVIII. Hora duodecima, praevio campanae sonitu, dabitur prandium, de quo suo loco agetur. Dîner.

XIX. A mensa usque ad horam secundam conceditur animi relaxatio, colloquendo, globis, trunculis, aut alio honesto lusu, a praeside prius approbato, se recreando intra septa seminarii, ad exercitium corporale et nunquam ad lucrum. Récréation.

XX. Excessivae illae vociferationes, vellicationes, cursitationes et similia dedecentia, strictissime et sub arbitraria poena omni tempore interdicuntur; contra lusores autem chartis pictis, aleis, similibusque nequitiae inventis, decernimus poenam dimissionis.

Troisième leçon. XXI. Hora secunda pulsabitur ad tertiam lectionem, quae iterum erit communiter in theologia scholastica.

Étude. XXII. Post hanc quisque rursus sine haesitatione se recipiet ad cubiculum, usque ad horam quartam, studiis sedulam daturus operam.

XXIII. A quarta usque ad medium quintae erit colloquium.

XXIV. A medio quintae resumetur studium usque ad sextam.

Chant. XXV. A sexta usque ad coenam, cantus, pro illis solummodo, qui notas discunt, et in ipsis rudimentis etiamnum haerent, ut supra dictum est, aut vice versa, juxta arbitrium domini praesidis.

Souper. XXVI. Dato signo, omnes convenient ad coenam, in qua omnia observabuntur suo loco praescribenda.

XXVII. A coena usque ad medium nonae, poterunt denuo honesta occupatione relaxare animum.

Prière du soir. XXVIII. Medio nonae omnes comparebunt in sacello, ut intersint precibus vespertinis, pro more hactenus observato, instituendis, ita ut per tempus notabile in alto silentio conscientiae suae latebras quisque discutiat, et cum salutari compunctione de commissis per diem defectibus serio doleat; tum D. praeses vel D. subregens recitabit, aliis respondentibus, *Confiteor*, *Misereatur*, *Indulgentiam etc.* subjungendo collectas, *Deus veniae largitor*, et *Deus qui culpa offenderis etc.*

XXIX. His finitis, omnes modeste et in alto silentio sua cubicula petant, sic ut nullus intrare praesumat cubiculum alterius.

XXX. Si qui autem ad tantam pervenerint audaciam, ut in alicujus cubiculo, aliove loco, secreto potitasse deprehensi fuerint, sciant se, sine tergiversatione et ulla conniventia, esse expellendos, statuimusque illos e seminario nostro esse dimittendos, qui, si sciverint esse tales, ad D. praesidem non detulerint.

Coucher. XXXI. Circa nonam adeo christiane ad quietem se

disponent, ac si cum moriente Jesu, se in lectulum crucis reclinarent, pio cordis suspirio dicentes: [1] *in manus tuas Domine commendo spiritum meum.* Hora nona in omnium cubiculis lumen sit extinctum, sub poena unius solidi a contraveniente irremissibiliter persolvendi: si enim dietim praescriptas studii horas pro officii debito exacte observent, non est cur hac intempestivitate subsidiarium studium quaerant, cum tanto incendii periculo et propriae sanitatis nocumento.

XXXII. Ceterum, diebus sabbatinis, et in profestis Deiparae, quoties scilicet postera die eundum est ad matutinum, sicut et ipsis diebus festis B. Mariae Virginis, litaniae cum suis collectis cantabuntur ante coenam, et tunc medio nonae recedet unusquisque ad suum cubiculum.

CAPUT II.

OBSERVANDA DIEBUS DOMINICIS ET FESTIVIS.

§. I. Post preces matutinas, eodem tempore et modo cum pia meditatione (ut supra dictum est pro diebus feriatis) instituendas, nulla alia, quam confitendi causa, licebit exire; sic tamen, ut circa horam septimam omnes intersint missae sacrificio, per D. praesidem, aut D. subregentem, in sacello seminarii celebrando; sub quo, ad minus singulis quindenis, et solemnioribus festis, omnes devote communicent, et qui defuerint desuper rationem suo praesidi reddere tenebuntur.

Ordre spécial pour le Dimanche et les jours de Fête.

Messe.

II. Finito sacro, poterunt jentare et colloqui, usque dum dabitur signum campanae; tum octodecim, vel viginti, a D. praeside designandi, moderato passu procedent ad officium ecclesiae cathedralis, nec poterit alter

Offices de la cathédrale.

(1) Psalm. 30 v. 6.

alterum substituere suo loco, sine obtenta venia. Praeter hos, reliquis omnibus prorsus inhibetur exire seminario, nisi forte ad alibi divinis inserviendum designentur: volumus autem, ut remanentes, tempus, quod alii divinis laudibus impendunt, non lusui, colloquiis, aliisve vanis occupationibus, infructuose terant, sed pio studio ac divinorum mysteriorum recollectione, in suis respective cubiculis, tranquille et utiliter transigant.

III. Stricte praecipimus, ut omnes ante initium cujuslibet officii chorum intrent, ante altare genu-flectentes: exhibita dein profunda reverentia illustrissimo domino, si adsit, quilibet ad locum sibi designatum modeste accedat, ibidem, juxta rubricas a choro observari solitas, flectendo, sedendo, aut stando, magna interna devotione, et externa reverentia, cogitantes se esse [1] *in domo Domini*, quam *decet sanctitudo*, atque ita singuli in psalmis et canticis, in [2] *conspectu angelorum* Deum laudantes, ac tempore tremendi sacrificii, rosarium, aut sacram scripturam, vel pium librum attente pervolventes. Insuper omnes ibidem decenter compareant in superpellicio mundo, depositis manicis aut chirothecis.

IV. Excursiones e choro sine magna necessitate prohibemus; cavebunt etiam, sine expressa venia, alio ire, quam ad illam ecclesiam, ad quam destinabuntur; aut redeundo haerere in plateis, praecipue in foro, sed recta via revertentur ad seminarium.

V. Post meridiem, iidem qui mane, rursus ibunt ad vesperas et completorium, remanentes, ad sua cubicula; post officium etiam reliqui ad sua se conferent, et tum omnes pio studio per horam incumbent.

VI. Residuo tempore usque ad laudes (quibus ut omnes intersint stricte praecipimus) concedetur colloquium, exitus

---

(1) Psalm. 92. v. 5.
(2) Psalm. 137. v. 1.

vero nemini, nisi ob rationes ita visum fuerit domino praesidi.

VII. Proinde notos et amicos semel pro semper serio moneant, ut christiane meminerint, dies illos divino cultui esse destinatos, adeoque rogent ab omni tunc visitatione, tam activa, quam passiva excusari. Défense de faire ou de recevoir des visites.

VIII. Post laudes, rursum sine ulla mora redibunt ad seminarium, habitoque colloquio usque ad horam sextam, illa sonante, omnes comparebunt in concione, quam singuli, per vices designandi, habebunt ad minus per mediam horam, singulis dominicis et festis, super evangelio dominicae occurentis, vel in laudem istius sancti, cujus festum celebrabitur. Exercice de prédication.

CAPUT III.

OBSERVANDA DIEBUS VENIAE ET CIRCA EXITUM.

§ I. Singulis feriis tertiis et quintis erit dies veniae, seu relaxandi animum. Jours de récréation et de sortie.

II. Mane excitabitur, fientque preces hora et modo supra scriptis.

III. Item qualibet feria tertia, dicetur sacrum ad medium sextae, et post hoc observabitur studium, prout aliis diebus.

IV. Feriis autem quintis post preces matutinas, quisque in suo cubiculo studiis diligenter incumbet usque ad horam septimam, quà decantabitur missa solemnis, cum diacono, subdiacono, acolytis, etc. Messe chantée.

V. Sub qua rursus inhibetur lectio officii canonici, sed omnes tenebuntur ritu gregoriano voces suas conjungere, exceptis iis, quos D. praeses judicaverit in pleno cantu hactenus minus instructos, ne oriatur confusio.

VI. Hisce diebus non dabitur nisi unica lectio, seu ejus loco, scholastica disputatio, prout DD. professores judicaverint expedire: haec autem feriis tertiis, erit ad Leçon ou dispute.

horam octavam, et feriis quintis, ad nonam; illaque finita, semper observabitur studium per integram horam.

Exercices de catéchisme, de rubriques etc.

VII. Singulis vero feriis secundis, hora undecima omnes se sistent in schola, ut a D. praeside vel D. subregente instruantur practice circa modum catechizandi, baptizandi, ceterasque functiones pastorales decenter obeundi, juxta rituale romanum et pastorale Mechliniense: et volumus, ut qualibet vice praelegatur aliquis titulus ex statutis dioecesanis, ut sic paulatim omnium statutorum summarium, memoriae imprimant, atque ita, dum tempus se iisdem conformandi advenerit, non debeant continuo circa observantiam moneri, sed pro rei exigentia ac sui muneris debito, certius et felicius omnia exequantur.

Promenade.

VIII. Dictis diebus veniae post meridiem, ab hora prima licet omnibus exire; sic tamen ut ab initio Octobris usque ad Pascha, hora quinta, et a Paschate per reliquum tempus, medio septimae, omnes in seminario esse teneantur, sub gravi poena; praecipimus autem ut sero venientes exacte notentur in catalogo, ad hoc expresse confecto, et si tertio id acciderit, sine ulla dissimulatione, aut excusationis praetextu ad nos deferantur.

IX. Praeter hos dies, nullus per hebdomadam seminario egredietur, et in tantum mandamus refrenari evagationes alumnorum, ut si quis videatur ob urgentem necessitatem, mereri unius horae exitum, id quidem non fiat, praecipue diebus fori Brugensis, sine scripta licentia D. praesidis aut D. subregentis.

X. Si qui autem similem facultatem sero reditu excesserint, notabuntur, et fiet ut supra.

XI. Ultra praescriptos dies, non tantum omnem inhibemus exitum, sed ne ad portam seminarii, inter se, vel cum extraneis confabulando haereant, sub poena arbitraria interdicimus.

XII. Ceterum, integro quadrante ante quamlibet lectionem, porta seminarii patebit extraneis, finita lectione, statim claudetur.

XIII. Volumus praeterea et absolute mandamus, ut major porta exacte clausa sit sub sera nocturna, quotidie a prima Octobris, usque ad primam Martii, hora quinta, et deinceps medio septimae: tum claves per portarium deferantur ad D. praesidem, et ab ipso requirantur a portario. si pulsari contingat obserato ostio, absoluta re, illico referendae· ita tamen, ut si quis alumnorum sero adventet, is ipse claves ad D. praesidem referre teneatur.

XIV. Incedant per plateas gressu decenti, et facili salutatione honestorum. Manière de s'y conduire.

XV. Sub poena dimissionis vetamus ingressum tabernarum, aliarumque domorum, ubi potus venumdatur, non tantum intra civitatem, sed etiam extra, minus quam milliari ab urbe remotarum, et hoc non nisi itineris gratia.

XVI. Si quis vero domos aut personas suspectas scienter visitare ausus fuerit, vel extra seminarium pernoctaverit, licet forent primae vices, sine ulla conniventia expelletur.

XVII. Vinum non dabitur venale, nisi his feriis tertiis et quintis, idque in hyeme non ultra horam quintam, et aestate non ultra medium septimae, et eadem die prompte solvere tenebuntur, quae promi jusserint. Usage du vin.

XVIII. Aliis vero diebus et horis, nulli incolae aut advenae, etiam consanguineo, detur potus, sub quocumque praetextu.

XIX. Sedulo caveant ne hanc legem infringant, potum aliunde furtim allatum recipiendo et in cubiculis suis, vel alibi occultando; rigorosissime enim contra tales, si deprehendantur, procedemus.

XX. Domum reversi habebunt colloquium, observando tamen horam cantus a prima Octobris usque ad Pascha.

XXI. Reliqua quoad coenam, preces vespertinas etc. fient, ut pro aliis diebus supra ordinatum est.

CAPUT IV.

CIRCA VACANTIAS.

Vacances.

§ I. Schola semper vacabit a die examinis post publicas disputationes, usque ad primam Octobris, ita ut omnes teneantur interesse missae Sti Spiritus, in seminario nostro decantandae.

II. Quantum ad alias minores vacantias, quae concedi solent intra tempus Paschale et natalitiorum, permittimus ut serventur ea quae huc usque fuerunt observata.

III. Quamvis autem hoc tempus honestae relaxationi spiritus concessum sit, ut sic, finitis vacantiis, majori ardore studia sua resumant, oportet tamen serio reminiscantur verbi honesti, et decentis clericalem statum relaxationis: quare tabernarum, alterius sexus, venationis et similium frequentationem, utpote nimis hunc statum dedecentem, aeque ipsis interdictam cognoscant, quam alio tempore.

CAPUT V.

DE EXERCITIO CONFERENTIARUM CLERICALIUM DIEBUS SABBATINIS.

Conférences du samedi.

§. I. Praecipimus institui singulis diebus sabbati, ad medium sextae vespertinae, conferentias clericales: illis ipse D. praeses praeerit, illasque brevi exhortatione concludet, et nemo alius, ipso impedito, quam is quem ad hujusmodi functionem invitabit, sive ex professoribus, sive ex aliquibus a nobis designandis sacerdotibus, qui hanc, ducti charitatis motivo, provinciam suscipere voluerint; sint autem hae conferentiae, et de principiis vitae christianae in genere, et speciatim de vita, sanctitate et officio sacerdotum ac pastorum: proindeque in his explicetur, quaenam eorum debeat essse conversatio, et quo in Deum et proximum zelo, muneri suo satisfacere

teneantur. Huic salutari operi, admodum usui erit liber conferentiarum clericalium, quem non ita pridem jussimus reimprimi (1).

II. Octiduo antequam habeantur, earum materia proxime proponenda, cum textu aliquo, sive sacrae Scripturae, aut cujusdam concilii, vel SS. PP. et quaestione desuper enodanda, describatur in tabella aliqua, et eo loco appendatur, ubi descriptae theses ordinarie affigi solent.

III. Ad singulas istiusmodi conferentias, duo per ordinem theologi a D. praeside designabuntur, quorum unus textum explanet, quaestionem resolvat, et solutionem authoribus et rationibus illustret; alter vero difficultates, quas in contrarium excogitare potuit, opponet familiariter, non disputative, cui prior similiter satisfacere conabitur. Demum, si quis alius opponendum habeat, proponat et responsum expectet, donec is, qui conferentiae praeerit, ultimate concludat, et, ut supra dictum est, brevi exhortatione eamdem finiat.

IV. (2) *Verum cum omne donum desursum sit, descendens a Patre luminum,* ante conferentiarum initium, imploretur lumen ejus, et gratia, recitando hymnum: *Veni Sancte Spiritus*, etc. et sub finem dicendo, (3) *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis*, cum versiculo et oratione, *Actiones nostras quaesumus Domine aspirando praeveni* etc. Quas respective orationes ante et post, unus per vices alta voce recitabit, postquam omnes simul flexis genibus dixerint, *Veni Sancte Spiritus* etc. vel *Confirma hoc Deus*, ut supra.

---

(1) Voici le titre de ce livre: *Conferentiae clericales in tres partes distributae, jussu Illmi ac Revmi Dni* Joannis Baptistae Ludovici de Castillion, *episcopi Brugensis, reimpressae ad usum suae dioecesis, quibus subjungitur libellus de praeparatione ad mortem.* — Brugis, typis Jacobi et Francisci Beernaerts typographorum Illustr. Dni episcopi.

(2) Jacob, 1. v. 17.

(3) Psal. 67. v. 29.

CAPUT VI.

CIRCA STUDIA.

Études.

§. I. Tempora studii, supra quod dici potest, omnibus pretiosa, et tam velociter quam irrevocabiliter transeuntia, ea semper solicitudine et laboris assiduitate impendere satagant, ut de talentis sibi commissis, cum bono et fideli servo, in die Domini valeant respondere.

Règles à observer aux heures d'étude.

II. Quare, ut [1] *non praetereat flos temporis*, cum propria aliorumque jactura, nullus umquam horis studio destinatis, intrare praesumat cubiculum alterius, sub quocumque praetextu, nec tempus illud ignominiose consumere dormiendo, aut alias otiando, scientes [2] quia *multam malitiam docuit otiositas.*

III. Quod si cum extraneis agere oporteat, id fiat extra tempus studii et lectionum. Sub quibus nemo, sine expressa licentia D. praesidis, ad portam evocari poterit, aut quemlibet in suum cubiculum recipere.

IV. Toto illo tempore cessabit omne murmur et si necessitas quempiam cubiculo exire cogat, curet is sine strepitu portam aperire et claudere, per ambulacra et gradus modeste incedendo et similiter redeundo.

V. Ut studiis valeant intentius vacare, mandamus quidquid impedimento esse posset (prout aves aut alia animalia alere) a cubiculis amoveatur; et contra inobedientes poena arbitraria statuatur.

VI. In cubiculis suis non accumulabunt libros, ne opinionum varietate distracti, in vaga speculatione morentur, cum tardiori ad praxim progressu: sed dictatis suis sedulo incumbant illosque tum pervolvant authores, quos D. praeses pro maturiori suo judicio, sive in

---

(1) Sap. 2. v. 7.
(2) Eccl. 33. v. 29.

materia theologica, sive in ascetica cuilibet praescripserit consulendos; qui interim circumspecte invigilabit, ne quis libros quomodolibet prohibitos, aut de doctrinae perversitate suspectos, aliosque ad studium minus utiles, apud se retineat.

VII. Mandamus bibliothecario, ut regulas sibi praescriptas exactissime observet, et praesertim animadvertat, ne ullus umquam liber e bibliotheca efferatur. Bibliothèque

VIII. Ceterum, ut tempus studii utiliter dividant, sequentur instructiones D. praesidis, ita incumbendo theologiae scholasticae, ut sufficientem etiam hauriant sacrarum Scripturarum scientiam, toti ordini clericali, signanter animarum curam meditanti, ac sacramentorum, verbique Dei administris adeo necessariam, ut Ecclesia, Christi sponsa, in Tridentino congregata, primo articulo de reformatione, unice laboraverit, ut totum clerum ad indefessum ipsius studium promoveret; siquidem per illud, quidquid ad salutarem animarum directionem requisitum est, abunde acquiratur, dicente Apostolo (1): *Omnis scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.* Matières à étudier.

IX. Singulis saltem hebdomadibus, vel pluries, si id consultum duxerint DD. professores, proponentur aliquae theses oppugnandae, habebitque quilibet alumnorum suas vices, tum defendendi, tum oppugnandi, secundum ordinem, a DD. professoribus constituendum. Thèses.

X. Singulo etiam quadrimestri, aut alio opportuno tempore, examinabuntur omnes circa studia et mores, et tenebuntur tunc exhibere sua scripta, ut si qui sint negligentiores, aut alias vitiosi, moneantur, inutiles autem et incorrigibiles dimittantur: in hunc finem quolibet anno ante Remigialia, ad nos scripto deferet D. praeses spe-

(1) 2. ad Timoth. c. 3. v. 16, et 17.

ciale de quolibet testimonium, tam circa mores, quam circa studium totius anni.

Usage des langues latine et française.

XI. Mandamus, ut in omni colloquio, tum communi, tum privato, nunquam utantur lingua vernacula, sed latino idiomate, vel, ob utilitatem his in partibus, quandoque gallico.

Calligraphie.

XII. Insuper, ut speciali diligentia et attentione se exerceant circa modum scribendi; et instructiores hortamur, quatenus juvare velint minus versatos, idque in publicum bonum, ne postmodum in cura constituti, lituras verius, quam litteras efformare assueti, registra pastoralia, ob caracterum difformitatem millenis dubiis, vix solubilibus, incurie exponant; unde monemus ad promotionis hujusmodi occurrentiam, illos qui melius scripserint, ceteris aliunde paribus, fore praeferendos.

CAPUT VII.

CIRCA MENSAM, ET JEJUNIA.

Repas et jeûnes.

§. I. Omnis ad mensam apparatus semper praesto sit ad horam meridiei pro prandio, et ad septimam vespertinam pro coena.

Lecture.

II. Singulis autem refectionibus praemittetur lectio brevis ex sacra Scriptura, ut illa animus spiritualiter nutriatur, priusquam corpori tantum subministretur, quantum ad honestam ipsius sustentationem necessarium fuerit.

III. Hanc vero lectionem quilibet alumnorum per vices suas, octiduo duraturas, clare et tractim recitabit, ceteris attente auscultantibus, et semper notabit finem; neque poterunt mutuas vices supplere, sine consensu praesidis.

IV. Idemque mox aliam prosequetur lecturam ex historia ecclesiastica, aut alio quodam utili libro, a D. praeside assignando, donec praeses dicat, *sufficit*.

Ordre des places à table.

V. Interea reliqui mensae accumbent, eo ordine, quo ad seminarium venerunt; sic tamen, ut qui sunt in sacris, et post hos baccalaurei, ceteros praecedant.

VI. Meminerint toto lectionis tempore altum servare silentium, qua finita licitum erit modeste colloqui, si ita visum fuerit D. praesidi, qui poterit indicere silentium per totam mensam.

VII. Nullus audeat quacumque de causa se absentare a communi mensa, sine consensu praesidis, qui in hujusmodi concessione non erit facilis.

VIII. Nemo cibum quempiam, aut potum ad mensam adferre praesumat, vel e mensa auferre sub qualicumque praetextu.

IX. Nunquam licebit, sine nostra venia, expensas aliquas facere, aut aliquid communitati erogare, occasione adventus, aut promotionis ad ordines, beneficia, celebrationis primitiarum, disputationum etc.

X. Caveant in mensa ab omni rusticitate et murmuratione, manducando quae apponuntur, non ut gulae serviant, sed ut satisfaciant necessitati, [1] ne alioquin *fiat mensa eorum in laqueum et in scandalum.* Règles de bienséance.

XI. Sciant omnes, quod jejunia in seminario nostro observanda, non ea sint solum, ad quae ex praecepto tenentur, verum etiam omnibus per annum sabbatis, item in vigiliis venerabilis Sacramenti, festivitatum Beatae Mariae Virginis, Sti Donatiani, die Animarum, ac in profesto Sti Caroli Borromaei esse jejunandum. Jeûnes particuliers au séminaire.

XII. Singuli in primo ingressu, tenebuntur solvere integrum trimestre pensionis, per anticipationem, et similiter bursarii, pro rata supplementi, praeter alia tum solvenda.

XIII. De cetero singulis trimestribus, solutionem procurabunt, ita ut ante majores vacantias, vel si contingat aliquos in decursu anni seminarium relinquere, omnia sint soluta, quae debebuntur, ante discessum.

XIV. Porro si qui, anno currente, ob causas a seminario

---

(1) Psalm 69. v. 23.

pro tempore discedant, aut absint, prima absentiae octava in solutione mensae reputabuntur praesentes, nisi abessent causa mutandi aëris, aut alias propter infirmitatem, sive in servitio parochiali alicubi a nobis forent constituti.

CAPUT VIII.

DE VESTITU.

Habillement. §. I. Omnes ubique compareant in habitu modesto et statui suo convenienti, sedulo evitantes mundanam illam superfluitatem, quae sacrorum canonum statutis adeo repugnat et oculos timoratorum offendit.

II. Unde dum vestes confici jubent, curabunt non vanam in iis mundi methodum affectare, nimis scilicet ad membra constrictas, aut largis laciniis: sed decenter largas, et pendulas, illasque in seminario et civitate semper gerendo talares, integras tamen et non laceras.

III. Nunquam descendent induti toga nocturna, cujus solummodo usum permittimus in communi, vesperi post coenam.

IV. Inhibemus etiam, ne, quamdiu seminarium nostrum inhabitant, unquam utantur pallio, sive longo, sive brevi, nisi dum foras exeunt; in civitate vero semper induant togam, vulgo *Alleluia*.

V. Similiter decenter se tonderi curent, neque oblongos capillos nutriant, illosque non vane pulverisent, aut nimis sordidi compareant; et juxta praescripta canonum, tonsuram clericalem gerant conspicuam, et suo ordini convenientem.

VI. Volumus ut ad rasuras omnes faciendas, uno eodemque utantur tonsore a D. praeside designando.

CAPUT IX.

DE CONVERSATIONE ET MORIBUS.

§. I. *Ut* (1) *bonum et jucundum sit tamquam fratres habitare in unum*, (2) *super omnia charitatem habere* studeant, qua duce ad perfectionem statui suo debitam facile pervenient, cum sit ipsa *vinculum perfectionis*, discentque pro certa conservandae pacis regula (3), *alter alterius onera portare, et sic adimplere legem Christi*. Conduite.

II. Sciant tamen, quod si quosdam scandalosos, aut laxioris vitae licentiis deditos noverint, qui post fraternas monitiones magis obdurantur, quam emendentur, non tantum salva charitate possint, sed et in conscientia, sub gravi obligatione teneantur, illos superioribus denuntiare, ne se perdant ac alios inficiant, et divinam provocent maledictionem.

III. Cum vero, quidquid honestati contrarium est, etiam repugnet charitati (4), *abstineant* se *ab omni specie mala*, et ad virtutis exercitium, pia aemulatione invicem studeant excitare.

IV. Ad haec considerent, qualiter in sortem Domini vocati, deponere debeant curas seculares, ut non sint (5) *de hoc mundo*, atque adeo manere remoti a nimia cum secularibus conversatione, et plane aversi a periculosissima illa alterius sexus. Prudence.

V. Hinc omnino, sub poena nobis reservata, vetamus ingressum in culinam, uti et familiare colloquium cum ancillis, nullamque ex hac parte approbabimus excusa-

---

(1) Psal. 132. v. 1.
(2) Ad Colos. 3. v. 14.
(3) Ad Gal. 6. v, 2.
(4) I, Ad Thessal. Cap. 5. v. 22.
(5) Joan. 8. v. 23.

tionem; quod si alicujus rei culinariae opus habeant, per famulum faciant accersiri.

VI. Inhibemus etiam, ne quis audeat quampiam alterius sexus personam, etiam proxime consanguineam, non solum in cubiculum suum, sed nec ad ipsa dormitoria conducere; si quis contra fecerit, dimittetur ut infractor hujus legis, quam volumus omni tempore observari; nullus etiam cum quacumque femina colloquatur in seminario nisi in locis per D. praesidem designandis, sub poena quam nobis reservamus, forsitan futura eadem, juxta circumstantias pertinaciae, inobedientiae, aut alias.

Sobriété. VII. Ceterum, quia non solum ebrietas, sed etiam bibacitas, seu voluntaria prurigo ad potum, spiritui clericali capitaliter inimica est, mandamus, ut nihil dissimuletur cum iis, qui fatali illi vitio reperientur addicti.

VIII. Ponant quoque ori suo custodiam, ne linguae vitio in turpiloquia, dissensiones, jurgia, juramenta, aliaque hujusmodi peccata erumpant; et serio etiam meminerint (1) *quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint..... reddent rationem de eo in die judicii.*

IX. Omnino abstineant a fumando tabaco.

Propreté. X. Curabunt tempore vacuo lectum sternere, ac omnia in suis cubiculis decenter et nitide componere, ne sordes coagulentur, unde foetores proveniunt et morbi.

XI. Nunquam tamen matulas, aut alias sordes per fenestras projicient, sed ad loca separata in singulis ambulacris, ad hoc extructa, deferent.

XII Sub poena arbitraria prohibemus, ne infigendo clavos, majores affixulos, aut alio quovis modo parietibus, aut januis cubiculorum nocumentum inferant, unde cavebunt picturas seu imagines e clavis appendere.

XIII. Si quis vero deprehendatur sedes, scamna, mensas, mappas mensales, orbes, vel pocula stannea, cultro, aut

---

(1) Math. 12. v. 36.

alio instrumento perforasse, aut nomina, vel aliqua signa iisdem incidisse, ultra gravem et publicam correptionem, mulctabitur pro qualitate nocumenti; cum similes insolentiae non solum bonae indoli ac educationi adversentur, sed et conspicuum praebeant malevoli genii, et rusticitatis testimonium, quo apud nos notabuntur.

CAPUT X.

DE ORDINANDIS ET ORDINATIS.

§. I. Sciant omnes, serio a nobis monitum fuisse D. praesidem [1], quomodo juxta suum praesertim testimonium, mensurentur ordinandorum et qualitates et merita, atque adeo, quam grave ipsi incumbat conscientiae onus, ut neminem, nisi quem vitae ac morum integritas et doctrinae sufficientia dignum commendant, ad sacrum ministerium praesentare attentet. Nihil ergo hic, sive quoad mores sive quoad capacitatem, in pacifica bonitate dissimulandum, nihil occultandum: sed sincero veritatis processu exponendum; quale scilicet pro sua secundum Deum discretione, jugique observantia, de singulorum qualitatibus judicium potuerit efformare: sunt enim nonnulli, aut saltem esse possunt, qui, dum eis de aere patrimoniali parce aut nihil provisum est, ad laborem tardiores effecti et conditionis suae immemores, in sacerdotium se temerarie intrudunt, ut de altari participes, et ipsi vivant lautius, vestiantur commodius, et familiarium suorum indigentiae, de Christi patrimonio, subveniant facilius, quique in sustentationis adminiculum, incurie se implicant negotiis secularibus, sub habitu ecclesiastico, personam sustinentes laicam, ut mundo placeant, cum ingenti sacerdotalis ordinis dedecore,

Ordinations.

Responsabilité du président.

---

(1) *Instructiones pro D. praeside seminarii nostri episcopalis, de quibus facta est mentio in commissione praesidentiae.*. Nous parlons de ces *Instructiones* plus loin, au document CIX.

et intolerabili clericalis status vilipendio; ad hos propius reflectet D. praeses, ut illos, in quibus similia clericandi motiva observaverit, nobis indissimulate denuntiet, non tantum ab ordinum susceptione, sed et a seminario nostro indubie removendos, ut panem otiosi non comedant, sed pro status sui exigentia ad secularia vota dimittantur, ne sacerdotali caractere insigniti, in turpi otio vagentur inposterum, aut, quod longe deterius est, apparenter emendati, in locum bonorum pastorum succedant mercenarii, sicque dioecesis haec nostra, pars Dominicae vineae (1) *expectata ut faceret uvas, faciat labruscas.*

Retraite. II. De cetero, cum oporteat, ut omnes, qui ad sacros ordines, imo et ad minores promoveri aspirant, praevie faciant spiritualia exercitia, illa D. praeses summo studio diriget, et singulari cura illis intendet. Tenebuntur autem promovendi ad minores ordines, tempore exercitiorum, generalem totius vitae suae instituere confessionem; sic plurium bene ordinatorum seminariorum una lex est saluberrima, et ad ineundum vitae statum maxime opportuna, qui, quo dignior, eo majorem requirit praeparationem, proindeque maximam dignissimus sacerdotalis status: aliis autem ad majores ordines aspirantibus, quos supponimus hanc instituisse ante susceptionem minorum ordinum, consulimus in Domino, ut saltem faciant partialiter generalem, ab instituta prima, nisi confessario aliter visum fuerit. Porro, quam salubriter statutum sit in quibusdam seminariis, ut omnes alumni, assignatis ab episcopo confessariis, duobus aut tribus, confiteantur, nemo non intelligit, qui incipit timere Dominum Deum, quod est initium sapientiae, qua ad eum pervenit homo Christianus, illique unitur. Etenim recte percipitur episcopum, non alios assignaturum, quam quos judicat noscere viam Domini, illamque posse sibi confitentibus demonstrare, et per illam perducere ad aeternae salutis

(1) Isa. 5. v. 4.

portum. Illud onus utut suave et proficuum, aliquibus forsan, non sat rectis corde futurum grave, non intendimus imponere; monemus tamen et adhortamur, ut singuli exomologesim faciant, vel in ecclesia cathedrali, quam continuo frequentant, vel in duabus ecclesiis collegiatis, seminario vicinis, B. Mariae V. et S. Salvatoris, volumusque ut si alio tendant, scripto nomen dent D. suo praesidi, ad nos deferendum, illius confessarii, quem quisque elegerit: et si ad alium postea deflexerint, tenebuntur denuo nomen, ut supra, scripto dare etiam non petiti: perpendant autem serio, quantum sibi ad animae salutem intersit, ut confessarios tantum accedant, circa requisita ad statum ecclesiasticum bene instructos.

III. Ceterum, spiritualia haec exercitia passim fiant, juxta methodum ejusmodi contentam in libro edito ad usum cleri Mechliniensis.

IV. Cumque ad lucrandas hac occasione indulgentias plenarias, designari debeat locus ab episcopo, praesentibus designamus in hunc finem, seminarium nostrum episcopale, non tantum pro singulis in illo degentibus, sed et aliis omnibus, qui eadem, juxta normam praescriptam, ibidem voluerint observare.

V. Alumni exercitantes, toto illo tempore in suis respective cubiculis manebunt, inde non exituri, nisi ut intersint precibus et meditationi, tam mane quam vesperi, et singulis lectionibus, ubique servando exemplarem modestiam.

VI. In prandio et coena (quae dabitur sicut in die jejunii) habebunt locum in refectorio ab aliis separatum, ubi toto illo tempore altum observabunt silentium.

VII. Ultra qualitates in praesentandis ad sacros ordines hic praerequisitas, volumus ut duos ad minus annos theologiae completos habeant, et in rubricis, iis praesertim, quae concernunt ordinem, ad quem aspirant, sint rite ac sufficienter instructi, et calleant cantum gregorianum.

Qualités requises chez les ordinands

VIII. Sciant praeterea, neminem deinceps ad sacros ordines admittendum, nisi de conferentiarum materia, superius memorata, aeque ac de studio theologico apte responderit, ultra morum testimonia, cum ex dignitate et sanctitate vocationis suae (1) *labia sacerdotis ita custodire debeant scientiam, ut ceteri legem requirere possint de ore ejus, quia angelus Domini exercituum est.*

Les prémices se célébreront au séminaire.

IX. Monemus omnes, ut, quoad fieri potest, primitias celebrent in sacello seminarii, ut sic, ubi prima hauserunt perfectioris vitae et disciplinae principia, primas quoque omnipotenti Deo hostias offerant, ac sacrificent, ad exemplum Moysis et aliorum, quos Scriptura commemorat, qui in loco adepti coelitus beneficii, erexerunt altare Domino, et obtulerunt sacrificia.

X. Quod si id respectu aliquorum convenienter observari nequeat, nulli saltem ad hoc concedetur venia absentiae, ultra quindenam; intra quam expectabuntur reduces, sub arbitraria correctione.

XI. Ordinati sacerdotes in seminario nostro manebunt, usque ad finem sui cursus theologici, intereaque sedulam navabunt operam materiis practicis et sacramentalibus, ceterisque, quae concernunt munia curatorum, ut in omnem eventum reperiantur parati, quibus cum confidentia dici possit; (2) *ite et vos in vineam meam.*

XII. Tenebuntur etiam eadem, qua ante, diligentia et obligatione, lectiones theologicas frequentare et exercitiis scholasticis, uti et conferentiis clericalibus, stato tempore interesse, suasque etiam ibidem vices agere: summatim, praescriptis omnibus et singulis, non tantum se conformare, sed et pietatis ac observantiae exemplo ceteros aedificare.

XIII. Ne vero, sub praetextu celebrandi sacrum, negligentiam foveant in frequentanda lectione, in hunc

---

(1) Mala. 2. v. 7.
(2) Math. 20. v. 4.

finem concedimus exitum per horam et dimidiam, sive post preces matutinas, sive post primam lectionem, et numquam aliter, sine expressa venia a D. praeside obtenta; sciantque, quod omnem ex hac parte defectum, pro inobedientia simus habituri, illosque proinde minus dignos judicaturi, qui ad curam mittantur.

XIV. Quantum autem ad illos, qui a nobis constituentur ad praestandum alicubi parochiale servitium, relinquimus judicio D. praesidis.

CAPUT ULTIMUM.

DE AUTHORITATE D. D. PRAESIDIS ET SUBREGENTIS.

Autorité du président et du sous-régent.

Mandamus, ut in designatione officiorum et ministeriorum, omnes sine cunctatione D. praesidi, vices in hac parte nostras per omnia gerenti, imo et personam nostram repraesentanti, pareant et intendant; cujus etiam discretioni, quaecumque, sive ad disciplinae complementum, exactioremque regularum observantiam, sive ad rei oeconomicae curam spectare videbuntur, committimus exequenda, inhaerendo tamen tenori instructionum particularium, ipsi a nobis praescriptarum. Porro, eidem authoritatem nostram in tantum communicamus, ut si qui dictis ac mandatis ipsius obedire, vel in minimo detraxerint, in nos ipsos censendi sint deliquisse. Debitum similiter honorem ac reverentiam deferri volumus D. subregenti, authoritate nostrà constituto, ut et ipse omnium moribus diligenter invigilet, et regularem praescriptorum omnium executionem sedulo curet ac promoveat. Noverint omnes eatenus plenam ipsi a nobis concessam esse facultatem negligentes ac defectuosos monendi, corrigendi, mulctandi, aliisque opportunis mediis, pro sua prudentia, coercendi, ac idcirco nos severe processuros ad onus illorum, qui ipsius vel monita spreverint, vel jussis acquiescere arroganter recusaverint.

Mulctae autem omnes in his statutae, vel, ut exprimitur, decernendae, ad usum sacelli domestici applicabuntur: confidimus tamen in Domino, ob bonam, quam reperimus in alumnis seminarii nostri indolem, nullam imponendarum futuram rationem; neque enim salubrium regularum facile fiunt praevaricatores, qui pura intentione soli Deo inserviendi, secundum suam divinam dispositionem, huc adveniunt, illi proinde laeti corda oblaturi, probanda in simplicitate, quam diligit; spe pleni, fore ut, rectis corde, lux ipsis oriatur et splendeat, qua percipiant, humilitate, obedientia, temperantia, sobrietate, et vera in Deum pietate, perveniri ad vitae integritatem et sanctitatem, quam requirit sublimis ille ecclesiasticus status, quem meditantur assumere, monente ipso Deo (Lev. 20. v. 26.) *eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, et separavi vos a caeteris populis, ut essetis mei.* Hoc supernum intelligendi lumen, atque ex illius illustratione, juste et pie vivendi, et quae muneris ecclesiastici sunt, nec non tempore opportuno, ministrandi gratiam, misericorditer vobis concedat auctor ipse pietatis, a quo bona cuncta procedunt, et dat abundanter petentibus se, clementissimus Deus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Amen.

Datum Brugis in palatio nostro episcopali, hac 26 Februarii 1750.

JOANN. BAPT. LUD. Episcopus Brugensis.

Locus † Sigilli.

De Mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Domini mei Episcopi praefati.

F. F. de Witte, Secret.

Bibliothèque de l'auteur.

XCVII.

Extrait du rapport de l'évêque Jean-Baptiste de Castillion, sur l'état de son diocèse.

Hinc illa oratoris sollicitudo, ut a suo episcopali seminario, ubi informandi sunt illi qui tractu temporis in aliorum locum succedent, omnis remota maneat morum corruptela, et sub vigilantissimorum praesidis et vice praesidis provida directione, necnon trium aeque exemplariter viventium professorum (quorum bini e gremio canonicali ecclesiae cathedralis sunt assumpti, tertio, cui a pauco tempore hujusmodi munus impositum est, exspectante locum ipsius quoque meritis debitum), quotidiana instructione, cum doctrina theologica incorrupti dogmatis, solidum addiscunt verae pietatis exercitium exactamque vitae clericalis normam; e quibus illud etiam huic dioecesi bonum accrescit, quod ex proventibus fundationum, quas meritissimus oratoris praedecessor, dives opum, incomparabili munificentia locupletavit, et de quibus omnes fere alumni, pro status sui exigentia, plus minusve participant, varii alantur remanentes presbyteri, ad curam animarum jam maturi; qui, occurrente casu, vices supplent curatorum. Porro, confidit orator Sanctitati Suae non ingratum fore, quod illas, quas ad meliorem hanc seminarii sui directionem, disposuit morum ac virtutum regulas, una cum binis oratiunculis ad usum alumnorum ejusdem a se compositis, hic in exemplaribus jungat, apponatque epistolam suam pastoralem, nuper solis quidem suae dioeceseos curatis inscriptam, sed et universo clero facile applicabilem. Gratissimum oratori accidit intelligere monitiones in eadem factas sat fuisse efficaces, ut plures exinde commoti jam exnunc

Mai 1753.

Séminaire.

Retraite ecclésiastique.

resolvunt devotam hanc spiritualium exercitiorum praxim per anteriores litteras pastorales non minus impense commendatam, liberiori ipsis anni tempore perducere ad effectum; optandum foret ut pro instituenda hac animi recollectione, omnes se reciperent ad praelaudatum seminarium, ubi jam pridem ritu vere pio ac unctione plurima sub ipso praeside directore fuerunt peracta, praesentibus variis pastoribus aliorumque vicariis, qui cum spirituali gaudio reversi, non deerunt confratribus suis in idipsum fieri hortatores. Hinc proposuit orator nova quaedam in dicto suo seminario conficere receptacula, ad quae convolarent alacrius si Sanctitati Suae placeret ex S. matris Ecclesiae thesauris indulgentias plenarias impertiri omnibus et singulis qui exercitia hujusmodi in eodem seminario devote frequentaverint, eo quo ibidem instituuntur modo, idque sive per octiduum sive per pauciores dies; liberam quoad hoc relinquendo oratori illiusque successoribus temporis determinationem, cum incongruum foret ut pastores eorumque vicarii octiduanam a suis respective parochiis protraherent absentiam, intermediante tunc dominica die.

Archives de l'évêche de Bruges. — *Status episcopatus.*

XCVIII.

Mémoire touchant l'*officium* des 13 réfectionaux, présenté au chapitre de St. Donatien par l'écolâtre Antoine Hagheman.

A

Brevis deductio concernens officium tredecim refectionalium ecclesiae cathedralis S^{ti} Donatiani Brugis.

Ecclesia cathedralis in persolvendis divinis officiis debet esse totius dioecesis ornamentum et exemplum. **11 Décembre 1752.**

Canonici cathedratici principes illius ecclesiae sunt, capellani assistentes, vicarii supplentes, chorales et refectionales inservientes, ut ita chorus omnibus appareat quasi spiritualis castrorum acies bene ordinata Apostolo, monente, *ad Cor.* 14 cap.: *Omnia honeste et secundum ordinem fiant.*

Hic tantum agimus de institutione choralium et refectionalium.

Primaria cura ab aevis fuit Rev. adm. ac venerabilium dominorum de capitulo Sancti Donatiani, recte et rite instituere et educare varios juvenes, quos chorales et refectionales nominabant. **Institution des choraux et réfectionaux.**

Primi, ut in cantandis divinis officiis instruerentur, secundi, ut in inserviendo missis ac aliis servitiis ecclesiae debitis diu noctuque assisterent: hunc in finem constituerunt duos magistros, unum nomine *phonascum* qui chorales secum habitantes instrueret ac alimentaret; alterum nomine *rectorem scholarum*, qui refectionalibus debitam instructionem latinitatis ac pietatis praeberet.

Cohabitation des réfectionaux avec le *rector scholarum*.

Porro inhabitabant hi refectionales cum suo rectore domum ad officium illorum spectantem, sitam prope ecclesiam Sanctae Walburgis, quam hodie inhabitarent, si erectum non fuisset seminarium, de quo inferius.

Fondation vander Meulen et de Coninck.

22 Septembris 1550 accessit in favorem officii refectionalium piissima fundatio RR. admod. ac venerabilium dominorum de Molendino et Regis [1], canonicorum ejusdem ecclesiae cathedralis, et inter varias conditiones quas requirunt observandas est una: « *ad finem ut ex hujusmodi redditibus iidem pueri apud rectorem scholarum praedictae vestrae ecclesiae habitent atque alantur et hoc sub legibus etc*a », atque sub hac conditione transtulerunt bona sua in litteris fundationis expressa; quae a capitulo sic ratificata et admissa fuerunt prout sequitur:

« Nos decanus et capitulum praefati attendentes omnia » et singula inibi contenta esse honesta, pia ac rationi » consona, piamque ejusmodi devotionem obviis ulnis » amplectentes, praefatos articulos seu conditiones cum » omnibus et singulis inibi contentis (venerabilis ac cir- » cumspecti viri domini ac magistri Joannis Fenyn, juris » utriusque doctoris, etiam confratris nostri tamquam » scholastici dictae nostrae ecclesiae pro se et suis suc- » cessoribus scholasticis dictae nostrae ecclesiae pro » tempore existentibus ad hoc expresso consensu:) tenore » praesentium duximus admittendos et acceptandos, pro- » ut eosdem admittimus et acceptamus per praesentes, » promittentes quod imposterum perpetuis futuris tem- » poribus a tempore..... inibi contenta observabimus et » observari curabimus..... ad quae omnia et singula ec- » clesiae nostrae bona mobilia et immobilia praesentia » et futura ubicumque existentia per praesentes obligamus » et hypotecamus, exceptionibus tam juris etca cessan- » tibus. »

(1) Voir docum. VII, p. LXXXI.

Haec fundatio effectum suum habuit, ut videre est ex variis computibus exhibitis dominis de capitulo, praecipue ad annum 1559, ubi inter alia habentur sequentia soluta « die secunda Aprilis in visitatione refectionalium, dominis provisoribus Bachusio, Fenyn scholastico et receptori, cuilibet ii. s. »

Anno 1570, sexta et decima Aprilis, in erectione seminarii per reverendissimum dominum Driutium, 2[dum] Brugensium episcopum, de consensu et approbatione dominorum de capitulo, juxta decretum concilii Tridentini, Sess. 23 cap. 18° : *cum adolescentium aetas nisi recte instituatur prona sit ad mundi vanitates sequendas etc*[a]., incorporatum est hoc officium tredecim refectionalium seminario, cum onere illos alimentandi et instituendi etc[a].

Haec cohabitatio refectionalium in seminario duravit usque ad annum 1578 et non ultra, haereticis et rebellibus in hac urbe praedominantibus. Les réfectionaux habitent le seminaire jusqu'en 1578,

Anno 1584, die 28 Junii, post rebellionem haereticorum pro prima vice congregati sunt episcopus et provisores pro negotiis seminarii, quod tunc aperiebatur etc[a], et resolutum fuit ut sequitur « Ge-excuseert de wooninge » van de refectionalen in het seminarie, maer aen hun » geresolveert te geven een keerle, twee oversloppen, » cousens, schoen ende hoedt, broecken ende vier pondt » groote. »

Effectus illius resolutionis secutus est ad annum 1595, ut videre est in computu de eodem anno exhibito 20[a] Aprilis decano et capitulo, verosimiliter propter injuriam temporis qua per rebelles omnia devastata jacebant.

Interim juxta illam resolutionem habitabant refectionales cum parentibus suis, annue praescripta percipientes usque ad annum 1693, a quo tempore interdicta fuit solutio ₶. 4 » 0 » 0 *gr.* unicuique refectionalium. et depuis lors chez leurs parents.

Anno 1733, administrator bonorum seminarii erat Rev. adm. ac venerabilis D. Massemin, qui f° 10 v° in primo suo computu summe conqueritur de officio refectionalium

et conatur demonstrare illud officium absorbere omnia bona seminarii, quas tamen omnes querelas Rev. adm. ac venerabilis D. de Vos canonicus, et tunc temporis scholasticus, scripto refutavit, ac tandem pacis causa an° 1738, 28ª Martii, inita est saepius a capitulo desiderata amicabilis concordia inter Rev^{mum} dominum et provisores ex una, et reverendos adm. ac venerabiles dominos decanum et capitulum ex altera partibus, per modum transactionis, qua nimirum transactione separata sunt bona refectionalium a proventibus seminarii, ita ut futuris temporibus nihil commune habeant. Modernus status illius fundationis tredecim refectionalium annnue importat circiter ƒƒ. 80 » 0 » 0 *gr.* : ex qua summa debetur rectori scholarum pro pensione, ƒƒ. 18 » 0 » 0 *gr.* annue; item phonasco pro instructione cantus, ƒƒ. 4 » 0 » 0 *gr.* annue; item singulis refectionalibus datur, biennio absoluto, una toga panni caerulei, annue duo paria calceorum, unum par tibialium et unus pileus; item collaria et superpellicea ex eadem fundatione solvuntur; de caetero nihil refectionalibus in pecunia datur ab anno 1693 praedicto.

Séparation des biens du séminaire de ceux des réfectionaux.

Situation précaire de l'*officium* des réfectionaux.

Interim, quod consideratione dignum est, juvenes illi diu noctuque omni tempore et aestivo et hiemali praestant ecclesiae et dominis canonicis debitum servitium, quod est tale sine quo officium divinum debite persolvi nequit.

Honestorum parentum juvenes sunt plures, pro majori parte omnes hujus civitatis habitantes in remotioribus locis sitis ab ecclesia cathedrali, et quasi per civitatem dispersi, quatuor ex illis sunt extranei, quorum parentes alimentationem persolvunt, ut huic ecclesiae inserviant, quod onus est valde grave et considerabile.

Actum et perpensum est saepius quomodo parentes tali onere gravati sublevari possent, et refectionales, illorum filii, majori cum vigilantia ac fructu, tam in studio, quam in pietate interteneri: medium nullum inveniri potuit, donec tandem modernus illustrisimus ac

Rev^{mus} dominus episcopus Brugensis, quem Deus Opt. Max. diu servet incolumem, aperuit misericordiae oculos in refectionales, qui nihil aeque cordi habens ac gloriam Dei, promotionem divini cultus ac profectum juventutis ecclesiae cathedralis suae, multum desiderat, paterno suo amore, ut officium tredecim refectionalium a pluribus aevis institutum, et a duobus saeculis pia fundatione adauctum, ad primaevum suum statum redeat, et quemadmodum olim, ante erectionem seminarii habitaverint sub regimine rectoris scholarum in eadem domo, cum eo ecclesiam et scholam fideliter frequentantes, idem nunc renovetur et fiat. L'évêque offre d'y remédier,

Hunc in finem, gratissimam ac omnibus aevis laudandam scholastico suo scripsit epistolam, gloriam Dei et charitatem proximi summe spirantem, qua per provisionem, sub quibusdam conditionibus observandis, offert ingentem summam pecuniae impendendam in finem superius desideratum, uti patet per dictam epistolam, cujus copia hic jungitur.

Zeer eerweerden heer.

In aendacht genomen hebbende de genegentheidt die UL. ons soo menighmael hebt getoont tot de refectionalen van onse cathedrale kercke van den H. Donatianus binnen de stadt Brugge, ende hoe dat UL. tot hun welwezen soo gunstigh syt, dat gy *gratis et hilariter* den ontfangh hunner goederen waerneemt, wenschende dat de fundatie soude vermeert worden; alles overwogen hebbende, voor Godt alleen, ende aenschouwende door Syne genaedighe verlichtinghe, hoe profytigh die kinderen konnen worden aen onse diœcese ende tot glorie van den Alderhoogsten, als men goede sorge soude nemen van tot het genieten dezer fondatie alleenelyk eerlycke ende godtvreesende kinderen te aenveerden, ende de selve aenveert synde, hun soude inboesemen de vreese et présente un don de 1000 ℔. de change,

Godts, hun leeren Godt kennen, loven ende beminnen, immers het eynde waartoe sy geschaepen syn; soo is 't, dat wy door desen brief UL. belooven te sullen geven duysent ponden gr. vlaemsch wisselgelt, om te vermeerderen de zelve fondatie van de voorseyde refectionalen; soo nochtans dat deze onse belofte maer en sal standt grypen op de naervolgende conditien:

sous certaines conditions.

1° Dat men eerst ende voor al sal besorgen eene bequame woonplaetse, alwaer alle die kinderen, ten getalle van derthien, te saemen sullen konnen woonen met hunnen schoolmeester.

2° Dat die woonplaatse voor altydt daertoe geschikt ende eygen sal blyven, ende dat wy daer van sullen moeten versekert worden voor eeuwigh naer onsen sin ende welbehaegen, en dat, binnen den tydt van nu af te beginnen tot het eynde van het toekomende jaer 1752; faute dies dat dese myne belofte geene plaetse meer grypen en sal, ende sonder voorder wederroepen teenemael sal onderblyven op den eersten dagh van het volgende jaer 1753, soo dat ick als dan geheel sal ontslagen syn ende blyven van de selve belofte.

3° Dat wy oock willen ende verstaen dat van deze alzoo beloofde somme niet het minste en magh besteet worden tot de voorseyde woonplaetse; willende UL. wel versekeren, dat wy, Godt ons bermhertelyck langer behoedende, genegen sullen wesen van de meergeseyde fondatie nogh te vervoorderen, blyve oprechtelyck,

UL. oodtmoedighen dienaer

ende was onderteekent:

JOANNES BAPT. LUD., Bisschop van Brugge.

Brugge den 24sten Novemb. 1751.

Ad hunc zelum Illmi ac Revmi domini cohonestandum ac promovendum, posset capitulum cathedrale, quod in omnibus operibus bonis semper manum praebuit auxilia-

tricem, ut clare patet in pia fundatione reverendorum dominorum de Molendino et Regis, ubi pro conservatione fundationis se et sua bona futuris temporibus obligavit, hic adhibere sequentia media: imprimis concedere gratis inhabitationem domus spectantis ad officium foraneitatis, quam inhabitat modo D. Vogelaere; haec aptissima est, quia prope ecclesiam et scholam; vel si tantam gratiam ob rationes praestare nequeat, saltem concedat (quemadmodum fructus unius praebendae canonicalis sunt uniti officio choralium) ut huic officio refectionalium ecclesiae adeo utili ac necessario annectantur majores fructus capellaniarum 20 Januarii 1742 extinctarum, ex quibus proventibus fructuum posset annue foraneitati solvere pretium conductionis praedictae domus, et ita sine damno dominorum de capitulo manebit domus locata, quae conditio valde favorabilis videtur foraneitati, nam fieri potest aliquando quod praedicta domus per menses et annos maneat vacua, ut contigit de domo, ubi nunc habitat dominus de Canter, antea dominus Dujardin.

Moyens proposés pour remplir ces conditions.

Exemplum vivum habemus in domino phonasco hujus ecclesiae, qui cum suis choralibus inhabitat domum spectantem ad officium foraneitatis, et cujus pretium locationis annue solvitur ab officio choralium: circa utensilia domus, illa spectant ad phonascum; sic etiam spectabunt ad rectorem scholarum, exceptis illis concernentibus refectionales, quae omnia prout in scholis trivialibus fit, administrari debebunt per parentes eorum, qui si non sint in statu subministrandi, filii eorum admittendi non sunt, eo quod D^nus scholasticus in publico capitulo admonitus fuerit, ne adeo pauperes praesentaret capitulo, qui absoluto cursu remanent ad onus alicujus particularis benefactoris, sed tales quorum parentes, in majoribus studiis constitutis, de necessariis possunt providere.

At objicies, mensam tredecim refectionalium ad ratam fl. 20 » 0 » 0 gr. annue, constabit summa fl. 260 » 0 » 0 gr. quae summa unde reperibilis?

Ad hoc respondeo, quod ille numerus tredecim possit reduci ad cohabitandum rectori ad numerum decem vel octo, qui sufficiunt ad praestandum requisitum ab eis officium in ecclesia: nam, prout in praecedentibus computibus videmus, aliquando numero sex, aliquando octo vel novem, secundum beneplacitum dominorum de capitulo; jam sunt numero sedecim, cum dispensatione capituli et idcirco numerus non erit minor praetendentium, prout hodie qui poterunt esse exspectantes, frequentare scholas, pergere in studio, et dum locus aliquis vacat, admitti; indubie erunt sufficientes anhelantes.

Sed gratis dato quod tantum octo ad cohabitationem admitterentur, summa quadraginta ₰. annue ad illorum sustentationem, non multum officiet, laudabile tamen initium vocari potest et non aliter.

Respondeo illos non totaliter ex fundationibus alimentari debere nec posse, sed eodem modo agendum est sicut in collegiis et seminariis observatur: paucis exceptis, omnes supplere debent; uni datur summa decem ₰. alteri sex, alteri quatuor, et parentes caeterum supplent, quod libentissime praestabunt. Exemplum hodie habemus in quatuor refectionalibus extraneis, quorum parentes domicilia per totam civitatem quaerere coacti sunt et integram mensam solvere. Si autem daretur talis domus ubi filii sui sub gubernio providi rectoris domicilium habere possunt, facile concipitur, tales parentes in simili casu multo libentius et majori alacritate mensae expensas contributuros in bonam directionem prolium suarum.

Avantages de la cohabitation pour les réfectionaux.

Qui gloriam Dei prae oculis habet, proximi salutem ac servitium ecclesiae debitum, fateri cogitur refectionales numquam securius conservari quam sub regimine unius magistri, qui semper vel est sacerdos, vel clericus subjectus capitulo et scholastico et amovibilis. Sub tali regimine numquam sine licentia exeunt, tempestive domum redeunt, salutares admonitiones excipiunt, preces

matutinas ac vespertinas simul fundunt et exercent, quae omnia sub tutela parentum vel aliorum non observant; omni tempore per plateas currunt, popinas frequentant, parentibus mendacia imponunt et quidem sub praetextu servitii divini, dicentes: *debui esse in ecclesia.* Et quod pessimum est, tales evadunt, qui ornamenta ecclesiae furantur ut potitent et chartis pictis ludant prout nostro tempore vidimus cum lacrymis.

Si adsint amor et zelus pro christiana institutione juventutis, res adeo difficilis non est, multo minus impossibilis, praecipue si fiat modo sequenti.

Post meridiem, hora quarta, schola finita omnes refectionales simul cum suo rectore ibunt domum, et in museo ibidem pro studio erecto, studebunt; post studium, hora sexta, invicem ludendo et recreando honeste in lingua latina se exercebunt usque ad medium septimae, et tunc simul sument duo butyracia, quae vel ex contributione parentum vel ex fundatione rectori solventur, et hora constituta simul preces vespertinas fundent, ibunt cubitum etc[a]. Mane, hora quinta, surgent, simul cum D[no] rectore ibunt ad ecclesiam, post officium matutinum domum rectoris redibunt ut studium resumant et jentaculum sumant ex praedicta contributione solvendum, et insuper panes quos ex anniversariis accipiunt in diminutionem solutionis inservire possunt. Hora nona ibunt ad scholam usque ad undecimam, qua hora omnes recta via ibunt domum parentum suorum ad manducandum etc[a]. Circa secundam redibunt ad scholam ut fiat ut supra. Hoc articulo bene attento et considerato, modo adsit zelus, ut dixi, res posset ex crastino incipi et perfici.

De caetero omnia quae objiciuntur sunt ambages, et sic non a fundatione, sed directe a parentibus alimentatur.

Interim dona et beneficia expectari possent: quae si non adeo excedant, erunt tamen cordibus piorum et gratorum pretiosa ac summe laudanda.

Benefactores autem animandi sunt, non gravandi, adeoque toto conamine animemus et in quantum possimus ex nostris etiam contribuamus, innixi et corroborati firma spe bonitatis et promissionis divinae, qua erit aliquando merces nostra magna nimis in coelis.

Qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt sicut stellae in perpetuas AEternitates Dan. Cap. 12[e] V. 3[o].

B

Lettre de l'écolâtre Hagheman, priant le chapitre de ne pas négliger l'offre de l'évêque.

Reverendis admodum ac venerabilibus dominis decano et capitulo ecclesiae cathedralis S[ti] Donatiani Brugensis.

Reverenter exponit Antonius Hagheman, ecclesiae vestrae cathedralis canonicus et scholasticus, reverendissimum dominum Joannem Baptistam Ludovicum de Castillion, episcopum Brugensem etc., die 24[a] 9[bris] 1751 exponenti affectuosissimam scripsisse epistolam, qua idem Rev[mus] dominus significat sese ad majorem Dei gloriam, ecclesiae vestrae splendorem et commodum officii refectionalium, paratum esse eidem officio donatione inter vivos numerare summam mille librarum flandricarum monetae cambialis, sub hacce solummodo conditione, ut iisdem refectionalibus prospiciatur de apta domo, quam ipsi numero 13 una cum rectore scholarum perpetuis futuris temporibus possent inhabitare, ita tamen, ut ex praefata summa mille librarum gr. monetae flandricae cambialium nihil possit impendi in acquisitionem praememoratae domus: quin, superaddendo pergit idem reverendissimus dominus, primam hanc munificentiam non fore postremam, sed in animo se habere, Deo ipsum misericorditer protegente, saepe dictam refectionalium fundationem promovere, modo praefata domus ante finem labentis anni efficaciter designetur: si secus fiat, universam hanc promissionem robore carituram et effectu.

Hinc exponens nihil aliud prae oculis habens quam decorem domus Dei et promotionem divini officii, cujus

partem satis notabilem peragunt refectionales, recurrit ad reverendas admodum ac venerabiles dominationes vestras reverenter easdem rogans, ut zelantes splendorem ecclesiae suae cathedralis, quemadmodum olim majores nostri, laudatissimo nobis exemplo, prospexerunt necessitati officii choralium, aliqualiter saltem satagant studere sublevando inopiae officii refectionalium, ne ulla incuria splendidum adeo donum sine ullo prorsus onere, irreparabili illorum jactura ipsis aeviterne deperdatur, sed tenui eorum fundationi nobis et posteris perennem in memoriam potius accrescat; ac in illum finem dignentur deputare aliquos dominos de gremio capituli, qui cum exponente valeant conferre de methodo, qua pientissimo reverendissimi domini mecaenatis desiderio fieret satis, ad referendum. Quod faciendo etc.

Archives de l'evêché de Bruges. Fonds : *Refectionales*.

C

14 Decembris 1752. Retulit D. canonicus et archidiaconus Arents qui cum DD. canonicis van Thienevelt poenitentiario de Vooght et Simon secretario, secundum resolutionem capitularem 11ae hujus deputatus et commissus fuit ad examinandum quibus mediis quave meliori methodo, officio refectionalium procurari posset apta domus, quam ad intentionem Rmi Dni episcopi moderni, 13 refectionales cum suo rectore inhabitarent, sese, omnibus bene ponderatis et examinatis, nullam faciliorem et meliorem invenisse viam ut dicta Rmi domini intentio executioni mandetur, quam ut domus modo per D. de Vogelaere pretio 25 libr. gr. conducta ad foraneitatem spectans, supranominato officio refectionalium eodem vel majori pretio, vel beneplacito dominorum locaretur, vel in emphiteusim daretur, utque ad inveniendam summam annue persolvendi locagii vel emphiteusis dictae domus

Les chanoines députés à cet effet

proposent un moyen de remplir les conditions stipulées par l'évêque.

ne aliquid ex praefata summa R^mo^ domino leganda ad intentionem ipsius R^mi^ domini illum in finem expendatur, saepe dicto officio DD. de capitulo concedere dignentur, ut in tabula distributionum aliqua littera ponatur, quae distributiones quotidianas et prompta eidem officio assignaret. Quibus auditis DD. indixerunt specialem convocationem in feriam 2^am^ proximam ad desuper resolvendum.

Le chapitre regrette de ne pouvoir l'accepter,

18^a^ Decembris. Domini in hanc diem specialiter convocati, ad resolvendum super mediis et methodo a dominis Can^cis^ Arents, van Thienevelt, de Vooght et Simon illa die, ex commissione dominorum propositis, domini, ob rationes, resolverunt illud fieri non posse, deputantes dominos canonicos Arents archidiaconum Hagheman scholasticum, et Simon secretarium ad praefato R^mo^ domino gratias agendum, pro maximo affectu quem erga dictum officium refectionalium habuit et demonstravit, dolentes summopere sese ex parte sua ob rationes tam pientissimae intentioni correspondere non posse.

Ibid. — *Acta capituli S. Donatiani.*

et remercie l'évêque.

19 Decembris 1752. Ill^mum^ dominum accesserunt DD. Arents archidiaconus, Hagheman scholasticus, et Simon secretarius, canonici deputati ex parte RR. adm. ac VV. DD. decani et capituli ecclesiae cathedralis, exponentes ipsis per praefatum D. scholasticum communicatas et praelectas fuisse literas de 24 Novembris 1751, quibus Illmo domino placuit gratiose adpromittere provisionaliter summam mille librarum gross. monetae cambialis ad augmentum fundationis pro refectionalibus ejusdem ecclesiae, sub conditionibus prout in iisdem literis, quodque DD. de capitulo tam laudabili ac pio Ill^mi^ domini desiderio libenter pro parte sua correspondissent, sed, capta desuper deliberatione, inveniant illud commode fieri non posse; ac idcirco resolvissent per suos jam dictos deputatos summas Illmo domino gratias referre

de tam munifico benevolentiae ac propensionis testimonio; cumque, post datum ab Illmo domino gratiosum super praemissis responsum, iidem DD. comparentes privato nomine instanter rogarent, quatenus dignaretur Ill^{mus} piam suam liberalitatem etiamnum extendere prorogando terminum in supradictis literis expressum, et cum fine currentis anni absoluti expirantem, promittentes se interea mature deliberaturos super aliis mediis ad consequendum promissae munificentiae effectum opportunis. Ad quae respondit Ill^{mus}, quod ab initio sui ad Brugensem cathedram adventus, dictis refectionalibus bene fuerit affectus, et desideraverit in favorem eorumdem et in bonum ecclesiae ac diœcesis, ut possent, simul cohabitando, sub oculo providi ac vigilantis magistri, in pietate, scientia, bonisque moribus stabiliter efformari, quodque in hoc concepto desiderio totus etiamnum persisteret, nullam tamen obligationem sibi de novo imposuit, aut adpromisit, neque ultra extendit terminum promissionis in anterioribus suis literis supra reclamatis factae.

Ibid. — *Acta episcopatus.*

XCIX.

Extrait du testament de l'évêque Jean-Baptiste de Castillion.

Verclaerende ende begeerende voorts: dat naerdien alle het gone hiervooren uytgedruckt volbraght ende ten vollen betaelt sal wesen, soo oock alle loopende schulden ende redelycke en waere noodighe reparatien gedeurende onse regeringhe voorengevallen aen de kercken, huysen, pastoreel, hofsteden ende goedinghen van het bisdom, welcke reparatien men oordeelt maer van seer cleyne consideratie 25 Juin 1753.

en konnen syn ten aensien van de gonne die waeren ontbrekende t'onser aenkomste aen den bisschoppelyken stoel, die wie allengskens t'onsen grooten koste hebben laeten erstellen, soo blyckt uyt de rekeninghen van het bisdom, dat generalyck alle de overblyvende baeten ende goederen, geene gesondert noghte gereserveert, uyt wat hoofde eenighe ons souden toebehooren t'zy van contante penninghen, meubels ofte andersins, sullen moeten geprofyteert, gegeven ende verdeelt worden in seven gelycke partien ofte deelen, te weten: een deel aen ons bisschoplyck seminarie, om met het provenu van diere gratis te aenveirden de onderpastoors onser bisdoms, die aldaer sullen willen commen acht of mindere daeghen hunne geestelicke exercitie houden; voors een deel aen de fabrycke van onse cathedrale kercke van S[t] Donaes; een deel aen de refectionalen der selver kercke tot vervoorderinghe van hunne fundatie; een deel aen de collegiale en parochiale kercke van S[t] Salvators binnen Brugghe, van de welcke wy patroon syn; een deel aen de aerme schoole ofte catechismus van de selve kercke van S[t] Salvators; een gelyck deel aen de aerme schoole ofte catechismus van de parochiale kercke van S[t] Jacobs in Brugghe; ende het resteerende sevenste deel aen de arme schoole ofte catechismus van de parochiale kercke van S[te] Anne binnen het selve Brugghe; welcke drye leste de penninghen die hun over elck hun sevenste deel toecommen sullen moeten gebruycken ende employeren ingevolge de instructie by onse donatie *inter vivos* van drye differente renten tot laste van de Malderye in 't quartier van den Vryen by ons te desselfs profyte nogh voorgaendelyck gedaen.

L'évêque institue comme légataires partiels : le séminaire, la fabrique de S[t] Donatien, les réfectionaux, l'église de S[t] Sauveur et les catéchismes de S[t] Sauveur, S[t] Jacques et S[te] Anne.

Ende, gelyck wy vastelyck geloven, eenighe van onse bloetvrienden soo pater als materneel souden connen ontbreken, ofte dat eenighe der selve hun recht van horie niet en souden connen proberen, door dien door de injurien des tydts de selve uytlandigh ofte teenemael

vervrimt syn, soo ist dat wy in sulcken gevalle by dit ons testament roepen ende institueren voor ons erfgenaemen in plaetse van sulckdaenighe onbekende ende ontbrekende vrienden pater ofte materneel, het voorseyde seminarie, fabrycke, fundatie refectionalen, de kercke van S[t] Salvators ende de drye schoolen ofte catechismus hier vooren genaemt, ende onder hun gelycklick gedeelt te worden.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Testaments.*

C.

Dédicace de thèses à l'évêque Jean-Robert Caimo.

Illustrissimo ac reverendissimo domino D. Joanni Roberto Gisleno Caimo, XVI *Brugensium episcopo, perpetuo ac hereditario Flandriae cancellario etc.*

Qui nuper inter lugubres totius et cleri et populi gemitus justissimo dolore perfusi, ereptum nobis lugebamus optimum patrem, atque animarum pastorem vere dignissimum, sempiternae retributionis mercede in apostolici laboris praemium, jam, uti plane confidimus, in coelis perfruentem, in tuo, *Illustrissime praesul,* ad viduatam hanc ecclesiam desideratissimo adventu, mirifice recreati, communis laetitiae non modo participes reddimur, sed et gaudio superabundamus: nec immerito, nobis siquidem potior exultandi est ratio, qui tam praeclarum virtute atque eruditione habemus pontificem, pro meritis suis ad sublimem hunc ecclesiae principatum a Deo vocatum tamquam Aaron; ad cujus nutum et obsequium (cui om-

12 Août 1754.

Éloge du nouvel évêque.

nimoda submissi animi promptitudine nos totos devovemus) si tamen quid valet servitii nostri facultas, destinamur in vineam Domini mittendi operarii. Atque utinam hujus observantiae nostrae in hisce theologicis positionibus (1) illustrissimo nomini tuo dicatis specimen aliquod exhibere possemus! Illud siquidem praesumere minime auderet capacitatis nostrae tenuitas, nisi benevolentia tua cuilibet ultronee obvia, omnibus perspecta spem faceret, hosce conatus nostros quantumcumque exiles, non fore omnino ingratos. Patere igitur, *Illustrissime domine*, ut sicut flumina omnia intrant mare, ita et exigui conaminum nostrorum rivuli in tuum se refundant consummatae scientiae fontem, indeque ad nos refluant monitis et instructionibus tuis abundantiores. Ex illo etenim fonte e doctorali cathedra haud ita pridem scaturiente, tam copiosas solidae eruditionis hausit aquas juventus academica Lovaniensis; neque vero curis tuis assiduis sufficere potuit illam erudiisse ad justitiam; sed singulari pietate optimisque moribus eamdem efformare desiderans, laudabiles totius academiae rector praescripsisti saluberrimae disciplinae constitutiones. Ast temerarium nobis, atque a scopo nostro alienum, haec aliaque amplissima laudum tuarum praeconia in angusta chartula vel rudi penicillo velle adumbrare, quae ingens exigunt docti scriptoris volumen. Enarrent alii avitam nobilitatis prosapiam, debitisque elogiis longam majorum tuorum, sacra non minus scientia, quam toga et armis illustrium, retexant seriem; sublimior illa est coeloque propinquior nobilitas animi, quae sola est atque unica virtus, hanc in te, *praesul Illustrissime*,

---

(1) Theses theologicae de virtutibus theologicis, quas praeside rev. adm. ac eruditiss. D. **Petro Leonardo Josepho van Parys** S. T. L., eccl. cath. Brug. can. theologali et sem. epis. professore, defendent R. D. *Ludovicus Hubertus de Vos* ex Hardoye, D. *Ignatius Josephus de Puis* Dunkercanus, ejusdem sem. alumni..... die 12 Augusti 1754.

hereditaria successione permanentem, nos veneramur, hanc consideramus nobis propositam, ut illius intuentes conversationis exemplum, imitemur et fidem. Haec populi dux est, et gregis norma, qua oves curae tuae commissas *candide et fideliter* (1) diriges in viam salutis aeternae. Nos interim pro muneris debito Omnipotentem bonorum omnium largitorem ardenter deprecari non cessabimus, ut *Illustrissimam dominationem vestram* corroboret virtute ex alto, eamdemque ad gregis sui solatium, et Ecclesiae sanctae splendorem continuo sospitet in longam prosperamque senectam, et post hanc feliciter consummatam transire faciat ad immarcessibilem perennis gloriae coronam; hoc vovemus, hoc medullitus exoptamus

Illustrissimae gratiae vestrae

Humillimi, devinctissimi, obedientissimi famuli, et clientes vestri,

ALUMNI SEMINARII EPISCOPALIS.

Bibliothèque du collége du St Esprit, à Louvain.

CI.

Les boursiers du séminaire de la Torre à Douai, autorisés à y continuer leur cours de philosophie, non-obstant l'édit du 22 Décembre 1755.

Monseigneur,

J'ai l'honneur de vous envoier cy jointes les collations des bourses que je viens d'obtenir pour les sujets qui m'ont été recommandés; en même tems je réponds à la demande de votre Grandeur.

1 Septembre 1756.

Lettre de Planel, président du sé-

(1) *Candide et fideliter*: c'était la devise de Mgr Caimo.

minaire de la Torre, à l'évêque de Bruges.

Notre séminaire érigé dans l'université de Douay pour des étudians de votre diocèse contient deux fondations. La première et principale, pour des théologiens seulement, est celle de Gaspar de la Torre, qui fonda ledit séminaire ou collège en 1618. La seconde, qui a suivi de près la première, est celle de don Francisco de la Torre, frère de Gaspar, pour des philosophes aussy natifs de Bruges ou du diocèse.

Toutes les bourses de cette dernière fondation sont de cent florins par an.

Le nombre des boursiers n'est pas absolument déterminé, mais il est ordinairement de huit, neuf ou dix plus ou moins, selon que la recette porte, et selon le concours des sujets.

Le supplément qu'ils paient pour la table est d'environ cent florins argent de Douay pour le cours entier de philosophie, ainsi, de cinquante florins par an. L'instruction est dans notre université parfaitement gratuite, les droits qu'on appelle à Louvain *didactron* (1) ou minerval n'y ayant pas lieu.

Il est important d'observer que ceux qui jouissent de cette fondation, ont ensuitte l'avantage d'une bourse de pleine table pendant tout leur cours de théologie; cette bourse leur est donnée de la fondation de Gaspar de la Torre susdite.

Voilà Monseigneur les deux fondations qui composent le séminaire de la Torre, lequel depuis cent vingt ans et plus a donné tant de bons sujets à votre diocèse, et sans lequel, permettez que je le dise, il y auroit dans ce même diocèse une grande disette de ministres. J'espère

(1) *Didactron*. Docentis praemium nuncupatur, sicut quod militi tribuitur *epinicion*, *nicelerion*; quod medico, *soterion*, *iatreon*, et sic de caeteris. — *Roberti Stephani lexicographorum principis*, *thesaurus linguae latinae*. Basileae 1740. Tom. 2, p. 90.

que votre Grandeur nous procurera la consolation de pouvoir continuer à lui préparer de bons ouvriers. J'ai l'honneur d'être avec un très profond respect

Monseigneur

de votre Grandeur le très humble
et très obéissant serviteur

P. J. B. Planel,

président du séminaire de la Torre à Douai.

Bailleul, le 1r Septembre 1756.

A son Altesse Royale,

Remontre en très profond respect l'évêque de Bruges, que l'an 1618 Gaspar de la Torre, fonda dans l'université de Douay un collège pour des théologiens natifs du diocèse de Bruges. 18 Sept. 1756.

Cette première fondation, qui est très considérable, fut suivie de près d'une seconde de François de la Torre, frère de Gaspar, pour des philosophes seulement, pareillement natifs du même diocèse.

L'évêque de Bruges demande pour les boursiers du séminaire de la Torre à Douai, la faveur de pouvoir y faire leur cours de philosophie.

Cette seconde fondation consiste en huit ou dix bourses, de cent florins par an chaque, et fournit aux boursiers leur pleine table, moiennant un supplément de cinquante florins par an argent de Douay.

Lorsque les boursiers de la seconde fondation se sont bien comportés en philosophie, s'ils sont appellés pour l'église, ils jouissent encore d'un avantage très considérable, qui consiste dans une bourse de pleine table de la première fondation, pour tout le cours de la théologie, le tout ce vérifié par une lettre cy-jointe du président dudit collège.

On vient de me remettre quatre collations pour quatre

différents sujets, tous natifs de Bruges, pour commencer leur cours de philosophie le 2 du mois d'Octobre prochain.

Mais il a plû à S. M. R. de défendre par son décret du 22 Décembre 1755, à tous ses sujets, de faire leur cours en philosophie en d'autres universités, que dans celles qui se trouvent sous sa domination ; il en résultera un tort très considérable, non seulement aux quatre de ses sujets maintenant pourvus, mais aussi ensuite à tous ceux des jeunes gens dudit diocèse, qui sont médiocrement pourvus de la fortune, à moins que V. A. R. ne daigne s'expliquer favorablement à leur égard.

C'est dans cette confiance que leur évêque prend en leur nom son respectueux recours vers V. A.

La suppliant très humblement de permettre que tous ceux qui sont natifs du diocèse de Bruges, et principalement ceux qui sont médiocrement pourvus de patrimoine, puissent jouir comme cy-devant, des bourses de la fondation de la Torre en l'université de Douay, il ose espérer cette grace de la singulière bénignité de V. A. d'autant plus qu'il vient d'apprendre que pareille faveur vient d'être accordée à ceux de la pauvre école de la ville de Bruges.

C'est la grace etc. etc.
J. R. Evêque de Bruges.

2 Octobre 1756.

Le gouverneur général accorde la faveur demandée.

Apostille : Son Altesse Roiale, aiant égard aux motifs alléguéz dans cette rèquête, et oui le rapport du commissaire Roial de l'université de Louvain, a permis, ainsi qu'elle permet par le présent acte, que tous ceux qui obtiendront des bourses au séminaire de la Torre à Douai, pourront y faire leur cours de philosophie, et ce non obstant l'édit du 22 Décembre 1755, dont Son Altesse Roiale les dispense. Fait à Bruxelles le 2 Octobre 1756.

CHARLES DE LORRAINE.

Et plus bas: S. CRUMPIPEN.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Acta episcopatus.*

CII.

Extrait du rapport de l'évêque Jean-Robert Caimo sur l'état de son diocèse.

Seminarium episcopale, quod ob turbulenta bellorum tempora, exiguos proventus et studiosorum raritatem longo tempore fuerat sopitum, a praedecessore oratoris mediato restitutum fuit, qui illud, prout erat divitiis patrimonialibus affluens, moriens suum constituit haeredem ex asse. Septimam insuper peculii sui partem eidem legavit immediatus praedecessor, pro vice-pastoribus hujus dioecesis quotannis exercitia spiritualia hic peragere volentibus. Triginta ordinarie hoc seminarium alit sub disciplina praesidis et vice-praesidis, theologos, quibus erudiendis tres sunt professores, quorum unus scripturam S. explanat, ceteri duo theologiam scholasticam.... Sunt constitutionum apostolicarum, infallibilitatis et authoritatis Pontificiae defensores egregii; tyronesque suos talibus imbuunt principiis, ut viam mediam retinentes, humeris fidelium jugum non imponant quod nec illi, nec patres eorum portare potuerunt, nec viam salutis, quae, teste aeterna veritate, arcta et angusta est, supra modum dilatent, prout quosdam, non sine animi anxietatibus, docentes cernimus, in quorum publicis thesibus positiones aliquas reperimus adeo laxas, ut nullatenus a damnatis per sanctam Sedem propositionibus discerni videantur. Unam tantum elucidationis gratia de verbo ad verbum hic inserimus. — « Sicut in materia justitiae possessio rei est sufficiens ratio eam in dubio retinendi, ita et in aliis materiis possessio libertatis potest esse justa causa eam retinendi ac conservandi, cum de aliquo praecepto vel lege dubitatur, et post adhibitam moralem diligentiam, dubium vinci non potest: quae regula etiam

16 Octobre 1758.

Séminaire.

Nombre d'élèves.

Professeurs.

Enseignement.

obtinet pro pluribus casibus supra n° 11 resolutis. Tunc etiam volentes matrimonium contrahere, dubii tamen an aliquod impedimentum interveniat, nulla ad contrahendum indigent episcopi dispensatione aut declaratione. Si post contractum matrimonium bona fide, dubium de valore superveniat, quod post diligentem veritatis inquisitionem non potest depelli, possunt conjuges non tantum debitum reddere sed et petere: nec resolutio hujus casus a decisione Innocentii III *cap. inquisit. de sent. excomm.* aliena est. Similiter dubitans an jurisdictionem habeat, potest, si illam habuit ante, ejus actum exercere. » — Nomen auctoris hujus thesis sileo, nisi aliter Sanctitati V^ae^ visum fuerit, propter reverentiam alicujus personae in dignitate constitutae, partim ne temeritatis arguar ex eo quod similes positiones in mea dioecesi non fuerint defensae, neque onus mihi incumbat invigilare ovibus mihi non commissis. Verum cum haec in vicinia nostra peraguntur, et in publicis exercitiis tanquam practice certa obtruduntur, ex eo quod vidente et non contradicente Ecclesia publice sustineantur, timendum sane, ne, dum tyrones similibus principiis imbuti in curam animarum quaquaversum disperguntur, malum hujusmodi pedetentim serpat. Interim hac super re cum eminentissimo domino metropolitano accuratius agere intendo, ad dispiciendum num conveniens foret per litteras pastorales vel alio modo presbyteris in directione animarum nobis coadjutoribus mentem nostram manifestare, ne obmutescendo laxitatibus, ne dicam erroribus, faveamus (1).

Archives de l'évêché de Bruges. — *Status episcopatus.*

---

(1) Dans son rapport du 28 Octobre 1773, le même évêque parlant de son séminaire dit:

« Numerus pastorum zelo et scientia eminentium accrescit in dies. Quod sollicitudini praesidis et professorum seminarii pro magna parte adscribendum, qui studiis et moribus invigilant eorum qui ibidem in majori quam solet numero ad curam animarum praeparantur. »

CIII.

Extrait du rapport de l'évêque Felix-Guillaume Brenart sur l'état de son diocèse.

Seminarium quod Henricum van Susteren non tantum benefactorem, sed verius restauratorem habet, alit nunc circiter 40 alumnos, morigeros omnes, et bonae spei. Illis praeest ut praeses archipresbyter noster, cum adjuncto vice-praeside, et lectiones qua theologicas qua scripturisticas quotidie habent professores tres, omnes S. T. in alma universitate Lovaniensi licentiati, acerrimi constitutionum apostolicarum et infallibilitatis Pontificiae defensores. 30 Octobre 1778. Nombre d'élèves et professeurs du séminaire.

Quantum ecclesiae Brugensi ex hocce seminario accesserit spiritualis emolumenti, universum ex nunc novit Belgium Romano-Catholicum.

Junioribus seminarii mei sacerdotibus, diaconis et subdiaconis commisi instructionem catechisticam, quam religiosi extinctae Societatis ter in hebdomada, tribusque distinctis locis, instituebant in gratiam pauperum utriusque sexus et ad quam alliciebantur praemiorum distributione, quae quotannis fiebat in vestibus et linteaminibus, ex proventibus piorum liberalitate donatis, ad censum applicatis, quos ex regiae suae Majestatis beneplacito in eosdem pios usus modo applicare licet. Les séminaristes donnent le catéchisme en ville.

Canonicatus unus est theologalis, conformiter ad mentem sacro-sancti oecumenici concilii Tridentini, cujus modernus possessor, ob capitis vertigines et naturalem oculorum debilitatem, moraliter impotens ut lectionem scripturisticam in seminario episcopali imposterum tradat, assumpsit, de consensu nostro, R. D. Moens, S. T. L., doctum aeque ac pium, cui satisfacit, qui debiti muneris ejus partes implet. Théologal.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Status episcopatus.*

CIV.

L'évêque Félix-Guillaume Brenart approuve et confirme le règlement du séminaire de la Torre à Douai, et en recommande l'observance fidèle.

28 Avril 1783.

Lettre pastorale de l'évêque de Bruges aux président et élèves du séminaire de la Torre.

Devoirs du président.

Ill^mus dominus reapprobando, et confirmando statuta seminarii sui Torreani Duaci, cum testamento fundatoris D. Gasparis de la Torre praevie collata, ad eorumdem exactam observantiam dicti seminarii sui alumnos paterne exhortatus est, data epistola pastorali sequentis tenoris:

Felix Guillielmus etc^a.

Dilectis nobis in Christo D^o praesidi, caeterisque seminarii nostri Torreani Duaci alumnis, dioecesis nostrae scholaribus, salutem in Domino.

Quandoquidem vita praesidis debeat esse norma alumnorum, atque ab illius conversationis exemplo, morumque institutis, non unius, alteriusve, sed diœceseos universae, atque adeo tot animarum millium dependeat aeternae salutis inaestimabile bonum, ad haec prorsus convenit, ut de eo dici possit, quod de digno et fideli dispensatore ecclesiasticae familiae, *hic vir*, *hic est*, qui non intuitu lucri, sed fervido divini amoris igne accensus, *quae sursum sunt quaerens*, *non quae super terram*, se totum impendere intendit ad solam Omnipotentis Dei gloriam, et Ecclesiae sanctae utilitatem; efformando commissam sibi juventutem, non solum ut pii inde et digni sacerdotes, sed strenui aliquando in vinea Domini operarii evehantur, qui non se, sed oves, pretioso Christi sanguine redemptas, pascant, foveantque, morbidis et vitiosis medeantur, errabundas et devias indefessa sollicitudine quaerant, et opportunis ac importunis cum charitate monitionibus lucrantes, omnes ad

unicum et sempiternum ejusdem supremi Pastoris deducant ovile.

Cum autem praesidi primario incumbat promovendae pietatis cura, disciplinae diligentiaeque colendae studium, sedulo et saepius consideret oportet, quod a suo exemplo ut plurimum dependeat alumnorum educatio, et juxta spiritum Dei efformatio: conabiturque propterea ita se componere, ut omnes non tantum monentem libenter audiant, sed et facientem videant quae praecipit et imperat: atque ita suos et verbis moneat, et trahat exemplis.

Signanter considerari volumus tam in bursariis philosophis, quam in aliis quibuscumque ad sacerdotium, ordinesve sacros aspirantibus, an sobrii sint, temperanrantes, casti, pacifici, morigeri, an verae humilitatis effulgeant virtute, habeantque debitum sacerdotalis vocationis spiritum: super quibus convenit, ut praeses non soli suae fidat observantiae, sed et per tertiam fidelem, ac timoratae conscientiae personam secreto securas capiat informationes, quomodo scilicet se extra seminarium gerant, et quos frequentent, ut ita genium cujusque et naturae indolem ac pronitatem facilius certiusque dignoscat, neque juxta exteriorem habitum de internis subjecti qualitatibus praecipitanter efformet judicium, sed ante omnia consideret, quam facile iniquitas mentiatur sibi, dum sub externa pietatis larva interna latet hypocrisis, quae tum demum se prodet, dum, remoto magistri oculo, plenam assecuta fuerit malignantis animi libertatem, et quae perget serpere in aliorum detrimentum et exitium sempiternum. Utinam id numquam eventu lugubri probasset experientia *qualiter novissima aliquorum facta fuerint pejora prioribus.* Magna proinde cautela ubique invigilandum ac omni probationis modo tentandum, ut si quae subsit fictio, tempestive detegatur, ac per media opportuna corrigatur, vel, si corrigi nequeat, saltem, ne in malos effectus tandem erumpat, sollicite praeca-

veatur. Igitur *non omni spiritui statim credatur*; sed inter continua pietatis et doctrinae exercitia, nec-non stabilem regularum, praescriptorumque seminarii observantiam, *is probetur, utrum ex Deo sit*; non enim salubrium illorum statutorum fit praevaricator, qui pura intentione soli Deo inserviendi, ac *certam vocationem suam faciendi*, spiritu Christi duce et magistro, disciplinae seminaristicae se submisit. Ut autem valeat D. praeses majori cum authoritate ejusdem urgere observantiam, *et illos qui contradicunt* arguere, atque ad nos deferre, si prompta non sequatur ac sincera emendatio, atque nemo alumnorum statutorum collegii ignorantiam praetexere valeat, aut inadvertentiam, et quilibet obligationis suae debitum inexcusabiliter sciat: volumus, ut haec semper ad manum sint exposita in ipsa bibliotheca seminarii, eorumque annue integra ac distincta lectura fiat, cum exhortatione congrua in decursu mensis Octobris una et epistolae hujus nostrae pastoralis.

Porro ut quilibet D° praesidi cum subordinatione debita omni tempore justam reverentiam deferat et honorem, atque revisae denuo, approbatae ac praescriptae a nobis hae regulae ad disciplinae complementum exactius observentur, necessariam et opportunam eí impertimur facultatem, delinquentes pro officio suo monendi, corrigendi, ac mulctandi; ita tamen ut graviores defectus, et speciali nota dignos ad nos deferre teneatur, suumque quod de alumnorum qualitatibus efformare potuit judicium, sine ulla dissimulatione declarare.

Volumus autem ut minores pariter defectus numquam dissimulentur, *ne spernentes modica, paulatim decidant*, et in graviora labantur, atque ita nimirum indulgendo crescat audacia et sensim flaccescat observantiae rigor, adeo neccessarius ad bonam et constantem melioris disciplinae custodiam: unde iterum iterumque monemus D. praesidem, et in Domino hortamur vos omnes, *novella germina, gloria et corona nostra*, ut omnem sollicitudinis curam

adhibeatis ac vigilantiam, quatenus quae pro perfectione status ecclesiastici in seminario nostro Torreano ordinata sunt, nec dissimulatio negligere, nec quaedam valeat praesumptio perturbare.

Cum autem juxta articulum 2um statutorum, et tenorem fundationis art. 45 testamenti ampliss. D. Gasparis de la Torre, piae memoriae, omnes bursarii obligentur curam pastoralem suscipere in dioecesi Brugensi et catenus omnes et soli dioecesis nostrae scholares ex mente fundatoris possint subsidio bursae gaudere; mandamus, ut antequam seminario nostro incorporentur, sincere promittant in manibus D. praesidis quod, emenso studiorum cursu, vel dum idonei probabuntur, *saltem ad sexennium* huic dioecesi nostrae inservituri sint in cura animarum, a nobis, aut successoribus nostris, designanda, alioqui quod refundent ea, quibus fuerint gavisi; quodque idem facturi sint, si propter improbitatem postea dimittantur.

Les boursiers, avant leur admission, promettront d'accepter charge d'âmes dans le diocèse de Bruges, au moins pendant six ans.

Cum autem in dioecesi nostra plurimi saepius commorentur, solius linguae gallicae gnari; et obvia notio idiomatis gallici pro impendendo iis ministerio ecclesiastico nedum perutilis, sed et summopere sit necessaria, hinc non tantum commendamus, sed et absolute mandamus, omnibus et singulis vobis, ut praefixo per D. praesidem tempore, et in quibuscumque indultis colloquiis, huic linguae comparandae specialius incumbatis, idque conformiter ad statuta; attendentes praeterea quod haec hodiedum pene communis sit omnium nationum lingua, et plurimum conducat ad studiorum profectum, quandoquidem omnia fere eruditorum opera gallico idiomate sint conscripta.

Usage de la langue française.

Porro ne, quod foris ostenditur, intus a mercede vacuetur, sed illa accedat Spiritus S. unctio, quae a terrenis abstrahens, mentes paulatim in coelum elevat, hortamur omnes, ut ab initio ingressus seminarii, sub provida D. praesidis directione, salubrem addiscant methodum in-

Piété.

stituendi *orationem mentalem*, sciantque quantum inde sibi accrescere possit lucri et emolumenti, cum ss. Dominus noster Benedictus XIIII hanc quotidie per horae quadrantem pie observantibus, si vere poenitentes et confessi ss. Eucharistiae sacramentum sumpserint, ac ad consuetos Ecclesiae fines devote oraverint, omnium peccatorum suorum indulgentiam, etiam per modum suffragii animabus purgatorii applicabilem, in Domino concesserit suo brevi desuper emanato de data 16 Decembris 1746.

Ad haec considerate saepius, qualiter *in sortem Domini vocati*, aut propediem vocandi, ut philosophi, deponere debeant curas omnes saeculares, et terrena aut carnalia desideria, ut non sint de hoc mundo, atque adeo manere remoti a nimia cum saecularibus conversatione, et plane aversi a periculosissima illa alterius sexus.

Quapropter sciant omnes, quod si quosdam scandalosae, aut laxioris vitae licentiis deditos inter se noverint, qui post fraternas monitiones magis obdurantur, quam emendentur, non tantum salva charitate possint, sed et in conscientia sub gravi obligatione teneantur illos D° praesidi denuntiare, ne se perdant, et alios inficiant, ac divinam provocent maledictionem.

Sobriété.

Caeterum quia non solum ebrietas, sed bibacitas, seu voluntaria prurigo ad potum, utpote *castitatis inimica*, spiritui clericali diametraliter est adversa, mandamus, ut nihil dissimuletur cum iis qui fatali huic vitio sunt addicti.

Utque omnis secreta compotatio, adeo nociva, praeveniatur, diebus veniae, vel tempore lectionum, aliove importuno, ipse D. praeses singulorum cubicula frequenter visitabit, et specialiter invigilabit, ne ab extraneis ullus umquam potus adferatur, puniendus juxta rigorem, qui receperit, idque absque ulla conniventia.

Sciant etiam omnes, serio a nobis monitum D. praesidem, quomodo juxta suum praesertim testimonium mensurentur ordinandorum et qualitates et merita, atque

adeo saepius animo revolvite quam grave ipsi incumbat onus, ut neminem, nisi quem vitae ac morum integritas, et doctrinae cum fundata spe capacitatis ad curam animarum aliquando suscipiendam sufficientia, dignum commendant, ad sacrum ministerium praesentare attentet. *Labia enim sacerdotis debent custodire scientiam*.... quia angelus *Domini exercituum est*.

Nihil ergo hic, sive quoad mores, sive quoad capacitatem in pacifica bonitate dissimulandum; nihil occultandum: sed sincero veritatis processu exponendum, quale scilicet pro sua secundum Deum discretione, jugique observantia, de singulorum qualitatibus judicium potuerit efformare.

Hoc supernum intelligendi donum, atque ex illius illustratione juste et pie vivendi, ac in statu ecclesiastico digne ministrandi gratiam, ea scilicet vitae integritate et sanctitate, quam sublimis illa vocatio requirit, misericorditer vobis concedat auctor ipse pietatis, a quo bona cuncta procedunt, quique dat abundanter petentibus se, clementissimus Deus, Pater, et Filius et Spiritus S. Datum Brugis in palatio nostro hac 28 aprilis 1783

Sign. Felix, Episcopus Brug.

Et infra: de mandato Ill^mi^ Dni mei episcopi. Le Begue, secret.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Acta episcopatus.*

CV.

Union de quatre chapellenies à l'*officium* des réfectionaux.

A

Illustrissimo ac reverendissimo domino D^no F. G. Brenart, episcopo Brugensi perpetuo ac haereditario Flandriae cancellario.

9 Mai 1786.

L'*officium* des réfectionaux,

Omni qua decet reverentia ac submissione exponunt decanus et capitulum ecclesiae cathedralis S. Donatiani Brugensis, in eadem a pluribus aevis institutum existere officium tredecim refectionalium qui inserviendis missis et aliis ecclesiae servitiis praestandis, noctu diuque divinis officiis assistunt sub regimine et directione rectoris scholarum, debitam eis pietatis et latinitatis praebentis instructionem.

Officium hoc anno 1550 piissima fundatione duorum canonicorum Regis et de Molendino adauctum, 6 Aprilis 1570 in erectione seminarii, per Rev^mum D^num Driutium, secundum Brugarum episcopum, de consensu et approbatione capituli, incorporatum fuit seminario Brugensi, sub onere alimentandi et instituendi tredecim refectionales.

incorporé au séminaire.

Verum haec refectionalium cum seminaristis cohabitatio pauco admodum tempore duravit, ad annum nempe 1579, haereticis et rebellibus in hac civitate praedominantibus, post quorum ex hac patria discessum, die 28 Junii 1584, in prima episcopi et provisorum pro negotiis seminarii congregatione, supradicta refectionalium cohabitatio fuit excusata, resolutumque singulis dare togam, duo superpellicia, tibialia, calceos et pileum, ultra summam quatuor librarum gross. monetae currentis in pecunia solvendam, quae tamen anno 1693 interdicta, amplius non solvitur.

Anno 1735 exorta difficultate inter administratorem bonorum seminarii et receptorem officii refectionalium quoad utriusque respective proventus, tandem pacis causa anno 1738 desuper inita est saepius a capitulo desiderata amicabilis concordia inter Rev^mum^ D^num^ episcopum Brugensem et provisores ex una, ac decanum et capitulum ex altera partibus, per modum transactionis, qua bona seminarii separata fuerunt a proventibus officii refectionalium, ut proinde seminarium nihil imposterum haberet commune cum hoc officio, cujus proventus annui praeterpropter tunc ascendebant ad octoginta ℔ gr. monetae currentis, quae summa notorie insufficiens erat ferendis oneribus huic officio incumbentibus. Séparation des biens des réfectionaux de ceux du séminaire.

Quinimo aegre postea subsistere potuisset sine munifica prorsus liberalitate Ill^mi^ D^ni^ episcopi de Castillion, qui ex singulari quo ferebatur amore in juventutem hujus ecclesiae, ut per pietatem et studium redderetur aliquando utilis dioecesi Brugensi, testamento suo legavit huic officio septimam bonorum suorum episcopalium partem, consistentem in summa capitali octingentarum ℔ gr. cambialium ad redditus super mediis hujus provinciae applicata, ita ut modernus hujus officii status annue valeat centum circiter ℔ gr. monetae currentis. Libéralité de Mgr de Castillion en faveur des réfectionaux

Ex qua summa solvuntur annue receptori hujus officii, pro administratione, 3 ℔ gr.

Rectori scholarum annua pensio 18 ℔ gr. et phonasco 4 ℔ gr. pro instructione cantus gregoriani.

Praeterea ex iisdem proventibus cuilibet refectionali in admissione sua datur nova toga panni caerulei, quae deinde singulo biennio renovatur; item annue tria paria calceorum, duo paria tibialium et unus pileus, ac tandem superpellicea, collaria, quot sunt necessaria, quae etiam expensis officii lavantur, intertenentur et renovantur, ita ut ejusdem proventus nedum onera superent, sed vix adaequent, in suspenso manente solutione quatuor ℔ gr. cuilibet refectionali usque ad annum 1693 fieri solita. Insuffisance des revenus.

Dum interim juvenes illi, quod consideratione dignum est, tam hiemali quam aestivo tempore a summo mane diligenter ecclesiam frequentant, ibique missam celebrantibus inserviunt, ad altare, in choro et alibi candelabra et faces portant, thuribulum cum incenso subministrant, martyrologium canunt, virgiferi chori impediti vices supplent, verbo, quascumque secundum circumstantiarum exigentiam minorum ordinum functiones exercent, ut censendi sint tale ac tantum praestare ecclesiae obsequium, sine quo debite et decenter persolvi non possit officium divinum.

Juvenes hi honestorum quidem sed plerumque mediocris fortunae sunt parentum filii, qui, absolutis humanioribus, non raro studia, mediorum sufficientium defectu, deserere coguntur, nisi gratiam et benevolentiam alicujus particularis benefactoris captare valuerunt.

De modo parentes sublevandi, et refectionalibus eorum filiis ad altiora studia tendentibus succurrendi saepe deliberatum, sed hucusque nihil actum.

Un moyen d'y apporter remède,

Donec tandem exponentes, inspecto laudabili praedecessorum suorum exemplo, qui necessitati officii choraulium prospexerunt per suppressionem majoris praebendae, fabricae ad opus choraulium unitae, judicaverint per extinctionem unius aut plurium beneficiorum simplicium extra chorum hujus ecclesiae fundatorum, etiam inopiae officii refectionalium auctoritate ordinaria provideri posse.

Praecipua beneficia huic fini propria videntur esse sequentia.

serait d'unir un ou plusieurs bénéfices simples à l'*officium* de réfectionaux.

1. Est capellania fundata ad altare SS. Catharinae et Ivonis per Petrum Steelant, et possessa per D. Ubaldum de Clercq, cujus fructus, deductis oneribus, moraliter ascendunt ad decem ℔ gr. annue (1).

---

(1) Ce document ne reproduit que le *projet* de requête du chapitre à l'évêque. La réponse du prélat ne mentionnant pas cette première chapellenie, il faut croire que les chanoines ne parlaient que des quatre derniers bénéfices dans la pièce originale présentée au chef du diocèse.

2. Capellania fundata in sacello et ad altare SS. Petri et Jacobi majoris per Petrum de Corte, cujus possessor D. Josephus van Hoestenberghe, pastor S. Petri Capellae, solutis oneribus, facile percipit centum florenos annue.

3. Capellania fundata per Simonem vander Banck ad altare S. Catharinae, cujus proventus annui, deductis oneribus, ascendunt ad viginti quinque ℔ gr. Possessor illius est D. Joannes de Pauw, pastor in Lombardzyde.

4. Est capellania Beatae Mariae fundata in sacello S. Joannis, quam possidet D. Arnoldus Pulinx, capellanus S. Walburgis, fructus ultra onera important annue.....

5. Est capellania S. Auberti fundata in sacello destructo Carthusiae Brugensis, gravata duodecim missis annue, cujus fructus consistunt in octodecim circiter mensuris terrarum in Houttave. Possidetur a D° Andrea Rosseel, actualiter humaniora docente in collegio regio Antverpiae.

Prima supradictarum capellaniarum est ad collationem episcopi, tres sequentes ad collationem decani et capituli, ultima confertur ab episcopo ad praesentationem decani et capituli.

Nulla ex iis personalem residentiam, aut personale requirit officium, praeter quarumdam missarum, in loco beneficii exonerationem, pro qua plerumque curam habet receptor officii missarum, ita ut possessores sola fructuum perceptione et fruitione graventur, ac proinde ex hujusmodi beneficiis exiguam utilitatem aut fructum in ecclesiam redundare contingat.

Ubi e contra si particulares simplicium hujusmodi beneficiorum supprimendorum proventus unirentur officio refectionalium, posset, solutis oneribus, quibus respective gravantur, superfluum impendi ad promovenda refectionalium altiora studia, atque consideratis singulorum ingenio, pietate, profectu in studiis, et signanter fundata spe praestandi aliquando obsequium huic dioecesi in cura animarum, pro meritis, juxta providam decani et capituli ordinationem, ipsis distribui.

Les fruits de ces bénéfices serviraient en outre à secourir les réfectionaux capables de continuer leurs études.

Ex tali dispositione haberetur imposterum, absque ministrorum ecclesiae diminutione, major aspirantium ad refectionalatum numerus; potior ex eo dabitur delectus; assumi namque poterunt honestorum civium filii magis literati, morigerati ac timorati, qui ad majorem Dei gloriam, cultus divini splendorem et populi aedificationem ecclesiae deserviant; ita ut ex praeconcepta suppressione, ac fructuum unione evidens secutura sperari possit ecclesiae utilitas.

Quapropter exponentes, unice supradictos fines prae oculis habentes, recurrunt ad Rev^mam^ paternitatem vestram eidem humillime supplicantes, quatenus attentis praemissis, unum aut plura praedictorum beneficiorum cum per cessum aut decessum primo vacaverint, auctoritate sua ordinaria, servandis servatis, supprimere et exstinguere dignetur, illiusque aut illorum fructus et proventus quoscumque officio refectionalium unire, statuendo et ordinando imprimis ut missae, et alia onera beneficio aut beneficiis supprimendis incumbentia exonerentur, ne pia fundatorum intentio quidquam ex hujusmodi dispositione deperdat, ac deinde consentiendo, ut fructus superflui non tantum ferendis hujus officii oneribus inserviant, sed etiam refectionalibus, studiis philosophiae ac theologiae operam daturis, habita morum, disciplinae et scientiae ratione, ad arbitrium decani et capituli distribui possent.

Quod faciendo, nobis et posteris nostris stabit tanti beneficii memoria, cum gratiarum actione perennis.

De mandato reverendorum admodum ac venerabilium dominorum decani et capituli praefatorum.

P. J. De Pauw can. secret.

Suscription: Projectum.

Archives de l'évêché de Bruges. — Fonds: *Refectionales*.

B

Felix Guillielmus Dei et apostolicae Sedis gratia episcopus Brugensis, Flandriae cancellarius etc. etc.

Omnibus, praesentes literas nostras inspecturis, salutem in Domino.

Noveritis, quod pro parte Rev. adm. ac Ven. DD. decani et capituli ecclesiae cathedralis nostrae nobis fuerit expositum, quod in eadem ecclesia a pluribus aevis institutum existat officium 13 refectionalium, qui inserviendis missis et aliis chori servitiis praestandis noctu diuque divinis officiis assistunt, sub regimine et directione rectoris scholarum, debitam eis pietatis et latinitatis praebentis instructionem; quod officium hoc, successiva episcoporum et canonicorum liberalitate notabiliter adauctum, hodiedum tamen adhuc adeo sit tenue in annuis proventibus, ut plerique eorum, utpote mediocris tantum fortunae parentum filii, absolutis humanioribus, non raro studia, mediorum sufficientium defectu, deserere cogantur, nisi benevolum favorem cujusdam particularis benefactoris captare valeant; quod de modo praefatis refectionalibus, ad altiora praesertim studia properantibus, ad sufficientiam succurrendi, saepe fuerit deliberatum, ac varia adducta media, quamvis hactenus sine successu; quod inter alia prae caeteris promptum et efficax appareat adminiculum si per unionem aut exstinctionem unius aut plurium beneficiorum simplicium, extra chorum hujus ecclesiae fundatorum, nec personalem residentiam requirentium, inopiae officii refectionalium authoritate nostra ordinaria provideatur, sicut olim necessitati officii choralium prospectum fuit per suppressionem majoris praebendae, fabricae ad opus eorum unitae; quod praecipua beneficia, fini huic propria, videantur esse 1°) capellania, fundata

Considérant les raisons alléguées dans la requête,

ad altare SS. Petri et Jacobi majoris per Petrum de Corte, cujus possessor est D. Jos. van Hoestenberghe, pastor S. Petri Capellae, 2°) capellania, fundata per Simonem van der Bauk ad altare S. Catharinae, cujus possessor est D. Jo. de Pauw, pastor in Lombarzyde, 3°) capellania B. Mariae, fundata in sacello S. Joannis, quam possidet D. Arnoldus Pulinx, capellanus S. Walburgis, 4°) denique capellania S. Auberti, fundata in sacello destructae Carthusiae Brugensis, cujus possessor est D. Andreas Rosseel, actualiter humaniorum professor in collegio regio Antverpiae; quod trium priorum capellaniarum collatio spectat ad decanum et capitulum ejusdem cathedralis, quarta autem ab episcopo conferatur ad praesentationem eorumdem decani et capituli; atque ideo humiliter nobis supplicatum fuerit, quatenus dicta beneficia simplicia, ut praefertur, personalem residentiam non requirentia, sed certo tantum missarum numero gravata, eidem officio refectionalium authoritate nostra ordinaria unire et incorporare vellemus ac dignaremur. Nos igitur, praemissis attentis, ac potissimum innixi authoritate S. Conc. Trid. S. 23 c. 18 et S. 24 c. 13, adhibito etiam theologorum ac jurisperitorum consilio, censentium hujusmodi requisitionem esse justam et rationi consonam, per decretum nostrum de 9 Maii, mandavimus imprimis expedire citatoriales in forma ad omnes et singulos, sua communiter interesse putantes, ad coram D° officiali nostro intra certos terminos allegandum causas, si quas haberent, ob quas ad praedictae unionis executionem procedi non posset. Quibus quidem citatorialibus, cum praefixione trium comparitionis terminorum, 15 dierum spatio per singulos distinctorum, per apparitorem curiae nostrae coram D° officiali nostro debite reproductis, et lapsis terminis per easdem designatis, absque eo quod ullus pro suo interesse eidem unioni se opposuerit, vel adversus eam audiri voluerit, idem officialis hanc causam pro ulteriori justitiae complemento ad nos re-

misit. Nos igitur, visis actis et actitatis in causa dictae unionis, omnibusque, quae considerari debuerunt, mature consideratis et perpensis, declaramus, omnes et singulos, sua quomodolibet interesse existimantes vel praetendere volentes, in vim contumaciae seclusos ab oppositione adversus praedictam unionem, ex quacumque causa vel praetextu proponenda, atque in negotio ejusdem unionis vigore antedicti Conc. Trid. et SS. canonum, ulterius procedentes, praefata quatuor beneficia simplicia cum omnibus suis juribus proventibus et emolumentis, nec non annexis missis et oneribus, quomodolibet iis incumbentibus, sine praejudicio tamen modernorum dictorum quatuor beneficiorum possessorum, officio refectionalium ecclesiae cathedralis nostrae unimus et incorporamus, sub hac tamen conditione expressa, quod idem officium refectionalium, post obitum modernorum possessorum antedictorum beneficiorum, omni tempore deinceps futurum sit obligatum exonerare, seu exonerationem in loco procurare missarum, quibus dicta beneficia gravata sunt juxta tenorem fundationum.

l'évêque unit quatre bénéfices simples à l'*officium* des réfectionaux.

Datum Brugis in palatio nostro episcopali, sub sigillo nostro, nostra ac secretarii nostri signatura, hac 15 Julii 1786.

Felix, Episcopus Brugensis.

De mandato Rev^mi D^ni episcopi praefati.

De Gryse, secret.

Archives de l'évêché de Bruges. — Fonds : *Refectionales.*

CVI.

Avis du chapitre de S. Donatien sur le séminaire général de Louvain. — Mémoire des chanoines gradués touchant les *Institutiones seminarii generalis Langobardiae austriacae.*

A

Reverendi admodum ac venerabiles domini.

8 Janvier 1788.

Lettre de l'évêque demandant l'avis du chapitre sur le séminaire général.

Non obstantibus nostris, caeterorum Belgii Austriaci episcoporum, et statuum omnium provinciarum consonis repraesentationibus, ad Majestatis suae caesareo-regiae thronum contra decretam seminarii generalis executionem in hisce provinciis, iterato factis, absoluta Majestatis suae voluntas est, ut edictum suum sub data 24 Octobris 1786 emanatum, in diem 15am hujus currentis mensis plenum sortiatur effectum, ab eoque dependeat, *ut conditione sine qua non*, ratificatio de 21 Septembris ultimi, quod constat ex decreto Excelae suae comitis de Trauttmansdorff, ministri plenipotentiarii Belgii, de 30 Decembris ultimo elapsi, in originali hic juncto, una cum caeteris decretis, ad praesentem materiam relativis pro plenaria vestra informatione.

Cum autem altefatum edictum non tantum vergat in interitum hujus seminarii episcopalis, quod, utriusque potestatis concursu in hanc dioecesim in vim S. concilii Tridentini introductum et stabilitum, sanctione legali gaudet, sed et derogare videtur indubitatis episcopatus juribus, in quantum episcopis adimit libertatem proximam et immediatam gubernandi, docendi et mittendi clerum suum; hinc in re hac momentosa et critica pro securiori

directione nostra ad vos, ut jurium episcopalium custodes et defensores, nec non seminarii episcopalis provisores, confidenter recurrimus, advisamentum vestrum, circumstantiate deductum, indilate expostulantes. Interea singulari animi propensione et effectu sumus etc.

FELIX, episcopus Brugensis.

Brugis, 8 Januarii 1788.

Illustrissime ac reverendissime domine.

Literas vestras debita semper veneratione recipientes, ac postulatis vestris tanquam mandatis obsequentes, illico materiam tam in dictis literis, quam in adjunctis decretis contentam, deputatis nostris examinandam commisimus. Quorum relatione audita, habitaque desuper ulteriori ac maturiori deliberatione ac discussione, judicamus intentum a caesareo-regia sua Majestate scopum, nullatenus per erectionem seminarii generalis esse attingendum.

11 Janvier 1788.

Réponse du chapitre à l'évêque.

Fatemur quidem per modificationes in literis excellentissimi ministri plenipotentiarii de 5ª hujus expressas, quoad praepositorum substitutionem, vice-rectorum designationem et lectionis in jure canonico frequentationem, videri posse praeconceptum episcoporum timorem nonnihil esse diminutum, sed nemo sibi persuaserit per similem dispositionem, eumdum ex animis eorum totaliter potuisse esse sublatum; maxime si attendatur quod pro directoris generalis electione solum requiratur episcoporum advisamentum, quibus liberum relinqui deberet eligendi arbitrium.

Les modifications apportées par le gouvernement dans l'organisation du séminaire général ne rassurent pas suffisamment les évêques.

Quod autem super novo seminarii instituto praesules Belgii sint consulendi, eorum reflexiones expetendae et ad vigilem doctrinae superintendentiam sint excitandi, bona quidem sunt, laudabilia, et pro hujusmodi imperatorio indulto gratiarum actione digna; sed talia nobis non apparent, ut episcopi exinde in conscientia omnimode

remaneant securi, quamdiu liberum eis non fuerit tales per semetipsos constituere professores de quorum eruditione et orthodoxia sunt moraliter certi. Sane si juxta apostolum Spiritus S. posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, id maxime locum habere debet in materia doctrinae et disciplinae ecclesiasticae.

Quinimo etiamsi episcopis competens relinqueretur professores constituendi libertas, necdum sufficienter securitati christianae doctrinae videbitur provisum: enim vero in supposito quod aliqua circa doctrinam vel disciplinam ecclesiasticam exoriatur difficultas, quantumvis episcopis attribuatur super illa vigilantiae cura aut superintendentia, an difficultas illa episcoporum, Pontificis aut Ecclesiae, an vero solius Caesaris, aut ministrorum ejus submittetur judicio et decisione terminanda?

An ergo verendum non est, ne seminarium illud generale ab Ecclesiae jurisdictione totaliter subtrahatur, ipsique episcopi non aliam exerceant in illud, quam ea quae ab imperatore dimanat?

Praeterea manifestum evadit quod omnes respective dioecesani, quinque annorum spatio, quo in seminario commorantur, ab immediata ordinarii sui directione excludantur.

Quot et quam graves ex omnibus illis pertimescendae sint pro religione christiana, ipsiusque status bono, sequelae, melius illustrissimae dominationi vestrae notum est, quam nos exponere valeamus.

Il sera donc utile que les évêques se concertent et que les États se joignent à eux pour présenter de nouvelles remontrances à l'empereur.

Quare in praesentibus rerum circumstantiis consultissimum nobis videtur ut Rev^ma^ vestra paternitas super praemissis communicato consilio agat non tantum cum clero suo, sed etiam cum eminentissimo domino archiepiscopo caeterisque illustrissimis Belgii episcopis, tumque singuli denuo per novam repraesentationem, quam sapientia et zelus eorum dictaverit, ad regiam ac caesaream suam Majestatem recurrant; quod itidem ad eorum requisitionem facere non omittent harum provinciarum

status: ex quibus fundata fiducia expectari poterit augustissimum Caesarem, quemadmodum ad priores repraesentationes decretis suis afferre jam dignatus est plures modificationes, tandem ad iteratas episcoporum, statuum, cleri, et totius populi supplicationes, totalem concedat seminarii generalis suppressionem.

Atque haec sunt quae ad ea quae Ill[ma] vestra gratia nobis proponit respondenda duximus, quae dum perspicaciori vestro judicio consideranda relinquimus, profundo respectu subscribimus,

Illustrissime ac reverendissime domine,

Humillimi et obsequentissimi famuli vestri decanus et capitulum ecclesiae cathedralis Brugensis

De mandato etc.
J. Herdies, Can. Secret.

Brugis, 11[a] Januarii 1788.

B

Rev. adm. ac venerabiles domini.

17 Janvier 1788.

Lettre de l'évêque aux chanoines gradués.

Consignantes ad manus vestras subjunctum hic exemplar instituti Longobardiensis, ex parte supremi gubernii nunc adoptati ad usum seminarii generalis harum provinciarum, ad vos ut *senatum nostrum* singulari confidentia in hac rerum crisi recurrimus, requirendo, quatenus dicti instituti regulas ea, qua par est, sagaci attentione, in aedibus R. D. archidiaconi nostri unitis animis et consiliis examinantes, reflexiones, quas eocirca formandas in Domino arbitrati fueritis, distincte articulatas, luminose deductas quantocius nobis subministretis, ut quatenus conformiter ad Ecclesiae mentem et institutionem in arduo hoc regiminis nostri negotio, sano consilio et opera vestra

sollicitudo nostra pastoralis, nimia negotiorum mole nunc pene succumbens, securiori passu incedat, et tantisper sublevetur. Interea singulari propensione sumus etc.

FELIX, episcopus Brugensis.

Brugis 17 Januarii 1788.

Illustrissime ac reverendissime domine.

30 Janvier 1788.

Réponse des chanoines gradués à l'évêque.

Litteras illustrissimae dominationis vestrae 17 hujus mensis ad nos directas, ea qua par est, reverentia recepimus, per quas requisiti, ut praemisso examine instituti Longobardiensis ex parte supremi gubernii ad usum seminarii generalis harum provinciarum nunc adoptati, reflexiones nostras eocirca formaremus, formatasque, reverendissimae paternitati vestrae subministraremus.

L'érection du séminaire général détruit les droits des évêques.

Hoc imprimis duximus observandum, quod jus doctrinae, institutionis ac gubernationis in rebus ecclesiasticis episcopatui indivulse inhaerens, et privative competens episcopis, salvum non maneret, si seminario generali conformiter ad dictum institutum locum dare oporteret, quemadmodum illustrissima vestra dominatio in sua responsione, 14 hujus ad excellentissimum dominum comitem de Trauttmansdorff transmissa, prorsus energice, ac luculentissime ad demonstrationem usque probavit.

Les règles des séminaires épiscopaux sont préférables à celles du séminaire-général de la Lombardie,

Et ut ad ipsum institutum descendamus, reflectendum existimamus, in eo haud quidquam speciale reperiri, quod non satis contineatur in regulis quas Belgii episcopi pro suis respective seminariis ediderunt; prout vel ex regulis seminarii Brugensis sat manifeste evincitur; quin imo hae regulae utpote ab ipsis episcopis, consideratis omnibus pro locorum varietate considerandis, seminaristarum capacitati proportionatae, nationis ingenio accomodatae necnon longa experientia formatae, praefato instituto, in quo praedicta non obtinent, videntur praeferendae. Et sane, plurimi clerici in seminariis episcopalibus effor-

mati fuere, factique operarii irreprehensibiles, qui tamen multitudine ac diversitate illorum, quae institutum Longobardiense exigit, plurimum temporis absque profectu consumpsissent, nec apte efformari potuissent.

Porro institutum illud non pauca comprehendit, quae episcopis merito displicere possunt: inter alia praecipue observatu digna sunt sequentia:

Primo: quod illud institutum non nisi a potestate saeculari dimanet, ut vel ex ipso prooemio, ac toto fere decursu evidenter eruitur, ubi tamen exploratum est, et indubitatum episcopis ex Christi institutione jus competere, onusque incumbere suos formandi clericos, eumque in finem congruas eis praescribendi regulas, nam, ut ait clerus gallicanus anno 1765 congregatus: « *ad illam, (nempe Ecclesiam) spectat suos instituere ministros*.......... *eis praescribere regulas*, *atque de eorum observatione dijudicare.* » — qui émanent du pouvoir civil,

Secundo: quod clerici omnes, etiam illi qui sub oculis sui ordinarii gubernari, ac institui desiderant anhelantque, suorum respective episcoporum curae subtrahantur, cum tamen omni prorsus tempore episcopis liberum esse debeat exercitium juris a Christo Domino eis concessi, Math. 28.: *Docete omnes*....., cujus et apostolorum principes meminerunt dicendo: *Pascite qui in vobis est gregem Dei*, s. Pet. 5. — *Attendite vobis et universo gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei*, Act. 20: quod procul dubio de portione gregis potiori, quam clerus constituit, intelligendum venit. — soustraient les clercs à l'autorité de leurs évêques,

Tertio: quod illi qui a suis episcopis jam ad statum clericalem admissi sunt, a directore seminarii generalis juxta ipsum institutum cap. 2 § 2, pag. 10, rejici atque ab ingressu seminarii arceri possint, ac proinde in potestate sit ipsius directoris, qui non alia quam a principe saeculari, missione gaudet, impedire quominus quis ad ordines sacros promoveatur, cum, ut numero sequenti latius observabitur, ii soli ad sacros ordines sese prae- — laissent à l'arbitraire du directeur l'admission des séminaristes,

sentare valeant, qui quinquennalem cursum theologicum in seminario generali absolverint: hinc factum credi potest, ut, dum in eodem instituto, pag. 6, dicitur ex mente concilii Tridentini non alios esse ordinandos, quam qui utiles sunt, aut necessarii Ecclesiae, per redactorem instituti omissa sunt ejusdem concilii verba: *Judicii sui episcopi.*

enlèvent aux évêques la liberté d'ordonner leurs sujets,

Quarto: quod episcopis prohibeatur, quominus alios ad sacros assumant ordines quam illos, qui quinquennio in generali seminario instituti fuerint, cum tamen Christus eos in ministros assumpserit, quos voluit: *Vocavit ad se quos voluit ipse*, Marc 4, similemque potestatem concesserit apostolis continuandam in eorum successoribus, dicens Joan. 20.: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos.* Certe si apostolorum atque primaevae Ecclesiae episcoporum in electione ministrorum Ecclesiae libertas legibus potestatis politicae restringi, ac impediri potuisset, cito profecto actum fuisset de Christi Ecclesia, et tamen non minus libera jam esse debet episcoporum potestas, quam fuerit sub principibus ethnicis; principes etenim cum per fidem facti sunt Ecclesiae filii, nullum tamen prorsus in eam jus acquisiverunt.

présentent de graves dangers pour l'orthodoxie de la doctrine,

Quinto: quod clerici omnes ibidem efformari debeant in unitatem doctrinae. Sed praeterquam quod fieri nequeat, ut in rebus ad fidem non spectantibus singulorum sententiae conspirent, sicque uniantur intellectus, quemadmodum concordare debent voluntates, quanto discrimini non exponetur fidei depositum, si qua doctrina erronea in seminarium illud irrepat? Breve nimirum erroris venenum per totum Belgium sese diffundet, utpote ipso fonte, unde rivi in universum Belgium deriventur, in sua origine infecto. Episcopis autem, quorum est fidei depositum custodire atque doctrinae attendere, deerunt media efficaciter obviandi errori pullulanti, neque eidem, dum serpit, medelam afferre poterunt. Si autem ad supremum recurrant gubernium, cui, testante ipso

Theodosio, in Ep. ad Syn. Ephesi congregatam, *nefas est ecclesiasticis negotiis et consultationibus sese immiscere,* quid tum non molientur erroris patroni ac defensores, ut omni modo illud in suam pertrahant sententiam? Novit hoc quisquis animum adverterit ad haereseos spiritum ac perverse dogmatizantium fallaciam.

Neque longe quaesitum est illud perversae doctrinae periculum: quanta enim hodie in pluribus in novitates propensio? quantis subtilitatibus ac serpentina astutia non sese insinuat error? quam facilis ex quibusdam recentissimis scriptoribus in errores prolapsus? et ut paucis multa, ea noscitur esse novitatis proprietas, ut vix nata, celerrime accrescat, propagetur, ac plurimorum animos secum abripiat.

Fieri profecto adhuc potest, quod factum est. Obstupuit et attonitum haesit Belgium ad primum seminarii generalis institutum; Longobardiense nunc oblatum est, sed quid impedit, quominus id ipsum mutetur? imo, ut passim in dicto instituto insinuatur, illius mutatio directoris generalis arbitrio relicta est, hac sola adhibita cautela, ut ipsa mutatio concilio regio probetur, nulla facta episcoporum mentione: a solo itaque directore cum concilio regio pendebit totum illud institutum immutare, et aliud, inconsultis episcopis, in ejus locum substituere.

et sont sujettes aux changements que voudrait y apporter le directeur.

Ad haec institutum illud, quantumcumque supponeretur ad clericorum institutionem opportunum, tamen non nisi accessorium et veluti quid consequens est ad seminarium generale, atque adeo omnes rationes, quas contra seminarii illius erectionem in suis respective repraesentationibus abunde exhibuere episcopi, universitas Lovaniensis, omnesque nationes Belgicae, per consequens etiam illius instituti acceptationem cessare faciunt, et ab ulteriore examine absolvunt.

Haec sunt, illustrissime praesul, quae circa saepe dictum institutum reflectenda judicavimus, quibus dum nos pro

muneris nostri debito reverendissimae dominationis vestrae desiderio satisfecisse confidimus, summo venerationis cultu subscribimus,

Illustrissimae ac reverendissimae dominationis vestrae

Humillimi ac obsequentissimi famuli

A. van Tienevelt, archid. P. L. J. van Parys, poenit.
C. Beerenbroek, can. grad. in jure. C. P. Matthys.
L. Arents, can. F. C. Fourbisseur, pbr. et canon.

Brugis, 30 anni 1788.

Archives de l'évêché de Bruges. — Fonds : *Seminarium generale.*

CVII.

Extrait du rapport de l'évêque Felix-Guillaume Brenart sur l'état de son diocèse.

3 Novembre 1788.

Quod spectat reliqua Eminentissimorum Patrum in praelaudato rescripto suo notamina [1], orator, non inanis gloriae aucupandae, sed veritatis asserendae ad plenam eorum satisfactionem cupidus, exponit :

. . . .

Quod e visitationibus resultet, pastores pene omnes,

---

(1) Dans ce rescrit, la sacrée congrégation du concile de Trente, en réponse au rapport envoyé à Rome par l'évêque, le 25 Novembre 1781, observe :

« De seminario, institutisque ejus, deque alumnorum ecclesiae tuae numero, nihil ad nos praescriptum est, quibus de rebus quam multa, quamque utiliter constituta sint non ignoras. Quare tibi sumus auctores, ea ut perpendas, ne quid adversus eas leges apud te fieri contingat, pro religione pietateque tua caveas. »

zelo animarum, scientia et pietate commendabiles, non tantum pro populo sibi commisso diebus Dominicis et festis juxta constitutionem Benedicti XIV sacrificium offerant, sed et stata lege sub omni sacro vel concionem vel majorem catechismum ad parochianos suos habeant, paucis Dominicis exceptis tempore messis, exacte resideant, infirmorum in spiritualibus et temporalibus curam habeant, decorem domus Dei diligant, et habitu, et moribus, ac incessu ita ambulent, ut de iis haec diœcesis Brugensis prae caeteris merito glorietur. Regularitas haec in clero saeculari merito adscribitur sollicitudini praesidis et professorum seminarii nostri episcopalis, qui studiis et moribus invigilaverunt hactenus eorum, qui ibidem pro majori parte formabantur ad curam animarum. Stimulum iis addunt canonici, caeterique choro addicti ecclesiae meae cathedralis, qui non tantum jugiter choro intersunt, et officia divina ea, qua fas est, decentia et gravitate persolvunt, sed et insuper vitae et morum integritate caeteris praelucent. Hos inter unus est *canonicus theologalis*, qui ad mentem S. concilii Tridentini omnes muneris sui partes in explicando et docendo zelose adimplet.

Le séminaire de Bruges produit des prêtres zélés, savants et pieux.

Denique ut alias ordinationes missas faciat orator, pro coronide attinget leviter edictum circa erectionem seminarii generalis theologorum Lovanii, una cum suppressione seminariorum omnium episcopalium, utpote quae in vim illius ordinationis supremae conversa in presbyteria, solis deinceps presbyteris, qui in dicto seminario generali cursum quadriennalem theologiae absolverint, inservire possint et debeant. Restitit erectioni hujus generalis gymnasii in quo saeculares et regulares omnes theologiae alumni, sub uno eodem tecto coadunati viverent, et eadem sub iisdem magistris in una eadem totius Belgii schola et doctrinae theologicae, et disciplinae ecclesiasticae principia cum ruina seminariorum episcopalium haurirent, pro muneris sui episcopalis debito, quantum potuit; utque

Érection du séminaire général et suppression des séminaires épiscopaux.

Sanctitas Tua desuper convincatur, dignetur, quaeso, oculos suos conjicere in copiam rescripti mei ad ministrum plenipotentiarium de data 14 Januarii, quam hic in impresso programmate respectuose subjungo, eamque perspicaciori Sanctitatis Vestrae judicio submittens, per transennam observatum velim, quam immerito et insulse redactor repraesentationum Belgicarum, gallico idomate typis editarum, D. Feller, tomo XI fol. [98] rescriptum hoc nedum truncarit, sed et per additionem notae suae (1), atriori calculo, posteritati imposuerit. In eamdem oratoris sententiam consensere non tantum potior et sanior pars episcoporum Belgii, sed et status omnium provinciarum et superiorum universorum ordinum religiosorum, qui omnes in illo generali seminario praesagiunt, non tantum manifestam destructionem auctoritatis episcopalis, quae inhaerens est jure divino characteri, ideoque inalienabilis, et imprescriptibilis, sed et morale infectionis generalis, si unquam irrepat error, periculum, exstinctionem completam cleri, ceu saecularis, ceu regularis, necnon characteres omnes schismatis merito timendi in ista schola regia, *defectu missionis legitimae*, quae non nisi ab Ecclesia derivari potest. Interea, non-

Conséquences désastreuses.

Remontrances à l'empereur.

(1) Voici la note que de Feller ajoute à l'*extrait* d'une lettre de Mgr l'évêque de Bruges à S. Exc. le ministre plénipotentiaire: « Nous avons abrégé cette épître un peu longue, mais sans en rien retrancher d'essentiel: les vues conciliatoires du Prélat ne pouvant servir à rien dans les circonstances. Les ménagements et les modifications qu'on tente d'apporter à des causes désespérées, ne font que multiplier les embarras, qu'embrouiller des résultats simples, retarder la marche des conséquences, affoiblir les lumineuses impressions de la vérité, présenter des ressources à l'artifice, des subterfuges à l'erreur, et en empêcher la proscription par une décision prompte et péremptoire. *Ita* vel *non*: telle étoit la Logique, telle étoit la Théologie de Paul. Ce grand homme ignoroit les nuances qui eussent pu rapprocher ces deux décisions, et cette ignorance étoit, selon lui, le caractère de J. C, lui-même: *Dei enim Filius Jesus Christus non fuit* EST *et* NON, *sed* EST *in illo fuit*. 2 Cor. 1. »

obstantibus nostris, totiusque nationis Belgicae reclamationibus, et instantissimis repraesentationibus, nonobstante generali totius cleri dicti gymnasii aversione, eaque invincibili, *sermo Caesaris obtinuit*, et urgere pergit; quasi lex altera Medorum et Persarum, veritati substituta est violentia. Occlusa sunt per apparitores regios seminaria episcopalia; professoribus sub mulcta paecuniaria mille scutatorum, seu *pataconum* monetae nostrae, inhibitum est ne ultra in iis doceant, et theologiae alumnis, ne haec repetant; quibus insuper mandatum, ut ad praetensum seminarium generale indilate sese transferant, sub poena privationis sacrorum ordinum, in casu contraventionis; at generosa Belgii juventus, pastorum suorum voci fidelis, hactenus nec minis, nec precibus flecti potuit, ut mandato regio contra conscientiae suae dictamen acquiesceret; e contra maluit cum proprii status et fortunae suae dispendio, viginti forte alumnis levioris notae et vocationis aequivocae exceptis, affligi cum Ecclesia sancta Dei, quam crimen inferre gloriae suae.

Attitude courageuse des séminaristes.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Status episcopatus.*

CVIII.

Nouveau règlement pour les réfectionaux.

14 Janvier 1790.

Deken ende capittel der cathedrale kerke van St. Donaes in Brugge, nu al eenigen tyt aenmerkende de kleyne gestigtigheid der refectionalen in den choor, kerke ende sacristye, ende hunne ongemaniertheden daer buyten; van den anderen kant ook verstaende uyt d'heeren confraters, die tegenwordig syn geweest in het leste examen, voor d'algemeyne prysdeelinge, hoe weynig de selve refectionalen onderrigt syn, soo in de wetenschap van elke respective

schole, als in de christelyke leeringe ofte catechismus, hebben geoordeelt, dat sulx voor een groot deel moet toegeschreven worden aen de onwetentheid der regels, tot welsyn van de kerke, ende profyt van de jonkheid gemaekt ende gegeven. Dog, aleer de selve op nieuws vooren te schryven, hebben geraedig gevonden door eenige heeren hier toe gecommitteert, dese regels te doen examineren, ende voor soo veele doenelyk met de tegenwoordige tyds-omstandigheden te doen overeenkomen.

Ancien règlement modifié d'après les circonstances du temps actuel

Welkers relaes dies aengaende met dankbaerheid gehoort hebbende, ende daer over rypelyk beraet hebbende, is besloten tot betere bestieringe deser schole, tot grooteren voortgank der jonkheid in de geleertheid ende godtvruchtigheid, ende wel sonderlinge tot schoonderen luyster van den godsdienst ende stigtinge van het volk, provisioneelyk vooren te schryven, gelyk sy vooren schryven mits desen, de volgende regels, de welke stiptelyk sullen moeten agtervolgt worden :

I CAPITTEL

Van de versogte hoedaenigheden om refectionael te worden.

Qualités requises pour être admis comme réfectional.

1. Niemand en sal tot aspirant aenveert worden om refectionael te syn, ten sy geboren van christelyke ende deugsaeme ouders, en daer en boven genoegsaem onderwesen in lesen, schryven ende in de ortographe, en besonderlyk van goede zeden, alle welke gelaeten wordt aen het voorsigtig oordeel van den heer scholaster.

2. Hiertoe aenveert synde, sullen die aengenomen aspiranten moeten d'officien ende de scholen frequenteren, alsook de regels onderhouden, gelyk de andere refectionalen, ende ook mogen de missen dienen, ingevolge het oordeel van den heer *rector scholarum.*

3. Als wanneer dat er eene plaetse van refectionael open sal wesen, sal dien onder de aspiranten aenveert worden, den welken de beste zeden heeft, ende meest bequaemheid tot de studien, sullende ten selven eynde in het capittel moeten overbrengen hun baptismael met eene behoorlyke getuigenisse van bequaemheid om den gregoriaenschen sang te leeren.

II CAPITTEL

Van de maniere op de welke sy hun moeten dragen in den choor.

1. Daegelyks sullen alle de refectionalen, uytgenomen den gonnen die de eerste misse moet dienen, in het beginsel van de mettenen hun bevinden en vergaederen onder den doxael, ende aldaer ordentelyk staen voor de groote choordeure tot den *Gloria Patri* van den *Venite*, als wanneer sy gestigtelyk den choor sullen intreden achter de chooralen, soo nogtans dat sy voor hun sullen zitten in den choor, maer altyt hun voorgaen in de processien ende hun volgen in de *offertoria*. Manière de se conduire au chœur.

2. Op de sondagen, heylig-dagen ende saterdagen naer den middag, sullen sy ook hun in tyts moeten versaemelen onder den doxael voor het begin van de primen ende vespers, ofte, in den vasten, van de completen, ende den choor inkomen als geintoneert wordt: *Deus in adjutorium*, ende op hunne plaets gekomen synde, sullen sy een kniebuyginge doen naer den autaer, ende aenstonts een roosen-hoeyken in de hand nemen, of eenen kerk- ofte anderen godvrugtigen boek, ende aen ofte in deselve geduerende geheel het officie, godvrugtiglyk lesen: hun voorders in het zitten, knielen en staen in alles conformeerende aen den choor.

3. Niemant en sal vermogen uyt den choor te gaen sonder oorlof van den heer rector, ende in sulken gevalle

sullen sy traegsaem met te saemen gevoegde handen gaen naer den middel-zerk voor den koperen pellicaen: aldaer eerst eene kniebuyginge doen tot op den grond, ende alsdan eene diepe reverentie maeken, eerst naer syne doorluchtige hoogweerdigheid daer tegenwoordig synde, ende dan voor de heeren van den choor, hetgene sy insgelyks sullen moeten observeren als sy naer den choor sullen wederkeeren.

4. Als het Alderheyligste Sacrament op den hoogen autaer is uitgestelt, alsook als de misse is naar de Consecratie, sullen sy alle beyde hunne knien buygen tot op den grond, ende alsdan alleenelyk eene reverentie maeken naer syne hoogweerdigheid sonder den choor te groeten, om hun met den rugge niet te keeren naar het Alderheyligste.

5. 'T en is noyt geoorlooft den choor uyt ofte in te gaen, nog selfs te veranderen van plaetse in de Consecratie, als *Et incarnatus est* etc... ende het Evangelie gesongen wordt 't sy in de mettenen, 't sy in de misse, item als den *Confiteor* gelesen wordt in de completen.

6. Als den *Gloria Patri* in het beginsel van eenige officie gesongen wordt, alsook in het leste *responsorium* van iederen *Nocturnus* en van de *responsoria brevia* van de kleyne ueren, en in de completen, moeten sy hun nederbuygen met het aensigt naer elkanderen.

7. Het officie der mettenen geeyndigt synde, sullen sy, *naer dat alvooren d'heeren canonieken uit den choor sullen gegaen syn*, hun twee en twee langs de zyds-deure van den choor, naest de sacristye begeven, naer de sepulture van........ en aldaer gesaementlyk lesen met den heer rector den psalm: *De profundis* met de gewoonlyke collecte; maer naer het eyndigen van andere officien, naer dat den heer deken ende de heeren canonieken sullen uitgegaen syn, sullen sy langs de groote choor-deure uitgaen, agtervolgt van den heer rector, altyt twee en twee in stilswygentheid, hun begevende naar de kasse, de welke is beschikt om hunne surplien in te hangen,

en hun aldaer ontkleet hebbende, te gaen waer het noodig is.

III CAPITTEL

Van de goddelyke diensten.

1. De kandelaer-draegers, wierookers, ende gonne soo in de missen soo in loven torsen moeten draegen, sullen tydelyk aengestelt worden door den heer rector, die sal sorgen dat deselve, soo veele het is doenelyk, altyt syn van deselve groote. Offices divins.

2. Dese hiertoe aengestelt, en sullen noyt mogen uyt den choor gaen ten sy met het begin van den eersten psalm van de tertien ofte sexten, immers van die kleyne uere, naer de welke onmiddelyk de misse-sal beginnen: aen den autaer en andere plaetsen in den choor, als sy door het houden der kandelaers ofte wierookvat ofte andersins niet belet en syn, sullen sy ten allen tyde de handen moeten te saemen gevoegd houden voor den borst, en noyt mogen leunen op ofte tegen de credentietafel, ofte elders.

3. De hoogmisse ende vespers geeyndigt synde, sullen sy aenstonts de kandelaers, wierookvat etc. op syne behoorlyke plaetse gestelt synde, naer den choor wederom keeren, ende aldaer wesen voor het eynde van den eersten psalm van de nonen ofte completen.

4. De twee refectionalen, de welke in de vespers de kandelaers gedraegen hebben, sullen voor het lof den wy-waterbak met den quispel in den choor nevens den grooten autaer moeten stellen ende het lof geeyndigt synde, denselven wy-waterbak moeten draegen agter den heer canoniek, die de geloovige met wy-water besproeyt, ende eenen der oudste refectionalen sal in den winter met eene brandende flambeeuwe syne hoogweerdigheid voorengaen tot aen syn bisschoppelyk paleys.

5. De twee jongste refectionalen sullen altyt in den choor moeten staen agter de twee heeren de welke de cantorie doen, dewelke alsdan niet en sullen aangestelt worden om torsen te draegen in de misse, ten ware by gebreke van andere.

6. In de musicaele missen, dewelke op geene sondagen ofte heylig-dagen geschieden, sal den heer rector sorgen dat den thuriferarius ende acolythen altyt tydelyk bereit syn om hunne respective officien te bedienen.

IV CAPITTEL

Aengaende de sacristye ende het dienen der missen.

Service des messes.

1. Noyt en sal iemant vermogen in de sacristye te gaen sonder noodsaekelykheid ofte wettige reden, veel min aldaer vegten, jocken ende mallen, lachen, klappen, ofte andere onbetaemelykheden bedryven; nemaer als sy iets te seggen hebben, sullen hetselve soo stillekens doen als het mogelyk is, ende altyt de schuldige eerbiedigheid ende gehoorsaemheid bewysen aen d'heeren canonieken, capellaens, vicarissen, sacristaen ende onderkoster aldaer tegenwoordig synde, op welken artikel nauwkeurig gelet sal worden.

Ten tyde van den winter en sullen sy nevens de sacristye by het vier niet mogen gaen sonder oorlof van den heer rector, alsook van d'heeren aldaer present synde, nog oyt met hunne overstropsels.

3. Niemant en sal vermogen eenige misse te dienen sonder consent van den heer rector, nog ook sonder surplie ofte overstropsel; sullende moeten neerstelyk sorgen, dat den autaer altyt tydelyk bereit is van licht, missael, ende wyn ampullekens, ende alsdan den priester uitgaende, sullen sy naer alvooren met de belle teeken gegeven hebbende, den selven voorengaen, ende geleyden naer de capelle, in dewelke alles bereit is, ende de

misse geeyndigt synde, wederom voorengaen naer de sacristye, waernaer sy aenstonts het licht op den autaer sullen uitdoen, ende den boek met de ampullekens naer de sacristye haelen ende elk op syne behoorlyke plaetse stellen.

4. Die eene misse dient, sal altyt geduerende den *introitus* moeten op den vloer knielen, tot dat den priester den autaer opgaet, met eenen boek ofte roosen-hoeyken in de hand, ofte met gebogen handen voor de borst, en als den priester den autaer sal opgetreden syn, sal den misse-diender alsdan knielen op den trap van den autaer, maer altyt langs den kant, op denwelken den missael niet en staet, uytgenomen ten tyde van de consecratie in het opheffen van de H. Hostie ende Kelk, alswanneer sy sullen knielen omtrent het midden van den autaer, een weynig opheffende den casufel van den priester.

5. Alswanneer alle de missen naer het officie der metteneu sullen geeyndigt syn, sullen de refectionalen mogen naer huys gaen om te ontbyten: soo nogtans dat er altyt twee moeten blyven tot den acht ueren, alswanneer sy door soo vele andere sullen afgelost worden, en alsdan ook mogen naer huys gaen, welke aenstellinge gelaeten wordt aen de directie van den heer rector.

6. Daer sal eene *capsa communis* syn, in welke ider syn particulier loquet sal hebben, berustende onder het bewelt [?] van den heer rector, waer ider eens daegelyks in syne presentie ende aenschouwen sal moeten steken het geld, dat hy van het missedienen ontfangen heeft, hetwelke op het versoek van de ouders aen hun sal gegeven worden.

V CAPITTEL.

Van de studien.

1. Daegelyks sal de schole beginnen smorgens van den negen tot elf ueren, en des namiddags van den twee ueren tot vier ueren. Études.

2. Voor het begin der schole sal door den heer rector ofte door eenen refectionael door hem aangestelt, met luyder stemme opgeseyt worden d'antiphona *Veni Sancte Spiritus* etc. vers *Emitte spiritum tuum* etc. ende oratie: *Deus qui corda fidelium* etc., en naer het eyndigen der schole d'antiphona: *Salve Regina* ofte eene andere, met vers en oratie, die volgens den tyt aengewesen wordt; eyndelinge daegelyks als de consecratie klipt, sullen sy altegaeder, met ontdekten hoofde, en gebogen knien, moeten lesen........

3. Den heer rector sal de *humaniora* leeren, te beginnen met de figure tot de rhetorika inclus, gebruykende de boeken die aen de schole eygen syn.

4. Alle dagen sal hy aen de studenten van ider respective schole eene lesse aenwysen ende uitleggen dewelke sy des anderen dag van buyten sullen moeten leeren en in de schole opseggen.

5. Van gelyken sal den heer rector daegelyks aan ider respective schole moeten dicteren eene thema van soo profytige materie ofte stoffe als het doenelyk is. Desen thema sal thuys moeten gemaekt worden, gemaekt synde in het nette geschreven worden met de date van den maend ende jaer, altyt in het hooft stellende dese woorden: *Ad majorem Dei gloriam,* ende van onder geteekent met elks respective naem ende toenaem.

6. Desen thema sal den volgenden dag publiquelyk gelesen worden ende gecorrigeert, waer naer denselven *correctum* gedicteert sal worden in eenen besonderen boek, daertoe beschikt die aen d'heeren examinateurs in het examen sal moeten overgebracht ende getoont worden.

7. Het sal eens ter maende compositie syn ende examen van den catechismus, waer naer telckens de plaetsen soo van de studie en themata als van den catechismus gepubbliceert sullen worden op eenen dag, hiertoe door den heer scholaster te designeren, ende die in de pu-

blicatie tegenwordig sal wesen, ofte iemand van d'heeren canonieken hiertoe aensoeken.

8. Alle vrydagen, immers eens ter weke sullen sy hunnen thema in de schole moeten maeken, en uitschryven in de tegenwordigheid van den heer rector, die alsdan sal sorgen om hun eene meerdere lesse als naer gewoonte vooren te schryven tegen den volgenden dag.

9. Alle weken sal eene repetitie gedaen worden van de lessen, die sy in de weke geleert hebben, ende naar ofte voor ider compositie insgelyks repetitie van de lessen van die maend.

10. Den heer rector sal met alle sorgen ende uytwerkinge tragten in te brengen het loffelyk gebruyk van latyn te spreken, soo onder malkanderen in de gemeene conversatie, als met de heeren canonieken, cappellaens ende vicarissen van de kerke, tenwelken eynde een *signum latinitatis* gemaekt ende gegeven sal worden voor alle die dewelke in de groote figure ofte hoogere scholen syn, dit onder soodanige pene, als den heer rector sal goed vinden, ende by aldien dat er eenige syn die het gebod van latyn te spreken dikwyls overtreden, sal hy in de eerste aenstaende publicatie der plaetsen van de compositie deselve kenbaer maeken aen den heer scholaster.

11. Niemant en sal vermogen op te gaen tot hoogere scholen, ofte in de selve langer te verblyven, sonder consent van den heer scholaster, naer voorgaende advies van d'heeren canonieken van wegens het capittel gecommitteert tot het examen der jonkheid.

12. 'Ten is niet noodsaekelyk in het leeren ofte onderwysen het order te volgen van de scholen, maer dit sal door den heer rector soodanig gereguleert worden, dat die allegaeder in schole syn, welkers lessen afgehoort ofte themata gecorrigeert worden, sorgende dat die tot het dienen der missen, ofte *ad tumulum* moeten gaen, ofte tot andere diensten in de kerke gesonden worden

welkers lessen ofte themata alsdan niet verhandelt en worden.

13. Opdat de schole altyt tydelyk soude geopent ende gesloten worden, sullen twee sleutels gemaekt worden die volgens het goed-dunken van den heer rector in de bewaernisse sullen syn van twee refectionalen die de schole sullen moeten openen een kwartier-uers voor dat de schole begint, en de selve sluyten soo haest als de schole geeyndigt is.

14. De schole geeyndigt synde, moeten alle de refectionalen naar huys gaen, ende des namiddags altyt, ook op de speeldagen, t'huis syn ten vier ueren en half, ende alsdan studeren tot den ses ueren en half op pene van den volgenden dag niet te mogen uytgaen.

15. Alle weken sullen sy eenen naermiddag speeldag hebben boven den saterdag naernoene alswanneer sy alle gaeder sullen moeten tegenwoordig syn in de vespers ende completen; desen speeldag sal gemeenlyk wesen op den dynsdag, denwelken nogtans sal moeten onderblyven, als er twee geboden heylig-dagen in deselve weke sullen komen.

16. Op de speeldagen moeten sy 's namiddags op den *Area* compareren, noyt laeter als tot den vier ueren in den winter, en ten vier ueren en half in den somer, maer noyt op de sondagen ofte heylig-dagen.

17. Boven de groote vacantie, dewelke sal beginnen van den dag der prys-deelinge tot den 1 October sal het nog vacantie wesen van Kersdag tot den 6 January, de dry vasten-avond dagen, van den woensdag in de goede weke tot beloken Paesschen inclus, ende de dry Sinxendagen.

VI CAPITTEL.

Van de zeden.

1. Alle de sondagen en heylig dagen sullen alle de refectionalen moeten tegenwordig syn in alle de officien, te weten in de metteneu en lauden, kleyne ueren, vespers met completen, ende lof, alsook 's namiddags in het sermoen en in den catechismus, op de uere, dewelke door den heer rector is gestelt. Conduite.

2. Op den eersten sondag van ider maend, alsook op de besondere hoogtyden van het jaer, ofte wel daegs te vooren sullen sy alle moeten te biegte gaen, ende de gonne weirdig sullen bevonden worden, ingevolge den raede van hunnen biegtvader, naederen tot de tafel des Heeren en op de selve eerste dagen te samen naer de vespers besoeken de seven autaeren, om den aflaet te verdienen daeraen vastgehecht.

3. 'T is stiptelyk verboden te spelen in den *ommegank* op het *kerkhof*, en boven de groote *voorzaele* van het capittel; ende ook op den *Area* ten tyde van het sermoen, ofte goddelyke officie, alsmede van met steenen, ofte andere saeken te werpen soo naer malkanderen alsop de daeken, tegen de mueren ende vensters.

4. Van gelyke is het strengelyk verboden, oyt in herbergen te gaen, 't sy buyten 't sy binnen de stad, ofte in den somer te gaen *zwemmen*, in den winter op het ys te loopen, op de vasten-avonddagen sig te masscheren, ofte verkleeden, ōfte op de saterdagen op den burg, of in andere plaetsen tegenwoordig te syn, als er dood-recht ofte andere lyfstraffe gegeven wordt.

5. 'T en is noyt geoorloft langs te straeten te loopen ofte aldaer te spelen: nog ook malkanderen toenaemen te geven, uyttelachen, eenige verwytsels te doen; twist ofte tweedracht te veroorsaeken; in de sacristye, in de

schole ofte in den ommegank de mueren met calk ofte kolen te beschryven, ofte door moetwilligheid eenige ruyten in de glaese-vensters te breken op pene van swaere straffe als hier vooren.

6. Ende omdat ider een sig van alle dies te beter soude wagten, sal ingebragt worden een *signum malorum morum*, hetwelke onder soodanige pene, als den heer rector sal goed vinden, gegeven sal worden aen alle die de welke tegen de bovenschrevene artikelen, ofte andersints tegen de goede zeden sullen misdoen.

7. Eyndelinge sullen alle de refectionalen den heer rector altyt als hunnen vader moeten eeren, beminnen en gehoorsaemen, ende aen syne geboden met vlytigheid volkomen sonder oyt tegen deselve, ofte syne vermaeninge te wederstaen, sullende de onleersaeme, ongehoorsaeme ofte wederspannige naer verdiensten gestraft worden.

8. Ende opdat dese regels te beter souden onderhouden worden, sullen deselve tweemael 's jaers vooren gelesen worden.

Aldus gedaen in de capitulaire vergaederinge den 14 January 1790.

Onderteekent ter ordonnantie etc. J. Herdies, canonik-secretaris.

Eenige dagen daernaer syn de boven geschrevene regels door my onderschreven gepubliceert.

Ita est J. B. Le Begue Can. Schol.

Bibliothèque de la ville de Bruges, n° 595 mss., 2me suppl. du catal. : de Molo, *Collection de plans, tombeaux, épitaphes etc.*

CIX.

Instructions données par l'évêque Félix-Guillaume Brenart au nouveau président du séminaire, Bernard Moens.

Felix Guillielmus Brenart, Dei et apostolicae Sedis gratia episcopus Brugensis etc. Dilecto nobis in Christo Rev. adm. domino Bernardo Moens, S. T. L., Salutem in Domino.

Vacante ad praesens seminarii nostri episcopalis praesidentia per spontaneam dimissionem Rev. adm. ac Ven. D. Petri Jacobi De Pauw, ecclesiae nostrae cathedralis canonici, ad manus nostras factam et a nobis acceptatam, prima sollicitudinis nostrae episcopalis cura fuit, conjicere oculos in aliquem idoneum, eruditum, ac praeprimis zelosum salutis animarum, virum a prudentia, vigilantia aliisque virtutibus commendatum, ut digne laudabiliter et fructuose obeat tantum munus a quo omnino pendet et exspectanda est ministrorum Ecclesiae Dei in hac dioecesi nostra recta institutio et efformatio. Te itaque, de cujus prudentia, circumspectione, probitate, discretione et oeconomica administratione, nec non in gerendis rebus dexteritate, vigilantia et sagacitate plurimum in Domino confidimus, ejusdem seminarii nostri praesidem ac rectorem duximus constituendum, prout praesentium tenore constituimus et designamus, cum omnibus pro eo tempore praeeminentiis, praerogativis, privilegiis ac facultatibus dictae praesidentiae debitis, ut illud juxta infrascriptas instructiones, a te signatas in testimonium tuae integrae submissionis et conditionum in illis contentarum acceptationis, et cum hisce per

16 Mai 1791.

Collation de la présidence du séminaire à B. Moens.

copiam authenticam tibi a nobis traditas, fideliter regas, illique vigilanter praesis; quocirca mandamus professoribus seminarii nostri, alumnis, aliisque domesticis ut te in omnibus et per omnia, ut talem percipiant et venerentur, ac omnem obedientiam hujusmodi officio debitam exhibeant et honorem.

Volumus autem, ut priusquam regimen et administrationem dicti seminarii aggrediaris, promissionem fideliter administrandi nobisque circa idem regimen obediendi, praestes in manibus nostris.

Datum Brugis etc[a].

Instructiones (1) *pro domino praeside seminarii nostri episcopalis, de quibus facta est expressa mentio in commissione praesidentiae quae supra, ab eodem signandae.*

1° Meminerit D. praeses et attenta saepe mente revolvat qualiter vita illius debeat esse norma caeterorum, a cujus conversationis exemplo morumve institutis, non unius, alteriusve, sed dioeceseos universae, atque adeo tot animarum millium, dependeat aeternae salutis bonum inestimabile.

2° Oportet sane ut fervido divini amoris igne succensus, totum se impendat ut commissam sibi juventutem ad majorem Dei gloriam et Sanctae Ecclesiae

---

(1) Ces *instructiones* sont à peu près celles que donna Mgr de Castillion à Pierre Siboons, successeur d'Augustin van Vyve dans la présidence du séminaire (5 Février 1750*). Elles furent données également au président Pierre de Pauw (26 Février 1788), par Mgr Brenart, qui ajouta cependant la clause : *Salva tamen facultate dictas instructiones mutandi, augendi et minuendi, prout in Domino visum fuerit.* — Nous indiquerons les modifications apportées ici par Mgr Brenart aux instructions de Mgr de Castillion, en donnant, en note, le texte primitif.

* Voir docum. XCVI, p. DXIX, note.

utilitatem ita efformet, quatenus non solum pii inde et digni sacerdotes, sed et strenui in vinea Domini cooperatores prodeant, qui non se, sed Christi oves pretioso ejus sanguine redemptas, pascant, foveant, quaerant, sanent, et aliquando ad sempiternum ejusdem supremi Pastoris ovile deducant.

3° Cumque adolescentium aetas prona sit ad mundi voluptates, et carnis illecebras sequendas, nisi a teneris annis ad religionem et pietatem informetur, et seminariorum fundatio eo tendat, ut clerici ad hanc juxta ecclesiasticam disciplinam erudiantur, magistri sui dirigentibus monitis, et corroborantibus exemplis, consequens est, hunc esse debere *verbo et opere potentem*, proin exemplum regularitatis et observantiae, in tantum ut cum B. Apostolo Paulo dicere vere possit, *imitatores mei estote sicut et ego Christi.*

4° Hinc praeses seminarii qui constituitur ut magister regularis observantiae, et testis arctioris disciplinae alumnorum sibi a nobis concreditorum, recogitet, quod judicio illius et soli testimonio sit standum in delectu ordinandorum; quodque consequenter de conscientia illius agatur et aeterna salute, si obiter, oscitanter et perfunctorie, aut non nisi per alium, formidandi hujusce ministerii partes peragat.

5° Ob id volumus, eique mandamus, ut secluso impedimento legitimo, primus et ultimus sit in omnibus religionis, pietatis, et regularis observantiae exercitiis, premens vestigia magistri sui Christi, qui prius *coepit facere dein docere*. Siquidem ab illius exemplo ut plurimum dependeat alumnorum educatio, eorumque juxta spiritum Dei efformatio, ut eatenus omnes monentem non tantum libenter audiant, sed et facientem videant, qui praecipit et imperat atque ita et suos verbis moneat, et exemplo trahat: futurus alioqui *arbor autumnalis, nubes sine aqua, aes sonans, et cymbalum tinniens*, tantisque oberit, quantis praefuerit, teste Bernardo.

6° Signanter considerare et explorare tenebitur alumnorum omnium genium, indolem et characterem, scilicet quo tendat eorum inclinatio, et passio praedominans; an sobrii sint, temperantes, casti, pacifici, morigeri, humiles, etc. verbo, habeantne verum sacerdotalem spiritum. Super quibus omnibus convenit, ut praeses non soli suae fidat observantiae, quia non raro aliqui *servi sunt ad oculum*, sed et secreto per tertiam fidelem ac timoratae conscientiae personam securas capiat informationes, quomodo scilicet extra seminarium se gerant, quas frequentent personas, ut ita cujusque genium, et naturae indolem facilius certiusque dignoscat, neque juxta exteriorem habitum de internis subjecti qualitatibus judicium praecipitanter efformet, sed ante omnia consideret, quam facile *iniquitas mentiatur sibi*, dum sub externa pietatis larva, interna latet hyprocrisis, quae tum demum se prodit, dum remoto censoris oculo, plenam malignantis animi assecuta fuerit libertatem, fiuntque *novissima hominis istius pejora prioribus*.

7° Quocirca magna cautela invigilabit, ac omni probationis modo tentabit, ut si quae subsit fictio, tempestive detegatur; ac per opportuna media corrigatur: aut si corrigi nequeat, sollicite praecaveatur.

8° Igitur, ut non omni spiritui statim credatur, sed inter continua pietatis et doctrinae exercitia is probetur, *utrum ex Deo sit*, opportunum judicavimus, antiqua seminarii nostri statuta, et adjectas regulas, novissime per piae memoriae praedecessorem nostrum, Lud. de Castillion sub data 5 Februari 1750, typis excusa, cum aliquali earumdem correctione praelo communia facere, ut ex iis, dum semper ad manum sunt, alumnorum quilibet obligationum suarum debitum inexcusabiliter sciat, valeatque praeses majori authoritate urgere observantiam, et eos qui contradicunt arguere, atque ad nos deferre, si prompta non sequatur emendatio.

9° Porro, quamvis theologorum numerus raro excedat

trigiuta, nec proinde opus sit subregente, tamen (1) ut majori cum observantia et ingeminata cura iis invigiletur, subregentem duximus continuandum, qui cum debita semper subordinatione, praesidi adjumento sit, curamque indefessam ad exemplum illius gerat ut praescriptae a nobis regulae ad disciplinae complementum exacte observentur, cum facultate quam ei etiam subsidiarie communicamus, delinquentes pro officio suo monendi, corrigendi ac mulctandi, ita tamen ut speciales defectus graviori nota digni, absque ulla conniventia ad nos deferantur (2).

10° Nec putet D. praeses, se, secluso impedimento legitimo, subsidiaria subregentis opera in omnibus passim pro sui commodo uti posse (3); noverit, id a mente nostra esse alienum, utpote qui nostram eocirca exonerantes, illius praeprimis oneramus conscientiam.

11° Unde tenebitur praeses interesse precibus matutinis et vespertinis, invigilando ut eadem cum debita attentione et devotione peragantur, alumnos edocere methodum orationis mentalis, modum recitandi horas canonicas, rubricas, studiorum tempore cubicula interdum

---

(1) *Ancien texte* : Considerando tamen gratuitum praesidis laborem... subregentem duximus constituendum.

(2) *Ancien texte :* Ita tamen ut graviores defectus et speciali nota dignos, ad nos, vel ad D. praesidem deferre teneatur, suumque, quod de alumnorum qualitatibus formare potuit judicium, sine ulla dissimulatione declarare : ad quod utile erit et conveniens, ut praeses frequenter desuper sermonem cum ipso instituat.

(3) *Ancien texte :* Cum vero D. praeses, nonnunquam legitimo impedimento posset detineri, permittimus, ut subsidiaria D. subregentis opera utatur ut conferentiis praesideat, exercitantes dirigat, et alumnos circa functiones pastorales practice instruat, aliasque sui muneris partes suppleat, dummodo praescripta regularum in omnibus diligenter observet.... volumus et mandamus ut alteruter semper domo sit, excepto dumtaxat tempore communis exitus, ne censoris absentia neglectum inducat et praevaricationem, atque ita ordinis perturbatio aliis argumentum praebeat, neminem esse qui imperet.

visitare, in studiis erudire, exercitantes dirigere, circa functiones pastorales practice docere, aliasque muneris sui partes juxta praescripta regularum nostrarum, quantum fieri potest, personaliter adimplere.

12° Hinc rarus sit in exeundo, excepto dumtaxat tempore communis exitus, in prandendo aut coenando extra seminarium rarior, in pernoctando rarissimus; raro etiam invitet saeculares ad mensam suam (1). Ecclesiasticos etiam rarius ad mensam et hospitium invitabit, ita tamen ut dominus praeses seminarii Torreani sub iis non comprehendatur, qui propter servitium dioeceseos nostrae bono redditum, mensa et hospicio gaudebit sumptibus seminarii.

13° Habebit semper catalogum omnium alumnorum suorum, in quo notet absentes a precibus, sero redeuntes ad seminarium, raro communicantes, cum singulorum respectivis defectibus, cujus copiam singulis quadrimestribus ad nos deferet.

14° Diligentissime etiam invigilabit, ut omnes, qui statutis per regulas temporibus designabuntur ad frequentandum officium ecclesiae nostrae cathedralis, semper intrent chorum ante initium cujuslibet officii, et, illo durante, nullus exeat, contravenientes autem, nisi causa legitima eos excuset, prima vice publice in refectorio

---

(1) *Ancien texte*: Nullum unquam secularem, etiam consanguineum, ad mensam in refectorio admittere poterit, sine nostra expressa venia; permittimus tamen, ut pastores et vice pastores diocesanos ad mensam suam ordinariam invitet, annotando pro qualibet persona decem asses in prandio, et sex asses in coena, quos similiter computare poterit ad onus oeconomiae seminarii, usque ad summam trium librarum cambialium annue, et non ultra, sed reliquum propriis expensis subire tenebitur. Cum vero D. praeses seminarii Torreani nostrorum in eo alumnorum pervigilem habeat curam, nec non, et nobis et dioecesi nostrae perpluries reddat gratum servitium, volumus, ut quotiescumque Brugas advenerit, a D. praeside ad hospitandum invitetur, et mensa gaudeat sumptibus seminarii.

monebit, secunda vice mulctabit, et tertia nobis denuntiabit.

15° Monebit etiam directorem cantus, ut ad se deferat negligentes, ac petulantes, pro suo arbitrio monendos et mulctandos.

16° Permittimus domino praesidi, ut pro re culinaria duas ancillas, et pro servitio domestico duos famulos, prout moris, assumat, modo tamen sint a probitate vitae, pietate et morum honestate commendabiles, monendo, ut in mutuum obsequium et sublevamen pro opportunitate rerum et temporum paratos semper sese exhibeant.

17° Strictissime injunget portario, ne unquam portam, *saltem interiorem*, patere sinat, praeterquam diebus veniae, horis per regulas designatis, eamdemque cuiquam alumnorum iis temporibus aperiat, nisi si certo constet, de consensu domini praesidis, sine quo etiam inhibemus, ne quis lectionis, aut studiorum tempore evocetur ad januam.

18° Specialem etiam curam habebit dominus praeses, ut porta major semper sit clausa sub sera nocturna toto tempore in regulis determinato, mandabitque portario, ut claves quotidie ad se deferat, illisque receptis, personaliter quandoque ad portam accedet, ut experiatur illius fidelitatem.

19° Inhibebit etiam domesticis sub poena expulsionis ipso facto, ne extra dies veniae, sub quocumque praetextu alicui audeant subministrare potum vini aut cerevisiae, sive e cavea seminarii, sive aliunde quaesitum; utque omnis secreta compotitatio adeo nociva praeveniatur, singulorum cubicula frequenter visitare tenebitur, et si quem in reatu deprehenderit, mox absque conniventia ad nos deferet.

20° Pari sedulitate invigilabit circa conventicula *thee, caffee,* aut alium similem potum extra horas per regulas designatas; et absolute inhibemus, ne per ancillas aut famulos similia in seminario vendantur.

21° Utque praecaveatur incendii periculum, quod per carbones decidentes alumnorum incuria posset excitari, sub poena rigorosa iis inhibemus, ne unquam ad cubicula sua ignem ferant aut ibidem excutiant.

22° Caeterum supellectilem, et utensilia praevie in adventu et discessu cujusque praesidis inventarianda, et debite signanda, sub duplicato D. praeses fideliter custodiet, nec ulla sine nostra licentia alienabit, curam etiam geret oeconomiae domesticae, illiusque singulis annis, tempore a nobis praefigendo computum nobis reddet.

23° Cumque operarius dignus sit mercede sua, nec aequum sit, ut onus hoc et officium omnino gratis exerceatur, assignamus ei e bonis seminarii episcopalis pensionem annuam viginti quinque librar. monetae currentis, ultra mensam, lotionem linteaminum, ignem, et candelas, uti et duo in centum pro receptura solvendorum a commensalibus, ita tamen ut dolium vini, per decretum Ill^mi^ D^ni^ de Castillion, de quo supra, pro honorario attributum, imposterum cesset (1).

24° Denique volumus, ut mulctae omnes, a nobis decretae, aliaeque, quas vel ipse, vel D. subregens statuet, irremissibiliter exigantur, cessurae in utilitatem seminarii: minores quoque defectus numquam omnino dissimulentur, ne *spernentes modica paulatim decidant*, atque ita, nimia

---

(1) *Ancien texte:* Prorsus convenit ut de praeside ecclesiastici seminarii dici possit: *hic vir, hic est*, qui nullius intuitu lucri, sed fervido divini amoris igne accensus, quae sursum sunt quaerens, non quae super terram, se totum impendere intendit..... Hinc nullam praesidi noviter constituendo assignamus pensionem, qui tali animatus zelo, respiciens in remunerationem aeternam, gratis et hilariter onus istud et officium presidentiae suscipiet, illoque fungetur.

Habita autem gratuiti sui servitii consideratione, permittimus et indulgemus, ut inter extradata ad onus seminarii, quolibet anno adducere possit integrum dolium vini communis gallici, comprehensis juribus provinciae et civitatis, pro exercendo hospitalitatis officio, aliasve ad liberam suam et omnimodam dispositionem.

indulgentia, crescat audacia, et sensim flaccescat observantiae vigor adeo necessarius ad bonum et constantem melioris disciplinae custodiam.

25° Unde iterumque monemus dominum praesidem, et hortamur in Domino ut omnem curam et diligentiam adhibeat, ut quae pro perfectione status ecclesiastici in seminario nostro ordinata fuerint, nec dissimulatio negligere, nec quaedam valeat praesumptio perturbare. Actum Brugis etc. 16 Maii 1791.

Signatum erat: Felix, Episcopus Brugensis,

Et infra: de mandato etc. J. B. le Begue, secret.

CX.

Règlement [1] donné au séminaire de Bruges par l'évêque Félix-Guillaume Brenart.

Felix Guillielmus Brenart, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Brugensis, perpetuus ac hereditarius Flandriae cancellarius, etc. etc.

Alumnis seminarii nostri episcopalis praesentibus et futuris salus et benedictio.

Cum, ut loquitur synodus Tridentina, *adolescentium aetas, nisi recte instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas*, singulari cura et studio providendum est, ut electa juventutis portio, ad regale sacerdotium aliquando exaltanda, divinisque applicanda ministeriis, a primis 10 Novembre 1791.

But de ce règlement.

(1) Ce règlement est imprimé et forme une petite brochure in-8° de 26 pages, dont voici le titre: *Nova statuta pro alumnis seminarii episcopalis Brugensis.* 1791. — *Brugis, Typis Cornelii De Moor, Typographi.*

annis ad pietatem, religionem et ecclesiasticam disciplinam rite informetur: ac dignis praeterea vocatione sua moribus et uberi sacrarum litterarum scientia imbuatur. Quae quidem semper in ministris requisivit sollicite provida mater Ecclesia: verum his periculosis temporibus, quibus tot homines corrupti mente, reprobi circa fidem, virtutem pietatis abnegantes, dilectam Christi sponsam replent despectione, insultant et calumniantur sacerdotium, atque christiani cultus exitium moliuntur; his, inquam, aerumnosis diebus vehementissime *charitas Christi urget nos*, ut, adauctis vigilantiae nostrae conatibus, vos, o filii dilectissimi, sanctae Dei Ecclesiae exhibeamus immaculatos levitas, eruditos atque zelosos sacerdotes, qui ad piae Matris defensionem, solatium atque decorem, fidelibus reliquis vos praebeatis *exemplum bonorum operum*; *potentes sitis exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt arguere.*

Atque is unus est in praescribendis his regulis scopus noster; vobis videlicet prodesse, Ecclesiam aedificare, tueri regnum Christi. Erit vobis, ut secundum S. Cyprianum loquar, hujus *Observatio disciplinae.... dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonae indolis, magistra virtutis.* Faciet haec *vos jugiter in Deo* et propter Deum *vivere, et ad promissa coelestia et divina pervenire.*

Aperite ergo, filii desideratissimi, spes et corona nostra, aperite aures et corda vestra; atque ea, qua decet filiali submissione et reverentia recipite et observate mandata nostra, ne resistentes nobis, Dei ordinationi resistatis, cui vos totos et in omnibus servire profitemini.

PRÆREQUISITA AD SEMINARIUM.

Conditions requises pour être admis au séminaire.

Proprium episcoporum munus est providere et assumere sibi idoneos in vinea Domini cooperarios: nulli igitur liceat seminarium nostrum ingredi, aut clericalem habitum induere, nisi obtenta a nobis ad haec in scriptis licentia. Sed nec quisquam ad seminarium nostrum admittetur,

qui non sit legitimo thoro, a catholicis, honestae vitae ac integrae famae parentibus progenitus, atque a pietate morumque integritate, modestia, temperantia, docilitate, observantia, caeterisque qualitatibus ad statum ecclesiasticum requisitis, per sufficientia testimonia undique commendatus.

Ut autem clericalis vitae institutum quilibet eo admissus feliciori successu amplectatur, in ipso seminarii nostri introitu, spiritualibus exercitiis ibidem pie et ferventer triduo peragendis seipsum rite probabit.

Ad accuratiorem quoque regularum seminarii nostri notitiam et observationem, alumni singuli ad primum ingressum, earumdem impressum exemplar sibi comparare tenebuntur, pro quo et clave sui cubiculi solvent asses quatuordecim; hujus recepturi medietatem, dum seminario egressuri clavim suam D. praesidi reddent.

CAPUT PRIMUM.

DE DISTRIBUTIONE TEMPORIS.

Ut *omnia honeste et secundum ordinem fiant*, totumque conatum sua auxiliante gratia dirigat et amplificet Spiritus scientiae et pietatis, primo attendenda est temporis ratio, talisque distributio, quae proficuum cum solida pietate studium apte utiliterque conjungat. **Ordre journalier.**

§ I. Prima itaque die Octobris, quae non sit feria secunda hebdomadae, quolibet anno cantabitur missa *de Spiritu S.*, qua hujus divinum lumen et auxilium implorabunt, et cui omnes et singuli alumni interesse debent sub poena delationis delinquentium ad nos; pro qua respondebit D. praeses. Hac die vacabit schola. **Messe du S[t] Esprit.**

II. Diebus singulis, tam in hieme quam in aestate, quadrante ante quintam matutinam pulsu campanae excitati surgant velociter, ac si ignis cubili injectus esset, moniti a Spiritu S.: *Hora surgendi non te trices*. Discussoque **Lever.**

etiam mentis somno, ut olim Israelitae primitias frugum, ita singuli primitias cordis Deo Optimo Maximo devote offerant.

III. Hora quinta fiet iterata excitatio minori campanae pulsu, quo audito, omnes sine mora, modeste et in silentio, induti nigra talari veste sese in sacellum sistent, ubi simul omnes devote et genuflectentes cantabunt hymnum : *Veni Creator*, cui addentur collectae : *Deus qui corda fidelium. Domine Deus omnipotens. Actiones nostras.* Post quae praelegetur catalogus nominum alumnorum : singuli autem ad suum respondebunt, alias notandi absentes.

Prière du matin et méditation.

IV. His peractis, praeformabuntur actus Fidei, Spei, Charitatis et Contritionis. Deinde praeparatio ad meditationem super aliquo puncto ascetico praelegendo, per horae quadrantem instituendam, ordinarie super materia, quae statum ecclesiasticum spectat. Huic omnes intenti esse debent.

Messe.

V. Medio sextae ordinarie celebrabitur sacrum, cui praeter sacerdotes reliqui omnes intererunt, viva fide considerantes augustum et tremendum mysterium, quod in altari peragitur, cui tremens assistit Angelorum multitudo.

VI. Finito sacro, omnes alternatim dicent psalmos : *Miserere* et *De profundis*, et post hos senior collectam pro fundatoribus et benefactoribus seminarii.

Etude.

VII. Inde quisque se ad cubiculum suum modeste conferet, et studiis vacabit usque ad medium octavae. Meminerint inter haec et alia studiorum tempora Deum frequenter et humiliter hoc vel simili modo orare supernum lumen et unctionem : *Da mihi Domine intellectum et scrutabor legem tuam.... Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua.*

VIII. Qui a precibus absentes notati, vel a superiore tempore studii decumbentes vel in alterius cubiculo deprehensi fuerint, pro illius discretione mulctabuntur, et contumaces ad nos deferentur.

Déjeuner.

IX. Medio octavae dabitur jentaculum ; in quo, sicut

in quacumque refectione, frugalitatis et modestiae leges servabunt. Nemo extra refectorium efferre praesumat panem, butyrum, aut quodcumque aliud esculentum vel poculentum pro extraneis ullo tempore, neque pro se extra tempus ordinarium refectionis sumendum.

X. Hora octava dabitur prima lectio, post quam quisque se statim et sine strepitu ad suum cubiculum recipiet, et studiis diligenter incumbet usque ad horam decimam. Secunda lectio ordinarie quidem incipiet medio undecimae; si vero detur hora nona, tunc studium erit a finita hac lectione usque ad undecimam. Première et deuxième leçon.

XI. A medio duodecimae usque ad duodecimam discent cantum gregorianum sub directore ad hoc constituto, qui in illo jam aliquousque profecerunt, notas rite edocti. Discent autem singuli saltem per quadrantem horae, ita partientes inter se tempus, ut aequali circiter numero simul cantent, et vicibus praecedant seniores; nisi magister cantus aliquibus aliter expedire judicaverit, cui sese accommodabunt. Nemo ab hoc vel a vespertino cantu, suo respective tempore absit. Nemo hic alium turbet aut rideat; singuli, expletis vicibus suis cantus, loco exibunt. Chant.

XII. Hora duodecima praevio campanae sonitu, sub quo, ut in usu est, annuntiationem mysterii Incarnationis devote recolent, dabitur prandium, de quo suo loco agetur. Dîner.

XIII. A mensa usque ad horam secundam conceditur animi relaxatio, colloquendo, lusu honesto et sibi congruo sese recreando ad corporale exercitium et numquam ad lucrum. Récréation.

XIV. Vociferationes, vellicationes, cursitationes et similes indecentias vocis, gestuum aut quarumcumque actionum stricte prohibemus. Sint semper et ubique memores illius Apostolici : *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est.*

XV. Hora secunda pulsabitur ad studium, servandum usque ad tertiam, dum inchoabitur ultima lectio, post quam usque ad medium quintae erit colloquium. Troisième leçon.

XVI. A medio quintae resumetur studium usque ad sextam.

Chant. XVII. A sexta usque ad coenam, cantus pro iis qui notas discunt, vel parum in arte provecti sunt. Qui ita hoc totum spatium inter se partientur, ut sex simul discant: vices quoque servabunt modo, quo § XI. ordinatum est.

Souper. XVIII. Hora septima dato signo, sub quo ordinaria formula recolent mysterium Incarnationis, omnes convenient ad coenam.

XIX. A coena usque ad medium nonae poterunt honesta occupatione animum relaxare.

Prière du soir. XX. Medio nonae ad campanae sonum omnes comparebunt in sacello, ut intersint precibus vespertinis; ubi pie recitabuntur litaniae Lauretanae, postea praelegetur per semiquadrantem horae aliqua piarum considerationum materia: dein per notabile tempus suam quilibet in alto silentio conscientiam discutiet, praesertim circa ea, quae elapsa die deliquit. Post quae dicentur: *Confiteor. Misereatur. Indulgentiam*, et orationes: *Deus qui culpa offenderis. Deus veniae largitor. Visita quaesumus*. Concludetur autem versu: *Divinum auxilium.*

XXI. His finitis, omnes modeste et in alto silentio sua cubicula petant, neque ullus alterius cubiculum intrare praesumat.

Coucher. XXII. Circa horam nonam adeo christiane se ad quietem disponent, ac si cum moriente Jesu sese in lectulum Crucis reclinarent, pro cordis suspirio precantes: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum*. Hora nona omnes lumen suum extinxerint.

XXIII. Diebus sabbathi ac profestis festisque Deiparae cantabuntur, quadrante ante septimam vespertinam, litaniae Lauretanae, post quas examen conscientiae, confessio etc., ut solet. Pariter eo tempore ordinariae preces vespertinae fient quoties postridie officio matutino in cathedrali interesse debent.

XXIV. Nemini sine speciali venia superioris seminarii,

eo exire liceat. Extra tempus lectionum conceditur sacerdotibus egressus ad celebrandam missam, ita tamen ut hoc titulo non ultra unam horam cum quadrante seminario abesse liceat.

XXV. Volumus quoque, ut ad horas canonicas obligati hoc suum pensum, quantum fieri potest, extra studiorum tempus, cujus parcos esse oportet, persolvant.

CAPUT SECUNDUM.

OBSERVANDA DIEBUS DOMINICIS ET FESTIS.

§ I. Post preces matutinas tempore et modo eodem, quo aliis diebus peragendas, solius confessionis causa mane a studio vacare et exire licebit. Ordre spécial pour le Dimanche et les jours de fête.

II. Hora septima omnes missae intererunt, sub qua singulis quindenis et solemnioribus Festis communicent. Sacerdotibus quoad missam licet et incumbit ut diebus ferialibus. Messe.

III. Finito sacro poterunt jentare, et colloqui usque ad tempus, quo designati ad officium chori cathedralis vel aliud quodcumque, eo tempestive, modeste et recta procedent. Expletis officiis, pari modo domum regredientur. Ea autem occasione alio diverti, vel alia de causa his diebus seminario egredi stricte inhibemus. Office de la cathédrale.

IV. Praecipimus, ut omnes superpellicio mundo induti ante initium cujuslibet officii chorum intrent; atque in ipso ingressu ante altare caput profunde Cruxifixo flectentes, exhibitaque dein mihi, si adsim, convenienti reverentia, ad designatum sibi locum singuli modeste accedant, ibidem juxta rubricas a choro observari solitas flectant, sedeant aut stent, magna interim devotione et reverentia tam cum choro, quam aliter Deum laudantes et orantes. Officio chori exire prohibemus, nisi urgeat necessitas.

V. Qui sub hoc (idem sub vespertinis officiis observari volumus) a choro cathedralis atque aliis servitiis vacant,

cathedrali intererunt, in majori ibidem sacello devote locum occupantes.

VI. Simili quoque modo designati vesperis et completorio assistent; post officium autem omnes pio studio seu meditationi per unam horam incumbent.

VII. Exinde usque ad tempus, quo ad cathedralem redeundum est, conceditur colloquium.

VIII. Volumus, ut omnes non tantum vespertinis laudibus, verum etiam concioni, quae ante eas in nostra cathedrali habetur, tempestive et attente intersint.

IX. Hieme, dum hora praedicti vespertini officii variat, colloqui poterunt semihora, antequam in cathedrali esse oporteat.

X. Post laudes vespertinas sine mora redibunt ad seminarium, ubi medio septimae omnes comparebunt in concione, quam singuli quovis die dominico et festo, suis respective vicibus habebunt, per mediam circiter horam, super Evangelio occurrentis diei dominicae vel in laudem Sancti, cujus festum celebratur; nisi praeses aliam materiam assignaverit.

CAPUT TERTIUM.

OBSERVANDA DIEBUS VENIÆ, ET CIRCA EXITUM.

Jours de récréation et de sortie.

§ I. Singulis feriis tertiis et quintis conceditur venia sive animi relaxatio, prout sequitur:

Messe chantée.

II. Preces, missa et primum studium observabuntur ut aliis diebus: tamen feriis quintis studium erit a precibus usque ad horam septimam, qua decantabitur missa solemnis cum diacono et subdiacono: sub hac nullus recitabit suum officium canonicum, sed quisque, prout poterit, pie et scite vocem caeteris cantando conjunget.

Leçon ou dispute.

III. His diebus unica dabitur lectio, vel hujus loco scholastica exercitatio, prout DD. professores expedire judicaverint: post quam studio incumbent per sesquihoram. Medio autem duodecimae ordinarius cantus.

IV. Post prandium permittitur exitus: sic tamen ut ab initio Octobris usque ad Pascha hora quinta, aestate vero ante sextam, universos in seminarium regressos esse oporteat. Promenade.

V. Nemo umquam ad portam majorem seminarii haereat. Per plateas incedant gressu decenti et facili salutatione honestorum.

VI. Rigorosissime vetamus ingressum tabernarum, aliarumque similium domorum tum intra, tum extra civitatem, quae minus quam una leuca ab hac remotae sunt. Quin nec posteriores nisi itineris causa umquam intrare permittitur.

VII. Sollicite sibi attendant, ut neque nunc, neque umquam posthac, nisi cum personis honestis, timoratis ac vitae prorsus irreprehensibilis conversentur. Etenim *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: Amicus stultorum similis efficietur*. Non itaque solummodo domus et personas suspectas; non solum potitores, mundanos, detractores, superiorum aliorumque criminatores horreant; non solum, quod Apostolus quoslibet fideles monet, *Subtrahant se ab omni fratre ambulante inordinate*, sed sollicite fugiant cujuscumque status et conditionis homines, forent sacerdotes, non probatae et exemplaris vitae. Provide quantum possunt, declinent alterius sexus, praesertim juvenis consortia, etiamsi conjugatae essent: haec enim pro viris ecclesiasticis periculo et obloquio non levi obnoxia sunt.

VIII. Vinum non dabitur venale, nisi his feriis tertia et quinta, idque in hieme non ultra horam quintam, et aestate non ultra medium sextae: atque eadem die prompte solvere tenebuntur, quae promi postulaverint, aliis vero diebus ne cerevisia quidem extra refectionem detur. Usage de vin.

IX. Caveant salubrem hanc legem eludere potum aliunde furtim allatum recipiendo, vel simili pravitati quoquo modo cooperando. Quae delicta numquam inulta relinqui volumus.

X. Ab hora sexta ad septimam singuli, majoribus or-

dinibus insigniti per vices exercebuntur in functionibus pastoralibus: puta catechisando, administrando sacramenta, infirmos visitando etc. Aderunt reliqui omnes sedule attendentes, ut ita ad sacra ministeria aptentur. Haec exercitatio concludi poterit brevi exhortatione ad alumnos circa vitam, sanctitatem et officia sacerdotum, praesertim pastorum, *ut sciant quomodo oporteat eos in domo Dei conversari.*

CAPUT QUARTUM.

CIRCA STUDIA.

Études.

§ I. Pretiosissimum studii tempus, quod tam velociter, quam irrevocabiliter transit, ea semper sollicitudine et laboris assiduitate impendere satagant, ut de commissis sibi talentis cum bono et fideli servo in die Domini respondere valeant; et non ex nunc sibi animabusque curae suae aliquando committendis sua desidia exitium parent.

Règles à observer aux heures d'étude.

II. Quare ut non praetereat flos temporis cum propria atque aliorum jactura, nullus umquam horis studio destinatis alterius cubiculum intrare praesumat.

III. Si cum extraneis agere oporteat, id fiat extra tempus studii et lectionum. Et si eo tempore (quod non nisi raro fieri volumus) quempiam ad portam evocari contingat, is rem brevissime absolvat, et sine mora studiorum ad negotia revertatur.

IV. Studii quoque horis praecipue ab omni prorsus strepitu cavebunt, etiam quando necessitas quemquam cubiculo exire cogit.

V. Ut studiis vacent attentius, mandamus cubiculis eliminari quidquid esse impedimento potest, ut aves, instrumenta musica etc.

VI. Non accumulent sibi libros, ne varietate lectionis et opinionum, confundantur ideae et notiones suae. Paucis

igitur et iis solis incumbant, quos DD. praeses et professores assignaverint. His rite instructi postmodum ad ampliorem sacrorum scientiam cum fructu laudabiles conatus extendent. Habeant quoque unum alterumve librum asceticum, unde spiritum sacerdotalis pietatis hauriant. Libros autem quomodolibet prohibitos aut suspectos; item romanenses vel similes mundani spiritus foetus, legere aut habere nemo audeat.

VII. Nemo bibliothecam seminarii ingredi poterit sine licentia praesidis vel vice-praesidis, in qua insuper servabit affixas ibidem regulas. Specialiter ordinamus, ut nullus ex ea liber efferatur, et ut suo post usum loco reponatur. Bibliothèque

VIII. Mandamus, ut in omni colloquio, sive communi, sive privato, semper utantur lingua latina aut gallica; numquam vernacula.

IX. Volumus quoque, ut speciali diligentia et attentione se exerceant circa modum distincte scribendi, quatenus postmodum in cura constituti registra pastoralia nitide et accurate, quae res summi momenti et gravis valde obligationis est, efforment.

CAPUT QUINTUM.

CIRCA MENSAM ET JEJUNIA.

§ I. Signum dabitur, sonante hora meridiei, ad prandium, et similiter, dum auditur septima vespertina, ad coenam, quo dato, omnes extemplo ad refectorium sese recipient benedictioni mensae affuturi. Repas et jeûnes.

II. Singuli alumnorum ordine et vicibus suis hebdomade duraturis, praelegent tempore utriusque refectionis, caeteris attente auscultantibus, primo caput unum ex sacra Scriptura; dein lectionem prosequantur ex historia ecclesiastica, aliove utili libro a D. praeside assigando, donec hic dixerit: *Sufficit*. Lecture.

III. In consessu mensae servabunt ordinem, quo ad seminarium venerunt; sic tamen ut qui in sacris sunt, et post hos baccalaurei secundum gradum suum praecedant. Finito prandio, uti etiam a coena post ordinariam gratiarum actionem recitabuntur Ps. *Miserere* et *De profundis*, cum collectis *Deus veniae largitor*, et *Fidelium*.

IV. Nemo a communi mensa sine consensu praesidis absit; neque frequens ad hoc licentia concedetur.

V. Cibum quemcumque aut potum ad mensam afferre, aut horum quidpiam mensa auferre nullus sub qualicumque praetextu audeat. Manducent itaque quae sibi apponuntur, ut corpus temperanter nutriant, non vero, ut serviant gulae.

Règles de bienséance.

VI. Caveant in mensa et ubique ab omni rusticitate et murmuratione, gulosi et male educati hominis indiciis, cui *Mensa fit in laqueum et in scandalum*.

Jours de jeûne.

VII. Ultra dies, qui sunt de praecepto ecclesiae, jejunabitur omnibus per annum Sabbathis, item Vigiliis venerabilis Sacramenti, festivitatum Beatae Mariae Virginis et S. Donatiani, die quoque commemorationis fidelium animarum et profesto S. Caroli Borromaei.

Pension.

VIII. Ad solutionem mensae quod attinet: omnis et quilibet etiam bursarius, tenebitur cujusvis partis anni integrum trimestre pensionis solvere per anticipationem; adeo quidem ut nemini decurrat favor concessae bursae, donec, quod huic superaddere debet, ita singulo trimestri persolverit.

IX. Annua mensae pensio pro non-bursariis erit ad ratam triginta sex librarum magnarum, quibus interim ferias deducere licebit. Bursarii vero solvent ad ratam librarum viginti octo, nullis deducendis feriis. Attamen si qui intra anni decursum ob causas aliquo tempore seminario absint, prima absentiae octava reputabuntur in solutione mensae praesentes; nisi causa infirmitatis abfuerint, vel a nobis in parochiali servitio alicubi constituti.

CAPUT SEXTUM.

DE VESTITU.

§ I. Omnes ubique compareant in habitu modesto et statui suo convenienti, sedulo devitantes sorditudinem atque mundanam vanitatem, quae sacrorum canonum statutis adeo repugnat, et oculos timoratorum offendit, ceditque in cleri vilipendium. Habillement.

II. Itaque in seminario et civitate vestes gerant talares, non quidem pretiosas, sed decentes. Neque usquam, nisi in cubiculis suis et hypocausto, toga nocturna induti conspiciantur.

III. Inhibemus, ne, dum seminarium nostrum inhabitant, pallio utantur; cujus loco assument togam, quae vulgo *Alleluia* dicitur.

IV. Singuli tonsuram clericalem gerant conspicuam et suo ordini congruentem.

V. In capillis nec vani, nec sordidi, sed nitidi appareant.

VI. Volumus, ut ad rasuras omnes uno eodemque tonsore utantur, nempe quem D. praeses designaverit.

CAPUT SEPTIMUM.

DE CONVERSATIONE, MORUMQUE HONESTATE ET DECENTIA.

§ I. Expendant ex nunc, et tota vita altum memores mente et corde repositum servent hoc tam salubre monitum sacrae synodi Tridentinae: « Nihil est, inquit, quod alios » magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam » eorum vita et exemplum, qui se divino ministerio » dedicarunt.... in quos tamquam in speculum reliqui » oculos conjiciunt, ex iisque sumunt quod imitentur. » Quapropter sic decet omnino clericos in sortem Domini » vocatos, vitam moresque componere, ut habitu, gestu, Conduite.

» incessu, sermone aliisque omnibus rebus nil, nisi grave,
» moderatum ac religione plenum prae se ferant ».

II. *Bonum et jucundum est habitare fratres in unum.* Atque in hunc finem studeant *super omnia charitatem habere,* in isto *vinculo perfectionis alter alterius onera portare, et sic adimplere legem Christi.*

III. Sciant tamen, quod, si quosdam scandalosos, aut etiam laxioris vitae licentiis deditos inter consodales noverint, qui post fraternas monitiones non emendantur, non tantum salva charitate possint, sed etiam sub gravi teneantur tales praesidi denuntiare, ne se perdant, alios inficiant, et divinam provocent maledictionem.

IV. In mentem revocantes quae, C. III. § 7., circa conversationem observanda praemisimus, ingressum in culinam, omnemque cum ancillis seminarii sermocinationem prohibemus. Si alicujus rei culinariae indigeant, per famulum requirant.

V. Nemo audeat alterius sexus personam, etiam proxime consanguineam ad dormitoria, nedum in cubiculum conducere. Nemo etiam cum quacumque femina colloquatur, nisi in locis per praesidem designandis, idque fiat quam potest brevissime.

Sobriété. VI. Considerantes quod non solum ebrietas, sed omnis etiam bibacitas sive ad potum prurigo clericali spiritui sit capitaliter inimica, tamquam ecclesiastico statui ineptos reprobamus eos omnes, qui fatali huic vitio addicti reperientur.

VII. Ponant quoque ori suo custodiam : nec solum turpiloquia, juramenta, etc., abhorreant, sed et dissentiones, jurgia, detractiones, improperia, convitia et alia etiam his leviora linguae peccata studiose devitent, memores : *quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint.... reddent rationem de eo in die judicii.*

VIII. Omnino abstineant a fumando tabaco.

IX. Numquam sordes, ne aquam quidem, per fenestras projicient, sed ad loca separata, in singulis ambulacris ad hoc exstructa deferent.

X. Curabunt tempore vacuo lectum sternere, ac omnia in suis cubiculis decenter et nitide componere; ne sordes coagulentur, unde foetores proveniunt et morbi generantur.

XI. Prohibemus, ne infigendo clavos, majores afficulos, aut alio quovis modo parietibus aut januis cubiculorum nocumentum inferant, unde cavebunt picturas seu imagines e clavis appendere.

XII. Si quis deprehendatur sedes, scamna, mensas, mappas mensales, orbes, pocula stannea, etc. cultro aut alio instrumento perforasse, nomina vel alia signa iisdem incidisse, aut aliter nocuisse, ultra gravem et publicam correptionem mulctabitur pro qualitate nocumenti; cum similes petulantiae non solum bonae indoli ac educationi adversentur, sed et conspicuum praebeant malevoli genii et rusticitatis testimonium, quo apud nos notabuntur.

CAPUT OCTAVUM.

DE ORDINANDIS ET ORDINATIS.

§ I. Sciant omnes, serio a nobis monitum esse D. praesidem, quomodo juxta suum praesertim testimonium mensurentur ordinandorum qualitates et merita; atque adeo quam grave ipsi incumbat conscientiae onus, ut neminem, nisi quem solida pietas, vitae ac morum integritas et doctrinae sufficientia cum fiducia divinae ejusdem ad sacerdotium vocationis dignum commendant, sacris ordinibus initiandum nobis audeat praesentare. Nihil ergo hic, sive quoad pietatem vel mores, sive quod capacitatem dissimulandum, nihil occultandum: sed sincero veritatis processu exponendum, quale pro sua discretione, jugique observantia de singulorum qualitatibus judicium secundum Deum potuerit efformare. Ordinations.

II. Primo anno cursus sui theologici praesentari poterunt, si digni judicentur, ad tonsuram et ordines minores, ad subdiaconatum autem non nisi expleto biennio.

Retraite. III. Omnes ad ordines promovendi praevie in seminario peragent exercitia octo dierum. Atque enixe commendamus, ut dum haec prima vice decurrunt, generalem totius vitae confessionem instituant; atque ad altiores ordines promovendi partialiter generalem a praecedente faciant, nisi confessario aliter visum fuerit.

IV. Porro quam salubriter in quibusdam seminariis statutum sit, ut omnes alumni paucis quibusdam ad hoc ab episcopo assignatis sacerdotibus confiteantur, nemo non intelligit, qui in via christianae perfectionis proficere incipit: istud tamen onus, utut suave et proficuum, quia aliquibus forsan futurum grave, imponere non intendimus. Nihilominus monemus et adhortamur, ut singuli confessarium eligant in cathedrali, vel quempiam RR. DD. pastorum in alterutra collegiata B. V. Mariae vel S. Salvatoris: qui alium voluerit, hujus nomen declarabit D. praesidi. Interim perpendant quanti sua ad animae suae salutem et clericalem sanctitatem intersit, ut eos tantum confessarios accedant, qui de requisitis ad statum ecclesiasticum abunde instructi, vitae sanctitate et sacerdotali zelo refulgent.

V. Caeterum praefata exercitia fient juxta methodum contentam in libro edito ad usum hujusmodi cleri Mechliniensis.

VI. Toto illo octiduo, juxta quod hucusque observatum fuit, alternis horis in sacello et in cubiculis suis pietatis operibus, ut exercitiorum scopus postulat, unice incumbent. Poterunt tamen post mensam aliquanto sed modestissime animum relaxare; poterunt quoque mane post missam, et a meridie medio post tertiam sumere solitum potum aquae.

VII. Alumni exercitantes abstinebunt a jentaculo; in prandio et coena locum ante omnes alios occupabunt in capite mensae, tota mente intenti piae lectioni, quae illo omni tempore fiet.

Prémices. VIII. Sacerdotes ordinati primitias suas celebrabunt in

sacello seminarii, ut sic, ubi prima hauserunt perfectioris vitae et disciplinae principia, primas quoque Omnipotenti Deo Hostias offerant, ita enim *Moyses* et alii in loco obtenti coelitus beneficii Domino altare erexerunt et obtulere sacrificia. Venia absentiae a seminario, quae neomistis interdum concedi poterit, numquam ultra octiduum extendatur. Interim sollicite et religiosissime sibi ipsis invigilent et caveant, ne spiritum pietatis et gratiam sacri ordinis, quae exercitiis, ac praesertim sua consecratione hauserunt, dissipent et perdant.

IX. Sacerdotes post ordinationem suam in seminario manebunt donec sacro cujusdam ecclesiae ministerio applicentur, nisi ob speciales rationes aliter nobis visum fuerit. Interea tenebuntur non solum praescriptis omnibus et singulis se conformare, sed et pietatis ac observantiae exemplo aedificare reliquos, sedulam insuper navantes operam scientiae theologicae, quibus ita rite paratis aliquando cum fiducia dici possit: *Ite et vos in vineam meam.*

X. Noverint omnibus fere seminarii nostri bursis annexum onus justitiae, deserviendi dioecesi huic juxta nostrum ac successorum beneplacitum, in cura animarum, atque adeo sese ad istud ministerium reddendi idoneos, vel restituendi inde percepta subsidia.

Et quoniam plerisque omnibus bursis, quae seminarii nostri alumnis, secundum nostram dispensationem conferuntur, varia onera annexa sint recitandi quasdam preces, tum in refrigerium animarum fundatorum vel etiam horum propinquorum, tum ad obtinendas dictis alumnis virtutes, scientiam aliasque qualitates statui ecclesiastico necessarias: quo exactior circa haec ac quantum potest, magis pia et uniformis habeatur observatio, auctoritate nostra ordinaria statuimus, ut memorata debita exonerentur precibus et officiis sequentibus, ad fines supra-dictos recitandis, et juxta nostram intentionem superius expressam applicandis:

Obligations des boursiers.

1° Eo intuitu diebus singulis post missam recitabuntur psalmi *Miserere* et *De profundis* cum orationibus, prout C. 1°. § VII. ordinatum est.

2° Qualibet feria tertia cujusque hebdomadae sub precibus matutinis alternatim inter eum, qui preces dirigit et communitatem, immediate ante praeparationem ad meditationem recitabuntur litaniae de Sanctissimo Nomine Jesu. Medio autem undecimae horae matutinae cujusvis pariter feriae tertiae recitabunt in sacello seminarii alternis versibus, per modum chori, integrum officium defunctorum cum orationibus: *Deus, qui inter apostolicos* et duabus sequentibus, prout in breviario. Lectiones dicent seniores alumni juxta ordinem suum, incipiendo a junioribus.

3° Omnibus sabbathis festisque diebus B. V. Mariae sub precibus matutinis recitabuntur ante meditationem litaniae Lauretanae cum oratione Dominica, Ant. *Sub tuum praesidium*, versu: *Ora pro nobis*, et collecta: *Concede*.

4° Dum tempore feriarum, vel alia de causa seminario absunt, praefata officia et preces diebus praesignatis ad modum officii ecclesiastici recitabunt.

5° Qui gaudet bursa fundata a D. Francisco de la Torre, debet praeterea singulis anni sabbathis recitare officium parvum B. V. Mariae juxta rubricas.

6° Meminerint obligationem praedicta pie et reverenter persolvendi, esse justitiae. Et licet solos haec bursarios adstringat, neminem tamen alumnorum a praefatis in seminario abesse permittimus. Si quam vero ex praedictis diebus impediri contigerit, D. praesidis erit aliam opportunam designare.

CAPUT NONUM.

CIRCA VACANTIAS.

Vacances. § I. Vacabit schola a 28a Augusti usque ad ultimam Septembris. Quantum ad minores vacantias, quae intra

tempus Natalitiorum Domini et Paschae concedi solent, permittimus eas a 27ª Decembris ad 2ªᵐ Januarii, et a feria tertia Paschae usque ad feriam secundam sequentis hebdomadae.

II. Quamvis autem hoc tempus honestae relaxationi spiritus, animique recreationi concedatur, ut sic finitis feriis, renovatis viribus ac majori ardore studia sua resumant, exerceant pietatem, attamen sui semper et ubique memores advertant studiose, ne quid contra honestatem, aut etiam clericalem decentiam admittant. Quapropter tabernarum ingressum, alterius sexus, venationis et similium frequentationem rigorose sibi etiam hoc tempore interdicta esse sciant.

CAPUT ULTIMUM.

DE AUCTORITATE PRAESIDIS ET VICE-PRAESIDIS.

§ I. Mandamus, ut omnes D. praesidi, nostras per omnia hic vices gerenti, imo personam nostram repraesentanti pareant et dociles sese exhibeant. Cujus praeterea discretioni quaecumque, sive ad disciplinae complementum, exactioremque regularum observantiam, sive ad rei oeconomicae curam spectant, committimus exequenda, inhaerendo tamen tenori instructionum particularium, ipsi a nobis praescriptarum. Autorité du président et du vice-président.

II. Debitum similiter honorem ac reverentiam deferri volumus D. vice-praesidi, authoritate nostra constituto, ut et ipse omnium moribus diligenter invigilet, et regularem praescriptorum omnium executionem sedulo curet et promoveat. Noverint omnes eatenus plenam ipsi a nobis concessam esse facultatem negligentes ac defectuosos monendi, corrigendi, aliisque opportunis mediis pro sua prudentia coërcendi, ac idcirco nos severe processuros ad onus illorum, qui ipsius vel monita spreverint, vel jussis acquiescere arroganter recusarint.

Confidimus autem in Domino ob bonam, quam in seminarii nostri alumnis reperimus indolem, sincerumque, quo animantur, ecclesiasticae vitae desiderium, fore, ut haec nostra mandata, quae propenso ac paterno erga eos affectu edidimus, filiali quoque animo amplectantur, atque fideliter et accurate custodiant. Neque enim salubrium regularum facile fiunt praevaricatores, qui pura intentione soli Deo serviendi, secundum divinam ejus dispositionem huc ingrediuntur.

Obtulistis, dilectissimi, in ipso seminarii introitu corda vestra Deo, probanda in simplicitate, quam diligit, spe pleni fore, ut rectis corde lux oriatur et splendeat, qua percipiatis, quod humilitate, obedientia, temperantia et vera in Deum pietate ad eam vitae sanctitatem perveniatur, quam requirit sublimis ille ecclesiasticus status, quem assumere meditamini. De quibus etiam vos Deus ipse monet: *Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, et separavi vos a caeteris populis, ut essetis mei.* Hoc supernum lumen, atque hanc omnem, digne aliquando Ecclesiae suae ministrandi gratiam concedat vobis, a quo bona cuncta procedunt, et *qui dat affluenter omnibus postulantibus* Deus Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

Dabamus Brugis in palatio nostro episcopali sub nostra, et secretarii nostri signatura, hac 10 Novembris 1791.

Signatum erat † FELIX, Episcopus Brugensis.

Et infra habebatur :

De Mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Episcopi mei praefati.

DE GRYSE, Secret.

CXI.

Instructions données par l'évêque Félix-Guillaume Brenart aux professeurs du séminaire.

Felix Guillielmus Brenart etc^a. Dilectis nostris in Christo Rev. D. D. professoribus seminarii nostri episcopalis civitatis Brugensis salutem in Domino.

Summi momenti atque notissimae utilitatis est accurata seminariorum directio, ubi clerus sacerdotali pietate et scientia imbuitur, atque ad ecclesiasticam vitam, moresque sua vocatione dignos formatur. Curam hanc, quae una e praecipuis nostri episcopalis muneris est, aliis partiri cogimur; qui nobis superintendentibus ac regentibus, nomine nostro alumnos dirigant, doceantque non ea tantum quibus ad populorum instructionem, sacramentorům administrationem, aliasque sacerdotales functiones aptentur, verům etiam iisdem clericalis vitae salutaria exempla exhibeant. Octobre 1793.

Quocirca ut fines hos adeo salutares certius assequamur, mandamus ut domini professores seminarii nostri praefati, imprimis quoad lectiones suas sese editis nuper a nobis ejusdem seminarii regulis exacte conforment. Observent praeterea in docendo, ut dogmata fidei a theologorum sententiis atque scholarum opinionibus sedulo distinguant. Illis etiam materiis elucidandis et inculcandis praesertim incumbant, quarum prae aliarum scientia directoribus animarum necessaria vel utilis est. Suam quisque materiam ita per decursum distribuat, atque accommode ad discipulorum capacitatem tractet, ut eam intra quadriennium absolvat. Méthode d'enseignement.

Bon exemple. Caveant ne nimia extraneorum praesertim saecularium frequentatione suis discipulis salubris solitudinis fastidium ingenerent, et mundanae et dissipatae vitae exempla vel saltem praetextum suppeditent. Rarissime extraneum ad prandium invitent, sciantque id non nisi suis sumptibus fieri posse; in aliis quoque considerent bona seminarii nostri pauperum studiosorum alimento esse destinata, ideoque iis cum parcimonia utendum esse.

Illa domesticae disciplinae et ordinis statuta, quae non solos alumnos respiciunt ut hora et locus mensae, ea accuratione observent, ut suo hic, sicut et ubique exemplo, totius regulae exactam observationem assidue commendent.

Archives de l'évêché de Bruges. — *Acta episcopatus.*

CXII.

Règlement donné au nouveau séminaire de Bruges par l'évêque François-René Boussen.

7 Octobre 1834. *Franciscus-Renatus Boussen miseratione divina et S. Sedis apostolicae gratia episcopus Brugensis, alumnis seminarii nostri episcopalis praesentibus et futuris salutem et benedictionem in Domino Nostro Jesu-Christo.*

But du règlement. *Cum*, ut loquitur synodus Tridentina, (1) *adolescentium aetas nisi recte instituatur*, prona sit ad mundi voluptatem sequendam, singulari cura et studio providendum est, ut

(1) Trid. sess. 23, cap. 18 de ref.

electa juventutis portio, a primis annis ad pietatem, religionem et ecclesiasticam disciplinam rite informetur: ac dignis praeterea vocatione sua moribus et uberi sacrarum litterarum scientia imbuatur, quae quidem semper in ministris suis requisivit sollicite provida mater Ecclesia: verum his periculosis temporibus, quibus tot homines corrupta mente, reprobi circa fidem, virtutem pietatis abnegantes, dilectam Christi sponsam replent despectione, insultant et calumniantur sacerdotium atque christiani cultus exitium moliuntur; his inquam aerumnosis diebus. vehementissime (1) *charitas Christi urget nos*, ut adauctis vigilantiae nostrae conatibus, vos, o filii dilectissimi, sanctae Dei Ecclesiae exhibeamus immaculatos levitas, eruditos atque zelosos sacerdotes, qui ad piae matris defensionem, solatium atque decorem, fidelibus reliquis vos praebeatis (2) *exemplum bonorum operum;* potentes sitis *exhortari in doctrina sana et eos, qui contradicunt, arguere.*

Atque is unus est in praescribendis his regulis scopus noster; vobis videlicet prodesse, Ecclesiam aedificare, tueri regnum Christi. *Erit* vobis, ut secundum S. Cyprianum loquamur (3), *hujus observatio disciplinae.... dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonae indolis, magistra virtutis.*

Faciet haec vos jugiter in Deo et propter Deum vivere, et ad promissa coelestia et divina pervenire.

Aperite ergo, filii desideratissimi, spes et corona nostra, aperite aures et corda vestra, atque ea, qua decet, filiali submissione et reverentia recipite et observate mandata nostra, ne, resistentes nobis, Dei ordinationi resistatis, cui vos totos et in omnibus servire profitemini.

---

(1) 2 ad Cor. 5.
(2) Ad Tit. 2 et 1.
(3) De habit. virg.

CAPUT PRIMUM.

DE SEMINARII INGRESSU.

Conditions requises pour être admis au séminaire.

1° Nullus ad seminarium admittetur, nisi legitimo thoro et ab honestae ac integrae famae parentibus progenitus, insuper pietate, morum integritate, temperantia, docilitate, observantia, caeterisque qualitatibus ad statum ecclesiasticum requisitis sese commendatum reddiderit.

2° Ut quis admittatur in seminarium, requiritur:

1) Ut afferat extractum baptismale.

2) Litteras testimoniales pastoris loci, ubi habitat et professoris seu superioris scholae in qua humaniora absolvit.

3) Ut subeat examen coram illis, quos ad hoc deputaverimus.

3° Ad seminarium admissi opportune monebuntur circa vestem clericalem ejusque modestiam, ne levitates vel vanitates saecularesve mores e mundo in seminarium et sic in clerum inducant. Monebuntur etiam circa libros quos singuli habere debent, tum pios, ut *Novum Testamentum* (quod semper et ubique penes se habeant), libellum *De Imitatione Christi*, *Certamen spirituale* etc., tum theologicos, nominatim *Concilium Trid.* cum *catechismo ejus*, necnon auctores, qui in scholis explicantur.

Rentrée.

4° Ultima Septembris debent omnes seminarium ingredi ante coenam, quae exhibetur hora septima: si vero ob morbum aut alias gravissimas rationes stato tempore sese sistere nequeant, eodem tempore absentiae suae rationem reddent per litteras hunc in finem ad D. praesidem directas et sufficienti testimonio munitas. Adferent quoque omnes litteras testimoniales D[ni] pastoris sui circa transactas ferias.

Retraite.

5° Triduo vel quintiduo primum opportuno, novi candidati peragent exercitia spiritualia pro exploranda sua vocatione, status ecclesiastici dignitate, orationis mentalis discenda praxi.

Eo tempore opportune monebuntur muneris sui, tum erga locum sacrum, tum circa urbanitatis regulas christiane observandas et universam domus disciplinam, studium, silentium etc.

6° Ut autem ad theologiae studium facilior pateat aditus, primus annus impendetur studio logicae, metaphysicae, matheseos, eloquentiae sacrae et prolegomenorum in Scripturam S^am^ et theologiam ; secundo anno tradentur elementa physices et philosophiae moralis. Matières de l'enseignement.

CAPUT SECUNDUM.

DE DISTRIBUTIONE TEMPORIS.

1° Ut (1) *omnia honeste et secundum ordinem fiant* totumque conatum, sua auxiliante gratia, dirigat ac amplificet Spiritus sapientiae et pietatis, primum attendenda est temporis ratio talisque distributio, quae fructuosum cum solida pietate studium apte utiliterque conjungat. Ordre journalier.

2° Itaque expergefacti cor ad Deum convertant, seque totos et omnia illa die agenda Deo offerant, protectionem Beatae Mariae Virginis, Angeli custodis, aliorumque SS. Patronorum implorent, praecipua proposita renovent et petant gratiam bonae voluntatis. Lever.

3° Ad primum signum (quod medio quintae dabitur aestivo tempore, hyemali autem hora quinta), prompte et velociter surgant, quasi ab Angelo tutelari excitati, Christum adorent.... petant humiliter ejus benedictionem... honeste et sine mora sese lavent et vestiant, interim mente revolventes materiam meditationis.

4° Hora quinta vel paulo ante (hyeme medio sextae), in silentio et Dei praesentia toga et cingulo induti, descendent ad oratorium, ubi post orationem vocalem attente, Prière du matin et méditation.

---

(1) I ad. Cor. 14 v. 40.

humiliter et fiducialiter peractam, diligenter incumbent orationi mentali, eam reverenter, ferventer et integre peragendo, praeeunte sedula praeparatione et subsequenti debita gratiarum actione.

Messe. 5° Medio sextae (hyeme media hora serius), celebrabitur sacrum domesticum, sub quo, qui sunt in sacris, recitent primam et tertiam ex officio canonico. Sub sacro utiliter se occupabunt 1° profitendo suam indignitatem, 2° meditando vitam, praedicationem, passionem et mortem Christi Domini, 3° ad Christi gratiam et unionem vehementer anhelando, 4° sese Deo offerendo, 5° spiritualiter saltem communicando et tandem 6° gratias agendo.

Étude. 6° Finita missa, reduces in cubiculum, lecto strato, profundissima humilitate et fide viva genuflexi legant attente et animo docili unum caput novi Testamenti, ut sensim imbibant Evangelii spiritum, studeant deinde auctoribus usque ad medium octavae.

Déjeuner. 7° Medio octavae exhibebitur jentaculum, sub quo lectio ex catechismo romano, diebus autem Dominicis, festis et feriis quintis per annum ex libro IV de Imitatione Christi, et servent silentium, decentiam et sobrietatem, dein animum paululum relaxent.

Leçon. 8° Hora octava, frequentabunt classem, ubi modeste et attente sese gerant, servando exactissimum silentium.

Étude. 9° Finita classe, recipient se modeste et in silentio ad cubicula studeantque materiae explicatae et praelegant materiam explicandam

Récréation. 10° Hora decima, animi relaxatio ad mediam horam; qui sunt in sacris recitent sextam et nonam.

Chant. 11° Medio undecimae exercitium cantus cui omnes diligenter intersint.

Leçon. 12° Quadrante ante undecimam, feria 2a 4a et 6a lectio scripturistica, aliis diebus historiae ecclesiasticae et juris canonici.

Diner. 13° Medio duodecimae, prandium, sub quo attendant lectioni, sensus caute custodiant, honeste sese gerant

suumque appetitum saltem in levioribus quibusdam studeant mortificare.

14° Finito prandio, adoratio SS. Sacramenti et examen particulare. Dein honesta recreatio in ambulacris vel hortis interioribus; diebus vero Dominicis et festis, necnon feriis tertiis et quintis, etiam in pomario. Adoration du très-saint Sacrement, examen de conscience, recréation.

15° Medio secundae tendant ad cubicula, instituant lectionem piam usque ad horam secundam, idque circa materiam determinatam et in libro pro cujusque dispositione speciali, a moderatore conscientiae ei assignato: qui vero sunt in sacris, incipiant a recitandis vesperis cum completorio et dein supradicta peragant usque ad quadrantem post secundam. Finita lectione pia, recolligant audita in praecedenti lectione studeantque materiae explicandae usque ad quadrantem ante tertiam. Étude.

16° Hora tertia lectio theologica, sub qua sese gerant ut supra N° 8°. Leçon.

17° Finita lectione datur recreatio usque ad horam quintam; qui vero sunt in sacris recedant ad recitandum matutinum et laudes sequentis diei. Récréation.

18° Hora quinta studium incipiant a materia explicata; quod autem superfuerit temporis, impendant repetendis aliis materiis, recolligendisque auditis in lectionibus totius diei usque ad medium septimae, dein usque ad quadrantem ante septimam legant unum alterumve caput veteris Testamenti. Étude.

19° Quadrante ante septimam descendant ad ecclesiam, ubi recitetur S. Rosarium vel decantetur *Salve Regina*, aut alia antiphona B. M. V. pro ratione temporis: qua absoluta, cantabitur *Adoro te*, et recitabitur *Angelus*. Exercice de piété.
Feriis 3^is^ et 5^is^ descendant medio 7^ae^ vel paulo ante, dato signo, ut intersint concioni quam singuli per vices semel in anno instituent circa materiam praescriptam a D^no^ directore. Prédication.

20° Hora septima coena, sub qua exercitatio in eloquentiam sacram. Finita coena, animum relaxent usque ad medium nonae. Souper.

Coucher.

21° Medio nonae, preces vespertinae, post quas praelegetur materia meditationis sequentis diei. His finitis cubitum se conferant in silentio, et exstinguetur lumen medio decimae, puncto physico.

CAPUT TERTIUM.

OBSERVANDA DIEBUS DOMINICIS, FESTIVIS, ALIISQUE QUIBUS A CLASSE VACATUR.

Ordre spécial pour les dimanches, jours de fête et de sortie.

1° Diebus Dominicis et festivis surgitur more solito. Finita meditatione conferant se ad cubicula, ubi attente et ex ordine legant libros V. T. usque ad horam 7am, qua celebrabitur sacrum domesticum, sub quo sacram synaxim frequentent.

2° Hora octava exhibebitur jentaculum, quo finito, animum relaxent usque ad missam solemnem quae celebrabitur hora nona.

Offices divins

3° Circa medium nonae parent sese, ut, signo dato, qui sunt ad hoc designati se conferant ad ecclesiam cathedralem ut divinis officiis in choro intersint, ubi quisque servet locum sibi assignatum, et juxta rubricas a choro observari solitas, flectat, sedeat aut stet, servans internam devotionem et externam reverentiam, cogitans se esse in domo Dei (1) *quem decet sanctitudo*. Alii in sacello seminarii summo sacro eadem pietate intersint. Pari modo chorum frequentabunt quotiescumque est officium Illustrissimi Dni, etiam ad primas vesperas.

Catéchisme.

4° Post summum sacrum sese recreent usque ad horam undecimam, qua per vices instituant catechismum ut ad hoc summi momenti ministerium formentur.

5° Finito prandio conceditur recreatio usque ad mediam secundam, qua assistant lectioni liturgicae.

---

(1) Ps. 92 v. 5.

6° Circa medium tertiae conferant se ut supra ad ecclesiam ut hora tertia intersint vesperis et laudibus, post quas sese relaxent usque ad horam quintam. Hora 5ª studium ad 1/4 post horam sextam, qua Ampliss. Dom. praeses instituet conferentiam ad minus bis de mense.

7° Omnibus feriis tertiis et quintis per annum vacent post meridiem a classe. A prandio nullus abesse poterit sine expressa licentia, quae dari poterit feria 2ª. Feriis 3^tis^ et 5^tis^ post prandium exitus usque ad medium sextae in aestate, et medium quintae hyemali tempore. Conferant se ad studium aestate media 6ª, hora 5ª hyeme. Feriis 5^tis^ exitus permittitur tantum extra civitatem idque per portam Dammensem aut S^tae^ Crucis. Sorties.

CAPUT QUARTUM.

CIRCA STUDIA.

1° Tempora studii, supra id quod dici potest, omnibus pretiosa et tam velociter quam irrevocabiliter transeuntia, ea semper sollicitudine et laboris assiduitate impendere satagant ut commissis sibi talentis debite utantur. Étude.

2° Quare ut non praetereat flos temporis, cum propria aliorumque jactura, nullus unquam horis studio assignatis, accedere praesumat cubiculum alterius sub quocumque praetextu, aut tempus illud ignominiose consumet dormiendo vel alias otiando, sciens quia [1] *multam malitiam docuit otiositas.* Eodem tempore nemo, sine expressa licentia D^ni^ praesidis aut directoris, evocari ad portam poterit. Assiduité.

3° Toto illo tempore cessabit omnis murmur, et si necessitas quemquam cubiculo exire cogat, curet is sine Silence.

---

(1) Ps. 33 v. 29.

strepitu portam aperire et claudere, per ambulacra et gradus modeste incedere.

Choix des livres.

4° In cubiculo non accumulabunt libros, ne opinionum varietate distracti, in vaga speculatione morentur, cum tardiori progressu ad praxim; sed auctori suo sedulo incumbant, illosque tum pervolvant libros, quos maturiori judicio, sive in materia theologica sive in ascetica cuilibet consulendos superiores praescripserint, qui interim serio invigilabunt ne quis libros de doctrinae perversitate suspectos, aliosque ad studium minus utiles apud se retineant. Non introducentur in seminarium gazulae aut diaria.

5° Ante studium semper observabunt sequentia:

1) Considerabunt Deum hoc opus nunc a se exigere.

2) Conabuntur se excitare ut illud aggrediantur ex sincero desiderio amplectendi Dei beneplacitum.

3) Gratiam petent ut illud debite peragant.

4) Tandem attente et diligenter studebunt, quasi nihil aliud agendum foret.

Méthode.

6° Ut tempus studii utiliter dividant, sequentur ordinem praescriptum supra, ubi de distributione temporis. Curabunt praecipue, ne usquam praelectionem aliquam accedant, nisi prius attente praelegerint ea quae explicanda sunt; si quaedam inter legendum occurrerint, quae difficiliorem habere nodum videantur, ea speciatim adnotabunt, ut dum explicabuntur ad eadem magis advertant animum. Audita in lectione, initio studii proxime sequentis iterum ruminabunt, conferent cum observationibus ante a se factis, et in quantum necesse fuerit, illa in chartam conjicient. Proderit quoque audita recreationis tempore cum amico modeste conferre, crebramque instituere exercitationem, quae mutua aemulatione ingenium acuat, augeat industriam, facultatem praestet cogitata nitide verbis exprimendi, et si quid non recte intellectum sit, in apertum proferat. Caeterum ita studebunt theologiae dogmaticae et morali, ut suffi-

cientem etiam hauriant scientiam sacrarum Scripturarum, quae uti arma militi, sic clerico cuivis et praecipue animarum curam meditanti familiares esse debent. Quare meminerint assiduam Scripturarum meditationem, non vero plurimorum interpretum inspectionem, sibi ante omnia commendari; ut vere et ex animo cum S[to] Augustino Deo valeant dicere: *Sunt castae deliciae meae Scripturae tuae.*

7° Ut vero ad diligentiam magis stimulentur, constetque de cujusque progressu in studiis, professores saepius sive in praelectionibus, sive in cubiculis circa explicata alumnos interrogabunt. Habebitur praeterea ante singulas ferias examen in scriptis; examina illa ante quadragesimam locum habebunt et ante festum Assumptionis B. M. V. Examens.

8° In omni colloquio tum communi, tum privato, non utantur lingua vernacula, sed vel latina vel gallica, saepe etiam inter se non contentiose sed modeste de studiis sermonem habeant, aut de rebus piis, et vocationi congruis. Usage des langues latine et française.

CAPUT QUINTUM.

CIRCA MENSAM.

1° Omnis ad mensam apparatus semper praesto sit ad medium duodecimae pro prandio, ad septimam vespertinam pro coena. Repas.

2° In prandio legetur caput e sacra Scriptura, dein aliquid de historia ecclesiastica, aut liber aliquis spiritualis et prae caeteris Rodriguesius *De perfectione christiana*, et in fine lectionis Martyrologium Romanum. Lecture.

3° Omnes diligenter auscultent lectionem et ostendant se, dum cibum corpori subministrant, non minus sollicitos esse ut animae spirituale alimentum praebeant.

4° Nullus audeat, quacumque de causa, sine praevia

licentia, abesse a communi mensa. Neque etiam aliquid cibi e refectorio auferre sub quocumque praetextu.

Règles de bienséance. 5° Caveant in mensa ab omni rusticitate aut murmuratione, manducantes quae apponuntur, non ut serviant appetitui, sed ut satisfaciant necessitati; memores cum S^to Augustino (1), ut quemadmodum medicamenta sic et alimenta sumpturi accedamus.

CAPUT SEXTUM.

DE CONVERSATIONE ET MORIBUS.

Conduite. 1° (2) *Super omnia charitatem* habere studeant ad invicem, qua duce ad perfectionem statui suo debitam facile pervenient, cum ipsa sit *vinculum perfectionis.* Discant autem pro certa conservandae pacis regula (3) *invicem honore praevenire, alter alterius onera portare, et sic adimplere legem Christi.*

2° Sciant tamen quod, si quosdam scandalosos aut vitae licentiori deditos noverint, qui post fraternam monitionem magis obdurantur, non tantum salva charitate possint, sed et sub gravi teneantur eos indicare superioribus, ne et se perdant et alios inficiant et divinam provocent maledictionem, praevio tamen consilio moderatoris suae conscientiae.

Prudence. 3° Ad haec considerent qualiter in sortem Domini vocati deponere debeant curas saeculares, atque adeo remoti esse a nimia cum saecularibus conversatione, ne simile quid eis eveniat quod apud Prophetam legitur (4): *Commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum, et servierunt sculptilibus eorum, et factum est illis in*

---

(1) Lib. 10 Conf. c. 31.
(2) Ad Col. 3 v. 14.
(3) Rom. 12 v. 10 — Gal. 5 v. 2.
(4) Ps. 105 v. 35, 36.

scandalum. Sed ante omnia aversi sint a periculosissima illa familiaritate cum personis alterius sexus, altissima mente repositum habentes monitum S[ti] Hieronymi ad delectissimum sibi Nepotianum: quod nempe nec sanctiores Davide, nec Samsone fortiores, nec Salomone sapientiores. Hinc omnino interdicitur ingressus in culinam, uti et quodcumque colloquium cum ancillis.

4° Sciant sibi serio interdictum aliquid spectans ad cibum vel ad potum in seminarium introducere, aut curare ut per alium introducatur: quod si forte contigerit praeter portionem domesticam aliud quidpiam quibusdam necessarium esse, poterunt accedere D[num] praesidem vel directorem, qui pro casus urgentia curabit ut ipsis procuretur, aut permittet ut procurent sibi quod aequum fuerit, non ad satisfaciendum sensualitati sed corporis dispositioni.

5° Itidem prohibetur ne extraneos ad interiorem partem domus vel ad cubicula sua admittant sine praevia licentia.

6° Quoniam vero non solum ebrietas, sed et bibacitas seu voluntaria prurigo ad potum spiritui clericali capitaliter inimica est, omni studio vel minimam ad potum inclinationem eradicare conentur, scientes nihil dissimulandum cum iis qui fatali huic vitio reperiantur addicti. Sobriété.

7° Ponant quoque ori suo custodiam, ne linguae vitio in scurrilia, dissentiones, susurra et alia ejusmodi peccata erumpant. Serio tamen meminerint (1), *quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint.... reddent rationem de eo in die judicii.*

8° Vetitum est aquam aut quascumque sordes per fenestras projicere aut vasa quaedam ad fenestras exponere. Propreté.

9° Nemo tabacum dentibus mandat aut ejus fumum hauriat in seminario.

---

(1) Mat. 12 v. 36.

10° Non licet sputa emittere in ecclesiam, oratorium, aut alium quemcumque locum seminarii interiorem.

11° Caveant ne infigendo clavos aut alio quovis modo parietibus aut januis cubiculorum nocumentum inferant, aut picturas sive imagines e clavis appendant.

12° Si quis vero deprehendatur scamna, mensas, mappas mensales, orbes vel pocula stannea, cultro vel alio instrumento perforasse, nomen aut alia signa iisdem incidisse, ultra gravem et publicam correptionem mulctabitur pro gravitate nocumenti, cum similes insolentiae non solum bonae indoli et educationi adversentur sed et conspicuum praebeant malevoli genii et rusticitatis testimonium.

13° In vestibus et cubiculis modestiam sectentur et nitorem.

CAPUT SEPTIMUM.

DE ORDINANDIS ET ORDINATIS.

Ordinations. 1° Cum praesertim juxta D. praesidis testimonium mensurentur ordinandorum et qualitates et merita, reflectant quam grave ipsi incumbat conscientiae onus, ut neminem, nisi quem vitae ac morum integritas et doctrina competens dignum commendant, ad sacrum ministerium praesentare attentet.

2° Omnes ad ordines promovendi praevie in seminario peragent exercitia spiritualia. Exercitia haec diriget D. praeses iisque singulari cum cura intendet.

3° Omnes primitias celebrabunt in ecclesia seminarii, ut sic ubi prima hauserunt perfectioris vitae et disciplinae principia, primas hostias offerant Deo Omnipotenti.

4° Ordinati sacerdotes manebunt in seminario donec sacro ministerio applicentur, nisi ab speciales rationes aliter visum fuerit. Interea sedulam navabunt operam materiis practicis sacramentaiibus, caeterisque quae con-

cernunt munia curatorum animarum, ut in omnem eventum reperiantur parati, quibus cum fiducia dici potest: (1) « *Ite et vos in vineam.* » Ibi vero tenebuntur eadem qua antea, diligentia lectiones frequentare, aliisque seminarii exercitiis, stato tempore, inesse et suas illic vices agere; summatim praescriptis omnibus et singulis non tantum se conformare sed et pietatis et observantiae exemplo caeteris praelucere.

5° Sacerdotibus vetitum est jentaculum sumere in monasteriis ubi missam celebrarunt, nisi praevie obtenta licentia D. praesidis.

CAPUT OCTAVUM.

CIRCA FREQUENTATIONEM BIBLIOTHECAE.

1° Claves bibliothecae committentur duobus bibliothecariis quos pro prudentia sua constituet D. praeses. Horum munus erit: Bibliothèque

1) Bibliothecam statis temporibus, per vices aperire et claudere. Devoirs des bibliothécaires.

2) Curam habere ut libri locentur singuli in suis thecis et identidem a pulvere et sordibus expurgentur.

3) Invigilare ne ullus, nisi ad id facultatem a nobis in scriptis habuerit, legat libros prohibitos.

